THEOLOGIA
MORALIS

IDEALOGIA
NATURALIS.



D. JANUARII PISANI PHILOSOPHI, IDEALOGIA NATURALIS.

SYSTEMATE

Saporum, Figurarum, & Motuum ostendens Viventis Machinæ Naturales, Occasionales, & Molestas Ideas; earumque intimam Naturam, Originem, & Distinctionem.








COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Joannem Wilhermi Friessem CIƆ. IƆ. CC. XXI.
PUBLICA AUCTORITATE.

D. IANVARY PISANI PHILOSOPHI AET. SVAE ANN. LIIII

Rob. Trombacceo Pin. *Ioseph Muller Sul.*

LECTORI
BENEVOLO.



N lucem aſpicit novum ſyſtema meum, Benevole Lector: non ſophiſtarum tricis, fallacibuſque argumentis, induſtri arte cælatum; at veris,certiſque fundamentis nixum. Sapit ſapores viventis machinæ ſuos; illoſque pandit, quos Lydius diſtinguit linguæ lapis. Figuræ cuique non abditæ certò, ut propriæ imaginis data veſtigia ſignentur. Motum extricat, dirigit, perficit; idearum ſeminalium, ſingularumque ſeriatam ſedem; ni moleſtas, neutraſque offendat & agens. Quid inviſum monſtruoſum videbitur inſciis: præſtantibus viris non alienum erit. Horologii latens tantis non cognita ſtructura ſæculis, quamquam illi Matheſis non defuit ævo; & ſi veterum ſimplicitas poſt ſe relinquens ingenioſiſſimæ texturæ poſteritati inventum; nec excolere, nec mechanica ducere ſolers: Quid inde? Pictura excellit; Geometriæ beneficio nunc artificioſa excelſa emergunt contexta; Abecedarii Typis, elapſis millibus, & centenis pluribus annis denegata neglecta impræſſio: Tanta miranda prioribus ætatibus laten-

tia, quæ maximè adumbrabit abſconditum lumen; & fauſtum utiliſſimum artium in præſenti defert conjugium Indiarum Orientalium regionum Geographica calliditas: fluidorum organici viventis gyrema, ductus, canales varii, lactea, lymphatica patefacta vaſa, antagoniſtici naturales motus, & innumera præterito non cognita ævo; & poſteris æternas tradere tabulas tot, tantaque anatomica experta, & hoc ſæculo natis; forſan egregiis Auctoribus, eorumque famæ, ſinguliſque virtute anxiis, & tyronibus non contulere, non profuere, & nova viſa, & calamo ducta? Quæ futura enarrabit, elucidabit ætas; forſan nobis dedecens veniet? Non omnia cuique tempori patentia ſunt. Sapores, figuræ, univoci motus, & fluitantia mobilia tantam viventem machinam generatione, & nutritione ultimantia, nequaquam defuere unquam; nec Idearum impreſſi, vis, ſcaturigo, efficacia, robur, quid futile ſunt: ſinu ſervant non flocci æſtimanda, & vera, miranda viventium geſta, & gerenda ſchemate, Scholioque ſignata; litteratis, lectiſſimiſque viris non inutilis cibus. Non abſuit unquam ſaliva: non ſubtilia ſubacida, amara, lixivialia, dulcia, eſurina, nervea, lymphatica, cruoris, chylique delata; nec fermentì cujuſque extricata ſaporum productio. Nutritione ca-

rebat

rebat minimè simplicissimum vivens; sapido figurato suo augebatur, restaurabatur & illud. Non novum in machina positum; absconditum tunc multis, quod nunc editum luci venit systema. Meis non peperci laboribus, ut talia patefacta venissent; & licet feriis occupatus litterariis multis; has lucubrationes brevi somno subripere conatus, quamquam ætate ad senium vergente. Haud nescius publicam utilitatem privatæ præferendam fore. Dei indulgentia, cui nunquam deest ad majora humanam ducere mentem, hoc rude opus publico donare ausus, adhuc madido calamo, amicorum suasione; & non gloria, expressique splendore; sed summa fide, parique cura in proximi utilitatem. Sapidum esse, decens esset, dum sapores fert: pulchræ imaginis, ducendo figuras: benemeriti, morigeratique moris, quia motu gaudet; At insipidum, quia meum: Non pulchrum, nam Auctoris imago: Morum candore tanto afficitur, quanta Lectoris benevolentia gaudet. Tibi sacro, dico, benevole Lector, ut tua pietate erroribus ignoscas: Humanitate innata, quod turpe, molestum corrigere velis: virtute denique tua: quibus defecit rudis calamus, perfectè deleas. Tuum Patrocinium rogo, ut mea, uti tua tuearis; hinc tot Patronos habere cupio, quot docta ingenia meus fœtus incurret. Erit

po-

potens Clypeus inſciorum Momorum reſiſtere nugis.

Nunc rationem operis paucis accipe. Præſens ſyſtema non ſolùm agnoſcit viventium organicam machinam in ſuis naturalibus, ac ſuccedaneis ideis; verum cujuſque ſymmetricam intrinſecè gerentem omnes Nutritionis ſpecies neceſſarias, ejuſque moleſtas oppoſitiones. Igitur conſona inſtitutione ducitur, dicitque ſinguli individui organici ſpecificationis Figuram, Magnitudinem, Numerum, Cavitatem, Connexionem, Situm, Superficiem, & Mobilis Fluidi Nutrientis annexibilis ſaporiferi opus in debita Craſi tangibili dura, molli, craſſa, tenui, laxa, & conſona aſſociabili: quæ omnia Motu aguntur, extricationis primo generativo, ac fermentativo; indeque Chylifero, Cruorifero, Lymphatico, Nerveo, omnique alio in principalioribus Cavitatibus acto, Corde, Epate, Cerebro, Ventriculo, ſingulisque ſedibus glanduloſis præparantibus, & partibus horum vices gerentibus, uti in vegetativis herbaceis, plantiferis, fungoſis, verminoſis, fluvialibus. Similibus, diſſimilibuſque, organicis compoſitis indiget vivens ſpermaticis, & rubris; ſic oſſeis, cartilagineis, ligamentoſis, membranaceis, fibroſis; nerveis, arterioſis, venoſis:

dif-

diſſimilibus tantam texturam firmantibus muſculoſis, cutaneis, articulis, carneis. Continentes ſolidæ partes tali, tantaque figura, magnitudine, numero, ſitu, connexione affectæ, quibus reſpondet uſus, ſive ſpecificatus operandi ordo mediis fluidis ſaporis ſaporiferis, quibus Extricatio intimè ineſt paſſibilis remota, activa præſens ex Agente adveniente, & retardatam motùs Extricatiònem ducente, & Univocatione univerſali ſpecifica, & individuatæ partis: & hoc à figura non alienum: tali diſcrimine ſervato, ut ſolidi figuratio naturalis nequaquam motu violento ducatur in diſſonam præternaturalem figurationis modulationem; ni ruptione, quaſſatione, & locationis amotione, quamvis remoto obice, ad priſtinam non feratur ſtructuram actu naturali, ſed arte methodica. Fluidi compages violentiis cedit, graduatione tamen, & naturaliter ritmo Fluxilitatis, detruſo opponente, ſuam conſonam nanciſcitur Figuram. Ecce Ignis, Aer, Aqua, & ſubalterna reliqua Fluida; nec quaſſationis motum Fluida patiuntur, uti ſolida corpora. Figurationis diſcrimen inter Solidum, & Fluidum; utrumque ſinu ſervat naturalem figuram. His Saporibus, Figuris, & Motibus primum agnoſcit vitalitatis gradum omne vivens in puncto ſaliente Saporifero,

Fi-

Figurato, Moto. His delineatur, crescit, perficitur machina singula vivens in continentibus solidis Organicis, & Fluidis contentis nutrientibus. Nutritionis, Vegetationis, Restaurationis, Sensationis Ritmum obtinemus, & ex Connexione, Consensu, Modulatione, & horum sociabilitate, Ideatio specifica Naturalis tamen, & Individua agitur. Dissona, Neutra, & Occasionalis molesta fit illorum discrepantia; proditque multiplicitate, discrimine, & varietate saporum, figurarum, & fermentantium Motuum in distinctione multiplici specifica, & innumera individuata. Tanta inspicere licitum sit, ut sequentis Idealogiæ cuique pateat explanatio, Saporis Pondus, Figuræ Æqualitas, & Motus Ritmica Modulatio. Vale.

IN-

INDEX
ICONISMORUM.

IDEA



IDEALOGIA
NATURALIS
Viventium Initia, & Ideas insequentes demonstrans.

ICONISMUS I.

Viventium Primæ Ideationes.

I. DEUS Optimus Maximus, cuique Creato dedit specificum proprium Esse, modum agendi, suam dimensionem, motum, eaque, quibus univoca essent proportionata moles, naturalis figura, orgasmus: omnia huic annexa subsequentia, elasticitatem necessariam, ut vitam ducere posset Organicum Creatum Vivens.

II. Insunt Viventi cujuscumque speciei annexa omnia modulantia trinam demensionem, ut Elasticus Motus, Mobile necessarium structum in figura naturali fluida, & sapore unibili vasis replendis roscíditate nutritiva; quibus Orgasmus Vitalis regitur: Sunt Succi, sivè Fluida Naturalia propria, quibus Viventia aluntur, nutriuntur, restaurantur, crescunt, conservantur, usquequò proportionatam molem attingant; in modulatione propria sistantur, specifica opera intùs, & extrà perfectè exercere possint. Quodlibet Vivens sua naturalia fluida ideata continet, ut suæ Crasis modulatio exigit; quibus saporibus, figuris, & motibus structum, modulatum, nutritum, consimilem figurationem adipiscitur in tota

machina composita, omnibusque, & singulis partibus. Mista si plura Fluida fuerint, Abecedarii modulationem repræsentant.

III. Attamen Viventibus omnibus, & eorum singulis Fluidis Naturalibus insunt proportiones propriæ, licet distinctæ, & diversæ, ut eorum modulatio, & ordo requirunt in solidis, organicis, similaribus internis, & externis, in Fluidis non solùm circuitum habentibus, impetum facientibus, nutrientibus Cribationi subjectis; quin etiam omnibus corpori viventi assimilandis.

IV. Numerantur primò in genere Vegetativo Herbarum, & Plantarum præcisæ partes, & organa consimilia Sensitivis, ordine nutritionis tamen, vitæ restaurationi dicata, & vitalibus operationibus, naturalibusque omnibus necessaria; ut Fluida de novo conficiantur: Iis Modulatis, Cribatis, & Ideatis Vivens nutriatur. Qualia Chylifera, Masticationis Primæ, Chylificationis Secundæ sunt.

V. Univocè correspondent ipsis Canales, Sedes, Ductus, quibus fiunt, ducuntur Opifici Organo Ideanti. Sunt Oris partes solidæ triturationi necessariæ, quibus masticantibus alimenta traducenda Chylificanti Organo, commiscetur Salivale Fluidum in masticantibus: In Avibus liquor univocus in Ingluvie; indè Sedem Ventricularem, villosas ejus partes, Nerveas, & Famescentes Stillationes considerando. Omnia hæc Universalissimo, & Polychresto Operi Chylifero dicata, & uti Primum Modulans primas, licet rudes ideas aptas necessarias vitalitati cujuscumque Specificati Viventis, cui succurrunt.

VI. Attrahit similitèr Quodlibet Vegetàns Herbaceum, aut Plantiferum suctione quadam à Terræ sinu, veluti proprio ore, id consonum sibi permutabile in suum Univocum Nutribile in figura, sapore, & motu univoco; & uti Sensitiva talia, & non alia cibaria petunt, quatenus ea promptiùs, aptiora recipiendi Ideam proportionatam, & applicabilem suis partibus nutriendis; qua distinctione Volatilia, Terrestria, Maritima, Fluviatilia utuntur; sed perfectiori modo Rationalia.

VII. Refluit in proprium ventriculum, quod priùs masticationi subjectum fuit: Prima imperfecta rudimenta à Salivali Fluido, & Organo suscipiunt; à Chylifero universalem Ideationem Specificam omnium, singularumque partium nutriendarum, Figuras Rudes, Primos Naturales Sapores, propria specificatione rectos, ac modulatos; Misti nutriendi, restaurandique gratia, qua ciborum modulandorum in Chylifera fermentativa perfecta mutatione, opus conflatur.

VIII. In-

VIII. Intrusa Chylifera massa in Fluida universalia, quorum Ideatio initiata in sede ventriculi,& successivè perficitur infrà ipsum, effervescentia separante utile ab inutilibus, effectu Saponarii Fluidi delati ex vase Cholidoco orto à Cystico Folliculo, & Intestinis impellentibus, motumque peristalticum exercentibus, & cribationis onus, mixtione subacidi Pancreatici cum Amaricante, fit omnimoda utriusque separatio, & intus susceptio suctione lactei chylif.ri diluti Lymphatico Fluido lucidiori in subintrantia racemosi Sacculi Lactei, ubi magis claresit, purificatur, ac spirituosior redditur, & clariores Ideationes vitalitatis adipiscitur; ex quo sacculo mediantibus axillaribus ascendentibus, ductibusque propriis, petens Magnum Activissimum Viscus, perenni motu Diastolico, Systolico dotatum, & Elastico rore vibrante affectum; Ideæ, Figurationes, Motus perfectiores Vitalizationis aguntur. Plantæ, Herbæ radicibus capillaribus primis, masticationis loco; & majoribus secundis chylificantibus id totum similitudine nutritiva peragunt. Uti suo loco largè denotabitur.

IX. Unione facta Lacteæ Massæ in Principali Organo Vitali; Novis Fluidis copulatæ, & mixtæ, quibus in chilifera Sede carebat: Illis constructis, & innatis in Cordiali Organo ad novum opus perfectum conficiendum, scilicet ut proximiores figuras, roscidiores sapores, ritmum nobiliorem, atque præstantiorem nutritionum distinctè faciendarum omnibus subjectis partibus, & repletione vasorum cujuslibet, & singulæ partis, univoca modulatione daret; uti pars suam figuram retineret æqualem, suo suavi roscido sapore gauderet, & motu nutritivo univoco nutriretur, augeretur, conservaretur.

X. *Spiritusior fit*, **Novis Fluidis in gyremate susceptis, ut tantum præstantissimum opus nutritionis celebraret; iis adjunctis, ac necessariis causa Motus, & Elasticitatis, impulsu aëris introducti continua inspiratione, ut elastica vi, Motum, Actiones, Figuras, Sapores perfectos, magis, & minus lucidiores, sivè elasticos mensura, & Crasi balsami perficientis ipsius aëris structuram: Vivaciores, lucidiores, salinas, spiritosas, cœnosas, vappidas, similesque Ideas modulando, uti cooperans, balsamicus, roscidus ros, cujus distinctio, variusque agendi ordo datur, ex Cœli statu, Annitempore, Regionis Polari Altitudine, Planetarum Motu, Figuris Meteorologicis, & Innumeris in Aëre ipso contigentibus: oriuntur ex his Crases, vel Epidemicæ Constitutiones, distinctarum, diversarumque modulationes figurarum occasionalium, saporum vel sylvestrium, vel perficientium, motus elasticiores, ac naturalem**

ritmum conservantes, vel molestiis afficientes, & omne id, quod in Machina Aërea contineri potest, & inspiratione traduci ad ideandos Succos nutritivos cujuscumque viventis inspirantis, vel locum, & modum inspirationis exercentis. Hinc præcisa Herbarum, Plantarumvè Fructificatio, vel Inopia, salinorum, ac vappescentium effectus: sola aëris balsamica roscida vi mutata.

XI. Prætereà in omni specifico, & individuato singulo reperiuntur necessariò intrinseca componentia suum esse, & consequentia ad talem esse, tam in ordine Naturali Specifico, quàm Individuali distinctivo, ut in eadem Specie unum distingui valeat ab alio: Hic Equus ab alio, & cæteris: hæc Salvia ab alia; Unus Homo Paulus ab omnibus aliis distinctione individuali, & in speciebus essentialia diversificantia in ordine etiam Modulationis, & Compositionis; hinc reperiuntur partes organicæ, similares, & singulæ modulatæ modo, & ordine proprio; & cum talis modulatio sit diversa, & distincta diversitate figurarum externarum correspondentium internis, internarum modulantium externas; & etiàm saporum distinctorum Fluidorum cujuscumque partis Fluentis ex ordine nutrientium Fluidorum; fit ut una pars augeatur, & nutriatur suo Fluido consimili, quæ univocatio est terminata in figura, annexa suavi proprio suo sapori, & motui homogeneo; hinc partium diversitas, distinctio, & modulationis diversitas præcisa in speciebus; Distinctiva individualis in individuis, scilicet ex Primis Primogenitis tam solidis, quàm Fluidis Ideantibus figuras æquales, vel dissimiles, sapores roscidos, & suaves, vel alienos, & sylvestres, motusque homogeneos, vel eterogeneos, & omnia consequentia ad hæc; quorum Fluidorum specificatio, diversitas, & distinctio ponit ab intrinseco ordine, & modulatione nutritionis insitam figuram æqualem, saporem roscidum suavem parti nutriendæ consimilem, mediante motu elasticitatis, præter quam motio fieri nequit: quæ tamen terminatio orta à Primis, & Initiantibus, Opus generationis struxerunt, dederuntque Ideam figurationis propriæ, Saporum, & Motuum: quod in productione etiam Mineralium experiri, & considerari debet. Sunt in Herbis, Plantis, Sensitivis, cæterisque viventibus partium diversitates in Figura, Motu, & Sapore; Spermaticæ, Rubræ, Nerveæ, Membranosæ, Villosæ, Osseæ, &c. omnes nutriuntur suis Fluidis Consonis, Univocis, Ideatis: debent ergo reperiri in omnibus Fluidis proportiones applicabiles solidis nutriendis. Habent omnes partes suas proprias naturales structas figuras, motum nutritionis, augumenti, expulsionis, & cribationis, similitèr saporum; non solùm in partium spermaticarum, & rubearum

bearum diversitate, sed spermaticarum à spermaticis; Ossa non sunt ordinis Tendinum, Nervi non Venarum, vel Fibrarum, &c. sic partes musculosæ motum, figuras, & sapores distinctos: Hac distinctione ponuntur in esse distinctivo Vegetativa, Sensitiva, non solum in externa effigie, coloribus, delineationibus, & suis annexis non dissimilibus à Fluidorum propriorum motu, sapore, & figura univocis internæ modulationi nutritivæ eorundem nutrientium, quibus tributa propria figura, uti Aquæ, Aëri, Igni fluiditate præditis, & figurandorum, saporiferandorumque, motuumque ductoribus, ut dicendorum series denotabit.

XII. Igitur Figurarum impressio Fluidis, uti arduum quodam, & forsitan alienum videbitur, sed Tyronibus. Assiomate: Fluida terminari termino alieno non proprio: quod incongruè asseritur. Fluida terminantur termino alieno, sed violento, non tamen naturali: Cum quodlibet productum gaudeat sua trina dimensione naturali. Ignis violentèr figuratur à pyramidali in sphæricum imperfectum, locatione opposita ipsi apposita, uti in Clibano reverberii: Aqua occupat violenta locatione omnes figuras continentium vasorum, longas, pyramidales, planas, cubicas, &c. ad modum figuræ externæ, Locantis; sic Mercurius Crudus, Aër: Omnia tamen hæc suas terminatas proprias figuras habent, ad quas reducuntur, & in statu naturali posita, scilicet ad Pyramidalem lingualem Ignis, ad Cubicam Aër, ad Rotundam Aqua, uti Maritimæ, sat copiosè demonstrant, & Igneæ Flammulæ documenta donant; nec vibratione, & elasticitate gauderet Aër, nisi cubica figura principalitèr afficeretur, qua, & Irradiatione, ac Impressione Patris Moventis omnium, singulorumque motuum Fons, Socius, & Agens Deus est.

XIII. Sic Fluida Vegetantium semper in perenni motu habita, causa filtrationis, nutritionis, effervescentiæ naturalis, necessariò saporibus annexa, copulata, & intimè unita; nullimodè concipi possunt infigurata, nec ratione partis occupandæ, nec ordine propriæ structuræ. Quis ridiculè assereret eandem figurationem retinere Succum Pancreaticum, ac Biliarium, eandem texturam Succum Nerveum, ac Arteriorum, vel Venosum, similem, Lymphaticum, ac Chyliferum? Sapores præcisè pungentes, Muriatici, Urticales, Scabiosi, Exurentes, &c. figura acutissima pungunt, lacerant exedendo, dissolvendo, separando: Roscidi, Suaves, Jucundi, Delectabiles, Dulces, Dulcedine roscida naturali sunt alterius figurationis associabilis, ordine naturali, & de cæteris idem. Saccarum Palato dulce, oculis, & podici molestum: causa figurationis univocæ, & inæqualis occurrentis in uno organo, non in alio, ac saporiferæ adversitatis, vel sociabilitatis.

XIV. At

XIV. At Sedes particulares, organa, ductus diversos possident Fluida omnia Naturalia. Chyliferum ventriculum, sacculum lacteum, Pancreaticum Glandulosum Corpus Conglomeratum, Salivale, vasa & glandulas Wartonianas; Lymphatium vasa decurrentia, & glandulosam Sedem à qua, & in quam regreditur: Cysticus succus suum Folliculum; sic Nervea, reliquaque: Omnia hæc modulantia quantitatem, & Ideantia saporem sunt diversissimæ figurationis, ad cujus capacitatem, & modulationem figurantur Fluida propria, nec ratione figurationis in Crasi naturali, aliam imprimere possunt; præter suam univocam, nec locus, & sedes variegata glandulosa tribuit figuram rotundam, nec vas largum, figuram planam, nec semisphæricum, figuram pyramidalem, &c. undè cum singula Fluida diversam retineant sedem, Organa præparantia, ac modulantia; de necessè eandem similem figurationem Fluidum suscipit, & eadem figuratione afficitur.

XV. Necessariò emunctoria ordine Cribationis, & Filtrationis diversimodè sunt figurata, & modulata, ut singulum Fluidum suum peculiare emunctorium retineat, licet multa eodem emunctorio capacissimæ figurationis possint excerni, uti per aluum, vel sudorem, sed ordine stimulante, morboso, molesto, præternaturali: Jucundè tamen, & in modulatione Crasis Naturalis, quot Emunctoria, tot Fluidorum depurandorum Figurationes distinctæ, atque diversæ. Sufficeret enim unicum Emunctorium ad depuranda, & clarificanda, cribandaque Fluida, dum ista eadem figura essent dotata, nec multiplicatione indigerent tantorum secerniculorum, & depurantium.

XVI. Insuper nec salvari potest Nutritionis ordo distinctus, diversus singularum partium spermaticarum tanti diversi generis; rubrarum non dissimili modo, ordine, structione interna, & externa diversificatarum; Actionum disparitas, & tanta omnium eterogeneitas, ut suo loco ostendetur. Nutritionis opus fit repletione vasorum vacuorum capacium, aptorum recipiendi secundum propriam locationem Fluida, vel Fluidum æquale suæ figuratæ capacitati; & hoc ex Massa Universali, vel Fluido Particulari, tali nutritioni, apto nato, formulato; nec rotundum suscipitur à longo, nec retortum à plano, nec cubicum à pleno sphærico, &c. nam inter Recipiens, sivè Nutriendum, & Receptum seù Nutriens, debet mediare omnimoda naturalis proportio; qua depravata, vel denagata, vel diminuta, morbosæ nutritiones, & molestæ fiunt.

XVII. Palàm Figurarum impressio Naturalibus Fluidis demonstratur à Fructificatione, & Seminatione Vegetantium tam Herbaceorum,

ceorum, quàm Plantiferorum. Magnæ, Fortes, atque Annosæ Plantæ, veluti Populeæ, Castaneæ, Quernæ, Cerrorum, similiumque, non florescunt, nec fructus, & semina producunt, nisi annositate multa prægressa, dum firmatæ sunt fortissimis radicibus, validissimis corporibus figuratæ, atque omni ex parte perfectæ; causa compositionis, insufficientisque modulationis figuræ debilis, tenellæ, nec firmatæ: Quæ omnia fiunt à nutritionis opere, & consequenti ordine Fluidorum Nutrientium, ex quibus dependet operis perfectio; Plantarumque robur, validitas, firmitudo. Imbelles sapores, & figuræ modulantur à tenellis, atque flaccidis radicibus, & parvi motus accretionis, & validitatis incapaces tribuendi Plantæ esse perfectivum generationis fructiferæ, & seminalis: quibus validioribus redditis longo temporis progressu, tunc fructificatio in lucem patratur; & hoc in multis Plantis ferè terminato annorum numero, uti in Pinis Plantis magnis; Quæ Conos, sivè Fructus, & Seminales Producunt Partus circà annum decimumquintum, vel decimumsextum: Tale Tempus requisitum ad firmandas radices, Plantamque perficiendam: sic de multis speciebus Olivarum, Ficum, Cerasorum, aliorumque. Idea Seminalis introducitur in organo perfecto, apto, capaci tribuendi fermentum fœcundativum: Talis Ideatio dependet à partium validitate, & perfectione, quæ tempus determinatum requirunt, & talis perfectionis modulatio à propriis Fluidis nutrientibus, debilibus in sapore, motu, & figura; & quod præcisum in Plantis est figuratum annexio, robur, validitas, firmitudo, quibus perfecta dicitur arbor. Hinc redargues, omnibus Fluidis Naturalibus Nutrientibus inesse proprias figuras debilioris, vel fortioris texturæ, uti temporis mora mater erit. Ligamen, cubica figura, sphærica, nodulus simplex factus simplicissimo, ac tenuissimo filo facillimè laceratur, disrumpitur, aufertur; at verò si funiculo robustiori fiat, certò certiùs validitatis dabit vestigia; Fabrefactorum, & omnium Artificialium mechanicæ compositiones, si tenuibus lignis, vel metallis, aliisque modulentur, erunt debiles, facilis dissolutionis; attamen, eædem majoribus, fortioribus fabrefactæ, & ejusdem figurationis, erunt fortiores, validiores, & oppugnantibus resistentes robustiori ordine. Sunt Naturales ergo Figuræ Fluidis Naturalibus tribuendæ.

XVIII. At Herbarum genus, speciesque innumeras diversarum modulationum continens, confirmat præstantiori effectu figurarum debitam Ideationem in Fluidis Nutritivis. Herbæ enim fragilis, debilis, & languidæ structuræ, & veluti ephimeræ durationis, scilicet annua dotatæ, comparatione Plantarum, ephimerè vivunt:

Uni-

Unico solari gyremate omnia signa Zodiaci progrediente, & unica graduum signatione à primo Arietis, ad ultimam Piscium; omnium irradiationum modulationes osservantur, Anni temporum distinctiones, ac nascentium, atque discedentium herbarum vitalitas: exceptis multis, regressivo motu, renascentibus, affixione continua radicum in terreo sinu. Herbæ enim annuo tempore puerizzant, Juvenes, Viriles, & Senescentes sunt, imitantes Annuas Tempestates Vernas, Æstivas, Autumnales, & Hyemales. Germinant, & Vere florescunt, & successivè crescunt in fructificatione; & ultima seminali productione, ut omnia frumentorum Genera, omnes Setorum species; & sunt nonnulla semina herbarum, quæ minori tempore vivunt, & durant, exercentes velocissimè, & imitantes Annitemporum motum; uti Cucumeres, Melones, Cucurbitæ, Pepones, Lacunæ, omnes species Cucumerum: Hæc citissimè enascuntur, crescunt, fructificant, & decidunt. Et hoc ratione figurationis debilis, texturæ fragilis dependentium ex Fluidorum Nutrientium vappiditate contexturæ, ut horum figuratio tenuissima manum collisione frangatur, atque flaccescat: Temporis brevitate figuratio nequit reddi valida, robusta, fortis, nec Fluidorum figuratio ultrà progreditur, quàm ex levi Ideatione facta in Aqueo Fluido, quo crescunt, augentur, & celerrimè perficiuntur, nec hujus tenuissima figuratio validitatatem reddere apta nata est brevi temporis morula; nec radices Fluidis texturam figurationis strictam, & validam donare possunt, causa fragilitatis ipsarum: Hinc videmus illas statim florescere, & citiùs fructificare, & minùs vegetare, quibus radices graciliores sunt; Iis verò datum est diutiùs durare, quarum radices robustiores, uti Petroselini, Graminis, Cicorei, Menthæ, Sempervivii, Rutæ, &c. Notum sat est, atque patefactum, Unumquodque Fluidum Naturale Viventium sua Naturali Figura gaudere: Sapore affici suo proprio, ut Anatomicæ observationes, & effervescentiæ dicunt; & Motum continere, dum Vitalis Motus conservatur gyremate Fluidorum Naturalium.




ICO:

ICONISMUS II.

Primorum Naturalium Idea.

I. TEnuissimus Ignis primo loco sublimiori constitutus Æthereus, aliis inferioribus continuo pabulo indigentibus, perfectior: Motu celerrimo propinquiori irradiationibus sui Patris moventis, Sapore univoco, sua peculiari figura levitatis intrinseca sublimiori gaudet, & nobiliori structura. Nostrates verò Ignes magis, minusvè activitate affecti, lucidioribus flammulis, acutis, acutissimis, declivibus, aut modiocribus; utpotè pabulorum subministratio sulfurea depurata, oleosa, bituminosa, mixta; alteriusque ordinis fuerit; paritèrque Cœli status Hyemalis, Æstivus, Ventis Borealibus, Austrinis occupatus: Locorum sublimitas, declivitas Antri, Specùs, Gyptæ, &c. Aërisque crasis non parùm ad illiùs activitatem, luciditatem, motum, saporemque conferens, distinctasque modulationes pariens. Sulphur naturale, fossile, factitium non eandem flammam donant: Picea, bituminosa, pinguia, resinosa; sic lignorum diversitates, omniumque urendorum Genera, Montium summitates, Vallium declivitates, licet ijsdem similibus pabulis nutriatur Ignis, eodem tempore, horis, & similibus existentibus, attamen aliqualis distinctio, diversitate annexorum apparet; Quod distinctivum, Annitemporum divisionem cognoscit præcipuè. Cibus Viventibus Individuis ejusdem speciei id ipsum ideat suà diversitate, successiva subministratione, & præcedentium omnium distributione; servata tamen semper specificatione propria. Indigentia pro sua conservatione, & nutritione, alimoniis, successivisque pabulis repræsentant aliqualem distinctam modulationem, ut viventia quoque omnia causa Habitationis, Regionis, Aëris structura, Ciborum, relinquorumque adjunctorum subsequentium ordine, affici videntur moribus bellicis, pavidis, sagacibus, vappidis, morositatibus, ac celeritate agendorum: Prima Ideantia Fluidorum structuras, & Nutrientium figuras, Sapores, Motunque acuendo, firmando; perfectiori, vel debiliori modulationis ordine ideante, imprimente, ac perficiente id, quod Figuris Specificis, Proprijsque Roscidis Saporibus, ac Motibus opportunum, vel molestum erit. Diximus servata semper propria Specificatione, à qua non discedunt ideationes occasionales, quarum impræssione capacia sunt omnia Viventia, & Singula apta nata Mista suscipiendi, & tribuendi ideationes ipsas naturales, vel advenientes. Primo semper Maximo Opifice Creatore in omnibus Movente.

 II. Ri-

II. Ritè Flammula Naturalis Viventium omnium Vegetantium, Sentitivorum, ceterorumque cognoscit distinctas ideationes ex distinctione specifica, & textura saporum atque Figurarum; Quod patefit primo motu generationis, ut Nonnulla Animalia, Semina Herbarum, Plantarumque breviori motu excluduntur; uti Ovipera, Cuniculorum productiones, Apum, Murum, &c. Raparum, Lactucæ, & similium: Plurima mediocri tempore, uti Genus Ovillum; longiori equorum; sic Piscium, Fluvialiumque omnium, ac Testaceorum. Operantur hæc seminalia, fermenta, & medio motu fermentationis excitantis Primam Flammulam salientem, cum Primus Motus fit ex parte impetum faciente, sivè Fluido Flammeo excitante, Figuris Elasticis, ac Saporibus Vividis, atque Lucidioribus prædito, ideato, structo. Patris Comunis Solaris proximæ irradiationes, vel remotæ, & Annitemporum distinctiones id totum demonstrant.

III. Itàque Generationum diversitates, Flammularum moventium activitates, productorum distinctiones signant firmissima vestigia, ac diastolicas, & sequentes systolicas motiones Viventium omnium; horum vivendi, generandi, germinandi diversus ordo distinguit, probat, demostrat motuum diversitatem, consequentem flammularum naturalium ideas, structuras, texturas, pabula, quibus aluntur. Non eadem Flammula movente vivit Equus, vivit Leo, vivit Simia, vivit Canis, vivit Bos, vivit Lupus: Non eodem motu ducitur Ignis, ducitur Aër: Non eodem ordine Vermes, Insecta, Reptilia. Motus Volatilium Maritimorum, Sensitivorum Terrestrium diversus, distinctus exceptus unus ab alio dependens à Prima Flammula, & suis sociantibus figuris, saporibus, ac texturis sufficiens argumentum.

IV. Talitèr Ignis, ergo, suo ordine constitutus considerabilis Æthereus, Usualis, Mensalis, & hic tot, tantisque modis, quot modulationibus ideari possit, causa omnium occasionalium imprimentium, vel subministrantium opportuna, apta comburi. Scrutatur ut Principium motus in Viventibus omnibus, & talem agnoscimus moventem, flammeum, elasticum esse præcisè continens diastolicum; qualem repræsentant, atque continent diversæ Species illorum. In his servata semper Specificatione propria. Retinent Species hæ figuram Pyramidalem subtiliorem, subtilem, subtilissimam in plures linguales figuras distinctam, vel unitim vibrantes producit multas, utpotè Cœli flatus, Regio, Pabulorum varietas; quoque motum velocem, velociorem, velocissimum ex ijsdem adjunctis, quibus sapores acidissimi, flammei adjunguntur; majoris, minorisque activitatis annexorum; distantia, propinquitate, appositione subsequente.

V. In Simili Metro Aër suam naturalem Conicam Figuram, Motum elasticum, omniaque univoca his ordinata, adjuncta, & consequentia servat, atque retinet; distinctione graduationis polaris, Zodiacæ signaturæ, proximioris, vel remotæ à primà solari Fornace; Planetarum, Metheorologicarum impræssionum, Ventorum, Pluviæ, Vaporum, Exhalationum assurgentium à stagnantibus, quiescentibus aquis, locisque Cœnosis; Æstivorum, Hyemalium stationum, sic Salinorum, Acidorum, lixivialium, sulphureorum, muriaticorum, omniumque Mineralium à fodinis, cæterisque Ferreis sursùm delatis, dispersis, ac radiorum solarium excitatione insinuatis Aëri insidenti; ut à superiori Cœlo, radiisque Primi Patris Irradiantis, Astrisque ideatur ipse, & in ejus medietate, assurgentibus Terræ Vaporibus, Pluviæ, Grandines, Nives, Fulmina, Fulgura, Tonitrua; & variorum, multifariorum vaporum diversitate, Ideationes salinorum impurorum, ac Arsenicalium similiumque translatione à Terræ visceribus, vel suaveolentium utilium, Inutiliumque fætentium ab ejus superficie oleosorum, volatilium, spirituosiorum naturalium, vel molestorum, ac depravantium inspirationem vitalem. Afficitur, Ideatur, atque modulationem adipiscatur diversam, ac eam occasionalem.

VI. Undè primò Aër intùs continet Rorem Balsamicum vivificantem, rosciditatem viventibus, media inspiratione tribuens: est enim Ros Aëreus pars quædam lucidior, depuratior servans insitam vim vibrationis, qua Corpora Viventia maximè restaurantur vivificantur, roborantur, & hujus Roris robur, ac præstantia est tantæ, talisque efficaciæ, ut valeat actiones vitalitatis primo ordine perficere, ac vivificare, quo si privetur, redditur impotens inspirationi viventium. Vitæ simpliciter transigendæ, atque substentandæ, Aër inspiratione attractus primum tenet locum; reliqua verò Potulenta, & cibaria secundum: reliqua adjuncta vestimenta, domus sunt instructa ad ipsius inclementiam mitigandam, atque muniendam. Sic in Excelsorum Montium summitatibus, & Cacuminibus, tali Rore Aër destituitur in maxima parte, uti in Sentitivo Vivente Spirituum deficientia, ac Roscidi Nutritivi notabilis defectus, undè ibi afflatus Ventorum deest, quia deficit majori ex parte Vibrationis Motus, & Elasticus, & Balsami Roscidi præsentia; ubi Inscriptiones Arenis factæ, ac inscriptæ, transacta multitudine annorum inviolatæ reperiuntur. Acuitur aliqualitèr Talis Ros Spongiis madidis, & Aqua imbutis reficitur, ut ore detentis, vel naso applicatis, inspiratio perfici possit, refecto rore elastico; nec diù potest iter fieri talibus in locis, subsequente suffocatione ex deficientia Roris,

sed non Aëris. Hinc talis Roris Balsamici Aërei distinctio, diversas parit impræssiones, figurationes, sapores, motusque corporibus inspirantibus, multiplices effectus tali balsamo sublunaribus impartitur.

VII. Sic Ideatur Ros Aëreus à multiplici causa, occasionali; sed primo, & principaliter à suo Patre Irradiante, à quo Annitemporum distinctiones Vernæ, dum signum Arietis gradus, & domum ingreditur: Æstivos producit dum vergit versùs Tropicum signum Cancri, Polumque Articum, à Linea æquinoctiali amovetur, & torridum æstum parit. Sic libræ signum vestigia calcans Æquinoctes, delectabiles, jucundesque dies. Arturi Sævitiem, rigiditatis flagella signum Capicorni sedem respiciens, Antarticum Polum attingens. Ipsi Aëri non propria, verùm aliunde communicata inspiramus, respiramus, cæteraque omnia afficiuntur, ijsdem ideationibus prægnanti, lucidumque balsamum immutando, diversisque figuris, saporibus admixtis occupando; unde tantarum mutationum, innumerorum effectuum ideationes fiunt; subsequentibus terreis introductis, aqueis, reliquisque omnibus motum habentibus; aptis natis aërem ipsum, ejusque rorem diversimodè mutare, simulque ideare; uti Ros Mayalis ostendit.

VIII. Certè illa Locorum distinctio, Annitemporum diversitas, Regionum comparatio, Zonæ, Eclipticæ, Æquinoctialis lineæ occupatio, distantia, proximitas, obliquitas irradiationis, vel rectitudo quasi perpendicularis zenit, meteorologicæ affectiones, omnia, quæ visibiliter, vel insensibiliter à quavis causa in Aërem attolli, aut propelli possunt, Terra, sivè Aqua, Metallorum, Mineraliumque Fodinis Sulphureis, Salinis, Arsenicalibus quomodocumque assurgentia, fumosa, nebulosa, serena, ut Aërem invadant conturbando, aliterque ideando, sunt præcisè consideranda, uti ipsius rorem contaminando, dilucidando, perficiendo, & afficiendo illis ideis per transfusionem delatis, vel Nitrosis, Fossilibus, Vitriolaceis Marinis, Aluminosis, Cœnosis, Rigidis Septentrionalibus, Placidis Orientalibus, Tranquillis. Exurentibusque, ut Agentium Specificatio erit. Quibus Balsamicus Ros illesus non permanet, neque tranquillam, suavem, serenam sui introductionem Corporibus viventibus impartitur, & eo intùs suscepto, motu diastolico omnia Fluida Vitalia nutrientia, & machinæ organicæ opportuna suis impræssis Ideantibus afficit.

IX. At Talis Balsamici, vel Ferientis Ideam cognoscimus efficaciorem, suavem, serenam, utilem; aut oppositam noxiam, lædentem, morosam, molestam, diversitate modulationum, ac susceptorum,

rum, quorum disparæ activitates, illius roscidam balsamicam elasticitatem alienant, & corpora inspirantia immutant, eo indigentia necessitate inspirationis; at tot, tantæ, & innumeræ distinctæ, atque diversæ ideationes fluidis communicantur, quot introductæ fuerint ordine impulsionis, ac fermentativæ, nutritivæ, depurantis cribationis in Viventibus singulis; quibus Viribus elasticis balsamo tali aëreo turgidis necessariò uti coguntur causa motionis vitalis, & motùs universalis, vegetantia cujuslibet ordinis, nec conchilia excipiuntur, Insecta, Reptilia, & Plantæ, Herbæ omnes ordine tamen suo tali balsamo, & inspiratione indigendo. Est Ros Balsamicus Aëri necessarius, ut pabulum usuali Igni; fluiditas humida vacua Aquæ: Lumen Solari Fornaci, & Spiritus rosciditatis omnibus Viventibus, initiando à minimis herbis, usque ad perfectissimum sensitivum. Decidunt Ignes, Aqua, Vitales actiones vegetativæ viventibus, successiva amissione sui naturalis necessarii nutrientis spirituosi, & lucidi, quod longitudine annorum, vel molestia morborum, aliorumque lædentium: occurrit Aëri Depravatio, Alienatio, Læsio, & Diminutio suæ naturalis Crasis, depravatione, amissione, alienatione, diminutione Roscidi Balsami Naturalis. Annitemporum mutationes distinctione graduum zodiaci occupatorum, & ritmo solari signotorum ideantur; scilicet Vernæ, Æstivæ, Autumnales, Hyemales; quibus necessariò ros balsamicus aëreus primariò afficitur diversitate Figurationum, Saporum, & Motuum introductorum: Redditur, & ideatur in suo Balsamo Validior, Lucidior, Vivacior, Roscidus, Vappidus, Sulphureus, Nitrosus, Subtilior, Cænosus, ac tantis figuris, saporibusque modolatus diversimodè, ut viventia omnia ipsum inspirantia innumeris affectionibus, vel molestis, vel Salubribus ducantur; moresque multifarios adipiscantur ratione fluidorum Nutrientium successiva restauratione; proprias, licet occasionales ideationes susceptas partibus solidis organicis communicando, similaribus, dissimilaribus, toti corpori organico, signulisque adjunctis: Motu, Figuris, Saporibus, Ideis affectis ex prima, & successiva habita impræssione roscidi balsamici inspirati. Herbæ, Plantæ, Fructus, Saporum distinctiones ex motu fermentativo maturationis perfectiva ex balsamica vi aëris traducta, Ideantur. Ros mayalis fœcundior, Æstivus Sulphureus, Autumnalis Gravis, Hyemalis Nitrosus: Quibus Saporibus Diversis, Figuris Variatis, Motibusque Distinctis, Viventia intus, extraque, causa inspirationis, eodem ordine modulantur.

X. Undè Quidpiam Divinum, Antiquitas putavit, in eo latitare; nec dissona ratione. Sunt in Aëre omnia necessaria Inspirationi,

Re-

Respirationi cujuslibet vitam ducentis in singulis Generibus, & Specierum distinctionibus: In ordine, & Machina Creata quidpiam reperibile non erit Aëre non indigens, sed necessitate conservativa. Ignis non conservatur remoto aëre, imo hujus varietate activior, lucidior, vegetior, fumosus, turbulentus, &c. nec Magnum, vel Paruum Lumen conspicere licet, quod aëre non conservetur: Boylensis Machina demostrat, sed nobis quotidiè Locorum stationes, ut Specum Antri, vallium, &c. Aqua depurata, Clarior, subtilis, lucida, salubris ex Aëris modulatione, uti Cænositas, Vappiditas, & Metallica, Mineralis, & multifariis mutationibus ducta, ut germanos effectus horum vinculum pariat: Salubris Aër, Optima Aqua: Maritima Viventia, Fluviatilia, saxibus annexa, crustacea Amphibia omnia, Aëre remoto, vel depravato, quomodolibet molestè Ideato, ità pariter ipsa. Virentia Singula nec nutriuntur, nec conservantur, nisi balsamo aëreo inspirato ordine suo tamen. Nec Volatilium, Sensitivorum motus quilibet fieri potest vitalis, Aëre longè remoto. In sensitivis nulla Nutritio, aut Cribatio, aut Restauratio præter aërem roscidum, ut motum, actionumque distinctio ex ipsius ideatione multiplici: Ingeniosi, virtuosi, Præstantes Viri, non in aëre Nebuloso, sed Subtili, Sereno, Roscido, Lucido, ut Cætera Animalia: quod in feracissimorum animalium speciebus reperitur, causa habitationis, & Locorum distinctione: Leones, Tygres, aliaque ferocissima aërem inspirant sulphureum, nimis elasticum, ac vibrantem. Insecta, Cuniculi, Bufones, & similia, loca petunt declivia, Aërem Cænosum, ac Vappidum: sic Avium diversæ species, omniumque Herbaceorum, Plantarumque Genera æquiparantur, æmulanturque eorum actiones ex diversitate aëris, ejusque roscido balsamo. Sufficit hoc unum: Nullum dari Motum sinè Aëris præsentia, nec Naturalis Vitalizatio præter ipsum: Aër Elasticitate, & Vibratione intrinseca ducit motum, nec motus ab intrinseco sinè vibrationis impulsi. Est Motus, est Aër: Est Aër, est Motus, sinè quo nec vita, nec consequentia ad vitam. Longum foret Aëris structuram, Balsami Roscidi sui Ideam delineare, & integrum occuparet volumen; sufficit scrutari, quod singula viventia alimentis innumeris, aluntur. Omnia verò viventia, & motum quemcumque habentia, & mista cujuscumque ordinis, Aëris Balsamo Roscido nutriuntur, conservantur, & diversa vitalitate motus afficiuntur ex distincta Ideatione Aërei Balsami Roscidi.

XI. Estat Aqua, sivè à qua uti Polychresto Fluido, omnia restaurantur, qua nutriuntur modo distincto specifico, & individuali proprio: Propriam Suam Naturalem retinet specificam Figuram, ut

ut cætera fluida Prima. Ignis, Aër, Aqua; Pyramidalem, Conicam, Rotundam; nam aliàs si susceperint in statu violento figurationes, naturales non sunt. Lumen Igneum dat propria vestigia, Aër proportionatum motum in suis viventium ductibus conicis pulmonalibus. Mare perfectam rotunditatem denotat; Ventis, Tempestatibus, alitèrque motum, atque agitatum, etiam suum motum, ac figuram propriam demonstrat, ut Singula Fluida Prima, Secunda, & ipsis annexa. Saporem proprium, dum alienis eterogeneis copulata non fuerint; quæ similes, nec dissonas excludit eterogeneitates aliorum corporum, ut Primum Nobilissimum Fluidum vacuitates continens non paucas, dicerem omnes, nisi Aëris Idea superesset. Saturatur diversitate multiplicium Salium, diversis Figuris, Activitatibus, Saporibus, Motibusque prægnantium, ac affectorum. Quia Primum Fluidum Polychrestum Nobilissimum sit omnibus modulationibus Assimilabile: distinguitur, diversificatur ab ipsismet ipsi annexis variis, & aliis Fluidis unitis: Cœli status, Terræ positio Montana, Sublimis, Declivis, Submissa, Maritima, Meridionalis, Austrina, Borealis, Occidentalis: Temporum, Æstivæ Mutationes, Autumnales, &c. Mineralium fodinæ, & singula ex his allata: Ipsi Aqueo Fluido mixta ideant, atque modulant ejus structuram, ut Abecedarii notas componere videatur. Sunt in Hoc Tantorum Naturalium, Mineraliumque distinctæ Vires, & Agendorum diversissimæ Ideæ. Hoc nonnisi fortissimo vinculo partium Mineralium Ideantium aquas, quibus corpora subjecta afficiuntur iisdem Ideis intrusis in ejus capacitate vacuitatum, quibus scatet, quibus intrinsecè afficitur; Dotatur, Unitur Germano suo subsistenti, eiquè ordine Vibrationis adjacens, suscipit elationes aëreas, illasque amplectens, ad invicem ideantur.

XII. Nec obiter prætereundum mirandum absconditum in Fluido Aqueo, & singulis Fluidis Aquæ proximioribus: estque ut ratione vacuitatum universaliter omnium Figurarum fiat Capacissimum Receptaculum assumendi, continendi, non solum omnium Mineralium Ideas, Impressiones, Vires cujuscumquè ordinis fuerint, vel Nutritionis, Restaurationis, Solutionis, Coagulationis, Diaphoreticas, Emeticas, Salivales, Dejectorias, & affici modulationibus illis, quibus Emunctoria repurgant; Cribatione, & Filtratione sensibili, vel insensibili in singulis speciebus Vegetativis, Sensitivis, Volatilibus, Maritimis, Insectis, & innumeris modulationibus, reliquisque Ordinem ipsorum sequentibus; sed nequit fieri Nutritio, Restauratio, Vivificatio Vitalis, Cribatio aliqua, cujuscumque visceris, vel partis, nisi vehente Aqueo Fluido,

aque-

aqueamque modulationem sapiente; quod omninò à solidis Corporibus exclusum est, remotum, & alienum: Nec Corpora solida nutritioni apta fiunt, nisi diversis modificationibus in Naturam, & Ordinem Fluidum reducantur; & licet durissima alimenta fuerint, prius trituratione, & fermentationis motibus in fluiditatem reduci debent; ideoque suscipiendo ideationem aqueam fluiditatis, vel proximam Aquæ, ut inde capacissima suscipiendi multarum figurarum ideationes, quibus uniri possint, atque retineri à partibus organicis, similaribus, & omnis figurationis. Non retinetur Alimentum Roscidum, Nutriens à parte nutrienda, nisi figura simili dotatum erit: Non sufficit Saporis Univocatio, sed prima introducenda Univoca figuratio: Continuo Gyrematum Motu id à Massa Communi retinetur, unitur successivè, quod Consonum figura fuerit.

XIII. Sic primariò Fluida aqueam structuram repræsentantia, si nimis distent à figuratione talis texturæ, talemque compagem excludant ordine propriæ modulationis singulorum fluidorum, & Vacuitatum; tunc eveniunt depravatæ Nutritiones, Vappescentiæ Viventium, ac diminutæ Filtrationes, Morborum præcisa occasio: Hinc Coagulationes Fluidorum Naturalium, vel nimiæ solutiones, Perturbatio propriæ Ideæ cujuslibet Fluidi Nutrientis, vel successivè depurandi, excernendi: Quibus Vacuitatibus distinctis, innumerisque in Aqueo Fluido sistentibus fiunt Solutiones, Assumptiones in proprio sinu Aqueo tantorum Salium, Saporum, omniumque solutione, ac associatione Capacium; & Nutrienda omnia cujuscumque Generis fugant in aqueo alimento restaurante illam Salinam, Saporiferam Ideam, illiusque figuram sibi consonam, assimilabilem, & associabilem proprio suo Esse Specifico, & Individuali; ejectis reliquis Salibus, & Saporibus dissonis, & sibi minimè applicabilibus, ac annectendis, & per illa Emunctoria, quibus scatet omne Organicum Compositum, & illismet Cribari faciliùs possint ratione figurationis æqualis. Hoc Depurationis opus fit continuo gyremate Fluidorum; Quo Motu Diastolico, & Systolico à Sylvestribus Saporibus, dissimilibus Figuris repugnantibus propriæ Ideæ Naturali, depurantur Fluida Nutrientia, Aptaque redduntur Figura retineri, Sapore Uniri, & Elasticitate Motus Nutritivi gaudere.

XIV. Illis in Aqueo Fluido existentibus, & continua experientia patentibus, insurgit in præsenti brevissima investigatio rationalis scilicet; qua ratione, & quibus causis nimius usus Aquæ in aliquibus Morbis Salinis, Sulphureis, Febribus Ardentibus, affinibusque affectionibus, in quibus Salium Sylvestrium copia abundaverit, prodesse poterit? Aliud Demonstrativum Argumentum non prætereundum,

dum, nisi Illud, quod est ratione Vacuitatum, & Capicitatum tantarum figurarum existentium in Aqueo Fluido, ut copiosissimè assumpta, potaque debito tempore limpidissima Aqua (non existentibus tamen repugnantibus indicationibus Crispationum, Internarumque inflammationum, vel abscessuum) valeat omnia salia, saporesque Sylvestres, eorumque figuras una insimul dissolvere, assumere, absorbere, & illis pregnans ad Emunctoria, filtratione propriæ structuræ capacis cujuslibet figurationis, deportare. Nimia Copia, ut aqua assumat, & non assumatur, quod esset causa augumenti, & non decrementi expulsionis, & activitatum Saporum, Saliumque morbosorum, & Coagulationis novæ Principium.

XV. Sic oritur Refractio salium, Saporumque Sylvestrium, & solutis atque assumptis alienis morbosis introductis in massam Fluidorum, & in Aqueum Fluidum transfusa, vappida, inertia reddantur, vim agendi, acutiem pungendi in figuris amittant, nec saporibus jam ab Aqua dilutis morbificam occasionalem causam fovere possint, & successivo continuo gyremate ad illa Emunctoria detrudantur; ut eorum capacitas, & consona similitudo figuræ salinæ, & offendentis extiterit; Licet sint Emunctoria Universalissima capacia multarum figurarum, ut Alvus, Ureteres, cutis, quibus plures modulationes excernadorum, & filtratorum insunt, uti Magnum Forum Capacissimum omnium mercium; non dissimili modo ac in Bellica Pugna,dissolutis, atque distractis Primatibus componentibus, Ducibus, si Arma fracta fuerint; Inimicorum, Hostium, & Adversariorum nulla vis, evanescit robur: Sic Saporibus destructis, contortis gladiis, hastis ruptis, scilicet mutatis figuris Salium; nec Pugna, nec Bellicus Furor, sed omnia evanescunt, & eò magis si milites evacuentur à militia. Recta Administratione Aquei Fluidi facta, in Morbis Sulphuream causam agnoscentibus, Salinos Sapores, atque Sylvestres, pariterque figuras acutas, pungentes, similesque occasionales introductas præternaturalitèr causas habentibus; Id Totum experiri, & contingere potest.

XVI. Nam sunt vacuitates, & figurationes innumeræ in Aqueo Primo Fluido Capacissimo suscipiendi multiplices Salium figuras, aliorumque corporum, & mistorum tincturas, & transfusorias ideas in modulationem fluidam redactas, ratione univocationis fluidæ, sub qua structura Aër, & reliqua aëream compagem repræsentantia, vel proxima, etiam texturam Aqueam ingrediuntur, ut Piscium respiratio, & inspiratio, quià Viventia necessariò adnotant, cum motus quilibet Vitalis in, & cum Aëre fiat, & sine ipso fieri nequeat: Hic Fluidorum structuram, & præcisè vitalium occupat, causa Mo-

 tus,

tus, Inspirationis, Nutritionis, & omnium ipsum consequentium.

XVII. At paritèr aptatur suis figuris cuilibet Corpori, similibus insitis, ac vacuitatibus affecto, illiusque porosas cellulas, licet distinctas ingrediatur, & occupando annectatur corpori, & partibus singulis capacibus, & figurationes internas habentibus; aliquando ratione figurationis adversæ, & saporum dissimilium in dictas vacuitates irrumpit, & crepitationes parit.

XVIII. Talitèr aliqua, & non pauca sunt corpora contexta in figurationum modulatione strictissima, paucas figurationes, & angustissimas continentia, ut ferream, vel lapideam structuram repræsentent, & vix figuram aliquam Fluidi Primi suscipientia, & in his licet longa mora perficiatur, attamen, ut figuræ Capacitas susceptiva, & suscipiendi modulatio, ordo, & vacuitas erunt, sic Fluidum aptatur paucis figuris, debilique annexione.

XIX. Ut tanta hujus Fluidi Capacitas, Aptitudo, & suam vim figuris exercens, ut Corporibus, quibus annectitur, propriam ideam aqueam communicet, & ab illis afficiatur iisdem figuris, ac ideis: Dat, & suscipit, recipit, & tribuit omne id, quod sub modulationis ordine saporifero, & figurationis, transfundibile est. Tincturæ, Expulsiones Diaphoreticæ, Diureticæ, Emeticæ, Stomaticæ, Cordiales, & Multiplices Aqueis erutæ.

XX. Relinquit omnia hæc, uti assumpsit, dum exhalatur Ipsum Aqueum Fluidum; Destructis suis figuris, & in subtilissimum Corpus ideatum, & ratione ponderis imas partes, priùs modulatione Aquei Fluidi unitim, indèque separata, & ab illo dissoluta petunt. Figurarum dissolutio, saporum alienatio, sunt separationum Principalia Agentia.

XXI. At in separatione susceptorum Saporum, & Figurarum, facta ope Aquei Fluidi; Illud primum, & celeritèr subtrahitur ab eterogenea Massa Idearum, quod in suo Esse continet copiosiores figurationes, ac plures vacuitates, qua causa Aqueum Fluidum primariò evacuatur, indè huic magis affinia, & propinquiora: His succedunt ponderis graduatio, figurarum restrictio, sivè arcta connexio, laxitas, & sequentia univoca, uti capaciora suscipiendi, & tribuendi naturales, molestos, ac neutras figurationes Moventium, Ideantium, aliorumque Imprimentium.

XXII. Liberam tenet, Primum Fluidum Aqueum, Ideam universalissimam omnium Nutritionum, non tantùm in Vegetativis omnibus Herbaceis, ac Plantiferis causa suæ naturalis structuræ, & fluiditatis, veluti applicabile Nutriens partibus singulis nutriendis,

Ideam

Ideam Roscidam, & Fluidam tribuens, sed ratione Insiti Elastici Contenti in quolibet Fluido Nutriente, vel Apto, Capaci nutrire, licet actu tale non sit causa appositionis.

XXIII. Inest Figura Elastica, seù continetur, & servatur in sinu Aqueo inter innumeras figuras, hæc non ultimo loco consideranda, utpotè quidpiam proximum modulari in motu elasticitatis; non univocè, sed proximissimum univocationi Fermenti Seminalis in Seminibus fœcundis Herbaceis, Plantiferis, quæ sola aqua suscipiunt motum initiantem tamen germinationis; qui motus sola elasticitate primò insurgit, reliquis indè necessariis consequentibus moventibus, præcisè Patre Irradiante, & graduationem Zodiaci signante. Unde rotunditatis figura in hoc Fluido, post ejus refractionem, diversam violentam, neutram, ac quamcumque aliam Modulationem vel Arte, vel alicujus Agentis Viventis, vel Ideantis, certissime ad suum pristinum statum reduci non posset naturalem rotundum, nisi causa motus, quià reductio est actio, & actio motu perficitur. Hoc enim fit ab intrinseco in quolibet Fluido Aqueo, & ex suis figuris, & modulationibus naturalibus; conficitur ergo sua elasticitate, licet ordine suo graduata, ut Fluidi structio fuerit crasizatio, modulatio, & adjuncta naturalia reperta fuerint.

XXIV. Sed Fluitare in Aqueis Fluidis Primis Naturalibus, Secundisq;, non est causa Ponderis, vel Pressionis simplicis, cum innumera Ponderosa, licet subtilissimæ figurationis, & declivia loca diminutè petant; attamen omnia Fluida continuo, & successivo motu, & in declivioribus locis violentèr irrumpunt Spumantia, sivè Copiosissimo Aëre prægnantia; & licet hoc opus Pressione Insidentis Aëris fiat; sed non simplici Pressione, sed motu adjuncto, ex Insidente Aëre premente coadjuvante elasticitatem intimam Fluido Fluitante. Attritus duorum lapidum, vel lapidis, & chalybis; si parvo lumini flamma uniatur; major celerior, vegetior, præstantior, efficacior oritur activitas.

XXV. Indè Fluens suam etymologiam à fluxu, sivè motu fluendi retinet, sic Quod Fluit movetur, & Quod movetur, Aëris structuram servat aliqualem, ad minùs aliqualem elasticitatem. Fluunt Fluida, seù Prima Aquea, & Aërea, & his proximè univoca ratione fluiditatis: ergo elasticitatis talem ideam, qualem motus requirit, conservant, & intùs struuntur.

XXVI. Dum attendimus multorum imperfectorum Viventium Habitationem in Fluidis, non solum Maritimis, Fluviatilibus, sed Stagnantibus Aquis, Cœnosisque locis, in quibus Vitam ducere nequirent, si omnimoda elasticitate carerent; ad unguem elasticitatem observamus iis inesse.

XXVII. Et Veriſſimum eſt, Preſſione inſidentis Aëris id majori Efficacia, Celeritate, ac Præſtantia fieri; attamen eadem preſſione docemur, Ipſius elaſticitatem tribui majori vi, ac copia ſubmiſſo Fluido; Quod noſtram Cogitationem, & Ideationis Fluidæ ſtructuram declarat. Preſſio eſt motus, & motus elaſticitate perficitur, Elaſticitas ſequitur Aëris Naturam ſive ordinem, modulationem, & reliqua annexa.

XXVIII. Actu eſtat in Fluido quolibet motus fluendi, ex ſuo pondere, ſua licet parva elaſticitate, & etiam preſſione, quorum modulatio, vis, efficacia, & præſtantia, fluitationis ordinem præveniunt, & ita in Naturali loco petito quieſcunt, quies dicitur ſtatus Naturalis.

XXIX. Lege Nutritionis: Omneſque Reſtaurationes, & Conſervationes Viventium omnium, ſingulorumque quomodocumque Vitam ducentium in Fluido tantùm perficiuntur; cum ſolida incapacia Nutritionis, Applicationis, & Figurationis Conſonæ recipiendæ; ſed etiam carentia motus, cum Nutritiones fiant motu ductivo, & fluitante ad ſingula Nutrienda, veluti Aqua irrorans ſucceſſivè Herbas, Plantulas, Flores, & cætera in Horto fixa, implantata, & alimento, talique Fluido indigentia, & ſuis figuris ſive vacuitatibus aſſociatur omnibus ventriculis, ſive radicibus cujuslibet Vegetantis; Unicuique ſe modulans, ut illius figura, & modulationis ſtructura exigit.

XXX. Oritur quod majoris Ponderis, & Conſiderationis eſtat, & Præſtantiſſimum ab Ordine Rerum, ſivè Natura eſt: Nullas fieri Depurationes, Filtrationes, Cribationes, & Clarificationes in Fluidis non ſolùm, ſed in partibus ſolidis cujuslibet Ordinis fuerint, ni fiant ſub ſpecie fluiditatis, & per omnia Emunctoria fluitantia excrementa; Cerumina, Sudores, Serum Ureticum, Alvinum depuratum, &c. nec duriſſima corpora, ut eſſent Oſſa, depurari poſſunt, niſi ordine fluiditatis.

XXXI. Generalitèr Inſtare nequit Aliquis, aſſerendo, debere intercedere ſimilitudinem, & univocationem inter Nutriens, & Depurandum ab Ipſo Nutriente. Eſt Nutriens Fluidum, debet Cribatio etiam fieri in ſimilitudine fluiditatis. Eſſent plures reſponſiones, quibus certi eſſemus. Prima non ſolùm in Nutritionibus Depurari fluida, ſed partes ſolidæ fluidis nutritæ, & in Capillorum, Pilorumque radicatione, excreſcentia, ungium, &c. In quibus obſervanda ſunt non tantùm excretiones, ſivè filtrationes fieri ab organica parte in organicam, ſuo modo, partem; cum Capilli, Pili, Ungues ab intrinſeco nutriantur ſuis figuris, & cavitatibus; ſed ſecundum,

cundum , scilicet has partim esternas partes suis emunctoriis gaudere propè radices , & corpus etiam.

XXXII. Insuper sub ordine fluiditatis cribantur Nutrientia, sed post brevem morulam extra Emunctorium suscipiunt figuram Depurati Nutrientis. Aurium cerumen, Narium mucositates, Oculorum excreta, & alia id totum demonstrant.

XXXIII. Et servant suam firmissimam rationem in sua structura Aquea Fluida omnis ordinis; Sunt illius Capacitatis, & Modulationis, ut possint recipere ratione Vacuitatum innumerarum, quamlibet figurationem; hinc est quòd licet quælibet pars nutrita habeat suum peculiarem ventriculum, suumque fluidum modulatum, quo nutriatur; attamen quià figurationem Nutrientis sequitur, ideo elasticitate gaudens, & figuris ideatis à partibus suscipientibus, & illa figura, quæ capax redditur trasmitti ad Emunctorium proprium, quod nullimodè fieri potest in solido, aut propè naturam solidam dicente.

XXXIV. At nunquam discedendum à figura propria naturali, licet sint multiplices figurationes, & capacitates, non tamen hæ destruunt, vel infringunt rotundam, universalem, naturalem. Aër Capacissimus omnium specierum motus, & figurarum, figuratorum Corporum, etiam generandorum, uti Meteorologicorum, Tonitruum, Fulgurum, Grandinum, Nivium, Brinarum, Pluviarum, & singulorum recipiendorum in ejus structuram; attamen in Susceptione, Generatione, & Motibus horum nunquam amittit suam Conicam figuram, suum naturalem elasticum, vibrantem motum, licet diversimodè violentèr, vel neutralitèr modulari possit in omnibus his: Remoto Agente Movente, & Ideante ad proprium naturalem deducitur statum.

XXXV. Usquequò Aqueum Fluidum movetur, vel naturalitèr, vel quomodocumque levitèr agitetur, suam Crasim servare videtur, nec alienam figurationem, Saporemque adipiscitur, undè Cœnosæ, stagnantes Aquæ corrumpi, sivè molestè ideari dicuntur. Argumentum precisum, quòd Conservatio naturalis Idealis Aquea debeat sociari partibus vibrantibus, elasticis, ac moventibus, quibus non tantùm quod alienum, & cænosum in Fluido est, vel contingerit, purificatur, & secernitur, sed ut reliqua Fluida composita motu perficiantur, spiritualizentur, ac lucidiora, vegetiora, aptiora suis muneribus reddantur. Motus segregat alienum introductum in moto, ac composito.

XXXVI. Certum enim est, Similitudinem, & Univocationis Vinculum servari, atque teneri inter Aqueum Fluidum, & Aëreum, ut Bonitas, Tranquillitas, Perfectio, Vivacitas, Luciditas Unius, sit

fit Alterius fpecularis repræfentatio. Aërem Lucidum, Perfectum agnofcimus in Regione, Urbe, Villa, & fimilibus Locis; Arguimus indè Perfectam, Subtilem, Claram, Vivacem Aquam; uti etiam ex hujus Bonitate, illius perfectionem: Caufam principalem hujus Univocationis non aliam, & præcifam cognofcimus, nifi ex horum Fluidorum Simboleitate, & Annexione.

XXXVII. Tanta fociabilitas, in hoc firmari demonftratur, fcilicet primariò in Rore Balfamico Aëreo, qui annectitur, unitur caufa contiguitatis, & motus Corpori Fluido Aqueo; & cujus Unione, Copula annexione Aqua perficitur: Unde dicitur de Aqueo Fluido Perfectiffimo. Fons, Cafus, Fundus, ab Origine diftans: Subtilis, non Tecta, Multaque Clara, liquans Hypochondria raptim: Rebus non confecta malis refidentia parvo tempore defcendens, &c. quibus omnibus annotatur Motus, & Aëris commixtio.

XXXVIII. Oriuntur in Aëreo Corpore licet Diaphano luciditas, Vivacitas, &c. nam in Aqueo Fluido perfecto, ac depurato, fubtili Claro, funt partes rofcidæ principalia Principia Nutritionum, undè ex hoc Fluido perfecto non folùm, non deturpatur infidens Corpus Aëreum, fed perficitur in fuo rore balfamico rofcido, Ideatione præcipua Patris Irradiantis Univerfalis operantis ex fua Capaciffima Fornace, & introducentis ultimam ideationem balfamicam, tam in ordine Vibrationis, quam Rofciditatis.

XXXIX. Re agunt, & ad invicem perficiuntur Aqueum, & Aëreum Fluidum, uti Annexa inter fe Fluida fociabilia; & hoc Elafticitate, Vibratione, ac Balfamico unius, Rofciditate, & Principio Nutritionis alterius. Aquei fubjacentis, & preffi Aëris fuperfidentis, & prementis totali Figura.

ICONISMUS III.

Vivere quid ab Intrinfeco fit?

I. NEceffitate Nutritionis ftrictiffima. Quodlibet Vivens, cujufcumque generis, in Ordine Plantifero, Senfitivo terreftri, Volatili, Maritimo, Verminofo, Infectorum, Fungofo &c. habere, & continere tenetur fua naturalia fluida diverfimodè modulata, quibus diftinctæ, diverfæ, eterogeneæ, homogeneæ, organicæ, & fimilares partes folidæ, & fluidæ, intrinfecè nutriantur, augeantur, conferventur, fecundum proprias proportionatas ftructuras internè, & externè figuratas; fuis ductibus, fontibus conficientibus, deferentibus, ftruentibus affectas; omniaque princi-

paliora

paliora Vitalitati dicata, Primordiis Seminalibus, Ideis Naturalibus, & Orgasmo Vitæ signata; ità annexa, ut apta, nata, figurata, saporifera; sint ideata Recipiendi, Continendi, Conficiendi Actiones Fermentativas Nutritionis, & Expulsionis in ipsis Fluidis. Primas, Secundás, Medias, & Ultimatas Vitæ conservandæ Necessarias.

II. In Mistis ab intrinseco crescentibus, nutritivo roscido, elastico, saporifero, figurato gaudentibus alimentari fluido nutriente, augente, restaurante, & ad perfectum Esse, modulationibus, ducente, constituenda est Vita; Motus Propriorum Intrinsecorum Naturalium Fluidorum in suis Figuris, Saporibus, & Esse Univoco Modulatorum, ut Actiones omnes Naturales, Organicæ, & Consonæ fiant. Fluida cujuscumque Viventis, proprios Sapores, veras, & congruas figuras, motusque his univocos retinendo, Vegetationis naturalis, Ideam ducunt in, & ab Organico impellente Viscere Vitale.

III. Motus considerandus venit Chyliferus; quo non solum fermentativus Fluidorum famescentium, Salivalium, Esurinorum, & omnium hunc motum coadjuvantium; sed præcipuus obviam prodit Motus Ideans Massam Chyliferam illis, licet rudibus figuris, & saporibus naturalibus proprii specificati sui Individui, quibus omnes corporis partes cujuscunque ordinis fuerint, nutriri, augeri, conservari debent; licet perfectiori ordine; diversis continuis gyrematibus, organicis actionibus, & effervescentis delineatæ, perfectæ, ac modulationis Ideam receperint statua Apollinis rudè delineata: Integrum Dictionarium compositum, & non repurgatum: Pictura continens plures figuras incompletas in Tabulis: edulia, cibaria plures absconditos sapores servantia. Volumen Typis non dùm correctum, &c. Hæc tamen larga, non stricta comparatione illi motui ideanti applicanda.

IV. In Chylo equino reperiuntur ideationes, sivè impressiones factæ similes, & applicabiles successivis motibus fermentativis, & nutritivis, organo equino, & singulis partibus; nec massa chylifera equina habet similes ideas chylo Leonino, Canino, Ursi, Bovis, &c. Ideatio, ut dicetur impressio facta in fluidis à quocumque Agente apto, Capaci similem ideam Impressionis imprimere, Actione, Transfusione, Insertione. Chylo Leonino non nutriuntur Vulpes, nec reliqua, nisi nova fermentatione chylifera facta à motu fermentativo chylifero talis objecti viventis. Lacte Caprino, & aliqualitèr etiam humano non nutriuntur infantes, nisi in proprio ventriculo susceperit propriam ideationem lactiferum epotum, vel suctum.

V. At-

V. Attendendum magnum Anotomicum experimentum. Sues comedentes sanguinem similis suis, & chylum alterius socii estincti; illo nec nutriuntur, nec restaurantur; nisi fermentativa actione chylifera suscepta in proprio Ventriculo Ideante; & hoc ut docet, de cæteris omnibus idem experiri contingit. Ideatio specifica, & individualis contrahitur in propria Sede chylificante.

VI. Sit idem cibus comestus à diversis viventibus, v.g. Caro Vitulina, ab Equo, Leone, Urso, Vulpe, Cane &c.; non chylificatur, nec chylificationis Ideas easdem, & similes suscipit à diversitate Chylificantium Ventriculorum.

VII. Extat confirmatio hujus Systematis: Fluidorum Naturalium diversitas, licet sub eadem modulatione positorum. Sit FluidumLymphaticum in Equo, non est ejusdem rationis, ac Lymphaticum Canis, nec Caninum simile Simiæ,nec Leoni, nec Cæteris diversis Specificatis. Sic Pancreaticum esurinum caninum diversificatur ab equino. Nec Liquor Cysticus, nec Salivalis sunt ejusdem modulationis in diversitate viventium, licet eadem munera, actiones, & opera exerceant in suis specificatis organis, & viventibus: inferioribus paginis, id ipsum reperies probatum.

VIII. Denuò in subintrantia Principalis Organi Vitalis partium chilyferarum unitarum cum liquore universali in axillari ascendenti, & dextrum ventriculum petenti; Præcipuus Motus in Fluidis nutrientibus examinandus est. Suscipiunt fluida rubra, & cruorizanda novitèr, multa necessaria vitalitati, Nutrictioni, & partium restaurationi; scilicet Elasticitatem immissam, inspiratione pulmonum, & annexorum organorum, Spirituosam, ac vibrantem machinam partium roscidissimarum,impetumque facientium; Depurationem inutilium fuliginum, respiratione foràs expulsarum; ideamque consonam ipsi universali Nutrienti in successivis repletionibus vasorum partium restaurandarum, ac Nutritionis capacium ac indigentium vivificatione.

IX. Universalis hic motus, cæterorum motuum naturalium principalissimus, tribuit Fluido in Aortam delato, & ex hac in universas corporis partes translato, gyremate continuo, oleosas ideationes receptas, & vitali organo naturales: receptas intrusione ferventis fluidi intromissi, & in axillari copulati ex imis partibus hepaticis; & naturales conservantes flammulam vitalem istis lucidissimis, depuratis, ac vividis oleosis roscidis indigentis; quorum depravatione, vel cœnositate, aut alio vitio, læduntur motus Diastolici in susceptione liquoris, & præcipuè systolici in expultione: undè morbi vitales, universales, & innumeræ pulsuum distinctæ varietates.

X. Li-

X. Licet talis motus in Arteriis manifestetur Diastolicus, & Systolicus, cum morula Perisystolis; attamen in omnibus ductibus, canalibus, ac vasorum deferentium capacitate, reperitur suavior, pacatus, & aliqualitèr morositate, sivè minori celeritate præditus; delectabilis, ac amplexibilis, ut motus nutritionis partium nutriendarum, ac vivificandarum stabiliatur.

XI. Insupèr, quia arteriosum fluidum ex propinqua, celeri, successiva, continua inspiratione dotatur, ac afficitur machina aërea elastica, vibrante; fit ut hujus copia Spirituosum, fluidissimum, vibrantissimum sit; non neglecta annexione arteriarum Organo Vitali in perenni motu Vitali existente.

XII. Tanta hujus motus universalis præstantia, ut non sint aliquo ordine comparabiles reliquæ fluidorum motiones, & singuli agressus, & regressus ad proprias Sedes ipsorum. Particulares, Individuales omnes; hic Polycrestus universalis: quo læso, ac gravitèr affectò, languescit vivens; & quæ viscus præcipuum hujus motus sedem, non habent; loco, & ejus substitutione, alia nobilior, ac præstantior pars constructa videtur.

XIII. Attenditur Præstantia talis motus, multiplici structione, causalitate, & modo. Fit intrinsecus à viscere Nobilissimo, & organo Principali: Est depuratus in esse fluiditatis, occupans duas, sivè duplicatam sedem ventricularem cordis, mediatione Arteriosi Venosi, & Venosi arteriosi: ritmum temporis Diastolicum, & Systolicum, cum æquali Perisystole sivè distinctione expansionis, & constrictionis: Retinet elasticitatem maximam, & machinæ aëreæ omnes roscidas, balsamicas, vividas, vibrantes partes; ut istius præstantia, motus vitalis excellentiam pariat.

XIV. Tuetur supremum opus in machina Viventium Inspirationis omnium partium elasticarum, cujuscumque ordinis, ut vibrationis, Balsamici roris, luciditatis, & respirationis depurantis, sive cribantis alienum, atque opacum inconsonum fluido vitali: Agit fermentationis excellentem, vividam, necessariam actionem in utraque sede dextra, & sinistra, lucidam, & lucidiorem intromissione eterogeneæ massæ chylosæ, cruentis, & oleosæ unitarum in propinqua axillari; ex fonte lacteo, ex folliculo felleo, & genere liquoris existentis, & decurrentis per ipsam axillarem; quarum ingressu, distinctione saporifera, varietate figurarum petentium flammulam insitam vitalem principalitèr agentem; structione talis organi, succorum antecedentium modulatione fermentativa, ac præstantissimi moventis; spiritosi universalis mobilis conflati, & affecti omnibus antecedentibus, celebratur Perennis, Universalis, necessarius Vitalis motus.

XV. Ex hoc universalissimo motu conflato ex Diastolico, Sistolico Perisistolico, Vibrante, ac modulato, elatione, expulsione, morula, omnibus, & singulis repertis, & contingentibus naturaliter generico motui vitalizationis; oritur in Mobile Fluido polychresto ideatio omnium saporum, figurarumque singularum, quibus uniformis fit amplexus, ut figuræ simili, nutrienda pars, sivè ejus vacuitas annectetur; suavitate, & univoco sapore gaudeat, ac motum nutritionis propriæ exerceat; elationis ingressu, Systolis in molesto expellendo suavi, ac auctivo applicabili in suum esse, amplexu, & morula quietis subsequentis motum naturalem nutritionis, restaurationis, vivificantis partis nutritæ structuram.

XVI. Prævio motu vitali perficiuntur figuræ fluidi eterogenei nutrientis; lucidiores, roscidiores, viviaciores redduntur sapores, atque aptiores, & proximè partibus singulis applicabiles, unusquisque secundum propriam structuram, & modulationis ideam suæ parti univocatione propria uniendus; & motum accretionis suscipiendo ex fluido vitalizato, talibusque ideis affecto. Suppositis antecedentibus chyliferis primis masticationis, & stomaticis, separantibus utile ab inutilibus infra sedem stomaticam; & intrusione, mixtione lucidi lymphatici; omnibusque effervescentiis, ac cribationibus, successivè in antecedentibus sedibus peractis; quorum vitia non perfectè modulantur in sede, & organo vitali ratione effervescentiæ dissimilis, Agentis insufficientia; figurarum impressarum ordine, ac primorum saporum permansione. Tribuitur novum quoddam omnibus fluidis intrantibus, ac vitale viscus occupantibus, graduatione modulationis antecedentis, & susceptione primarum idearum; undè successiva continua emunctoria copiosiora post hoc magnum opus vitalizationis, ut omne id superfluum, sivè molestum, ordine figuræ, saporis, vel superflui, ad emunctorium similis figurationis, & structionis detrudatur; quo neglecto, vel diminutè acto, molestè afficitur vivens.

XVII. Rectissimas notas parat, & universales talis motus. Gaudet suo Principali movente, omnibusque modulantibus impressam Ideam, fermetativam novitèr agentem, ac perficientem id, quod fermentandum, perficiendumque est, & eterogeneo impulsu mobile ideatum nova fervescentia, & à sua sede detrudit, mediis ductibus, & vacuitatibus arteriosis, distinctione ramificationis, capacitatis majoris in minores, & capillares organizatis, & figuratis, petendo partes nutriendas singulatim, ad quas defertur vitalizata alimonia; ibique exercendo proprium munus autrictionis, & nutritionum omnium annexas operationes; scilicet retentionis figurati similis, saporosi

poroſi roſcidi ſuavis annexionem, atque univocum his accretionis motum, expulſionis, ſivè ſuctionis ſuperflui, ab aliis venoſis vacuitatibus, figuratione anoſtomoſea intercedente inter hæc diverſa vaſa deferentia prima, & reducentia ſecunda ad idem viſcus, à quo fluidum delatum fuit, & in quod regreſſum facit; qualem gyrematis motum dicimus.

XVIII. Æſtuare videtur in vacuitatibus artorioſis cordi annexis, ut ſpirituoſiſſimum, elaſticum, flammeum, & ferventiſſimum proximè à ſimili ſede decurrens, motumque retinendo Diaſtolicum, & conſequentem Syſtolicum cum ſua periſyſtole, eundem, ſimilemque ad unguem, quale gaudet Principaliſſimum Organum Vitale conſideratum cum omnibus ſuis neceſſariis annexis, tam in ordine compoſitionis ſolidæ, quam ſubintrantium elaſticorum, fluidorum, fermentantium, ac moventium, ſervata proportione cujuslibet in hoc perenni, præſtanti, ac neceſſario opere Vitalitatis: quibus omnibus conſono ritmo modulatis, inſurgit Idea Motus prædicti univerſalis. Venoſum genus ſuſcipiens ſuctione parumper impulſiva id omne, quod à nutritione retrogradum eſt, caret his aliqualiter, quia operi Nutritionis non dicatur.

XIX. Cætera Fluida venientia ſub ordine,& conſideratione intrinſecorum Fluidorum Propriorum Naturalium, motus veriſſimi Ideam retinent, licet particularem, ut Fluidum Salivale Wartonianas Glandulas, Fameſcens Plicas, & Nerveas texturas Ventriculi, Felleus ſuccus ſuum Cyſticum folliculum, & ductum Cholidocum; Pancreaticus liquor Pancreaticam Conglomoratam Vacuitatem, & Sedem. Nerveum luminoſum Animales Variegationes medicullares,& adjuncta Organa,& de cæteris excernendis,ſed neceſſariis,quorum locus præſens non eſt, ut Seminales, Lactei, &c. Succi, & largè Fluidorum naturalium propriorum nomina ſortientium; quibus, non omnibus, nec ſemper tale opus impartitur, ſcilicet non omnibus, & ſingulis individuis, nec omni tempore convenit Viventibus ineſſe.

XX. Licet particulari motu gaudeant comparatione Vitalis Polycreſti motus, Fluida ſingula ſeparatim in proprio fonte; attamen vim, impulſum, gyrema retinent. Nonnulla ampliorem; ut Lymphaticum ſecundo loco Pancreaticum, tertio Ciſticum Felleum; omnibus his copioſiorem Nerveum neceſſarium pluribus actionibus motivis, ſenſitivis, Luciditatis. Non ſunt in omnibus his progreſſus, & regreſſus ad idem viſcus, ut biliarium cholidoco ductu, alioqui ſuperiori petendo inteſtinalem ſedem, axillarem aſcendentem.

XXI. At in his particularibus fluidis motus fiunt à propria ſede & fonte glanduloſo, folliculo vacuitate, ſuſcipiendo impulſum a mo-

tu universali primario, & à partis, sive organi proprii structura, unde sapores, figuræ particulares distinctæ in singulo observandæ sunt, quibus copulatim, & associatis, effervescentiæ fiunt in communi Fluido Nutriente.

XXII. Res notabilis venit hos succos uti fluida non immediate nutrientia, in Restaurationis, ac Vitalitatis causam occurrentia, ideo Fluida Nutrientia nominari non debere, scilicet succo biliario non nutrimur, nec Pancreatico. Alienum hoc, cum fluida talia fervescentiæ causa, Depurationis, Filtrationis, & omnium agendorum naturalium præcipuarum actionum sint: Ipsis læsis, graduatione læsionis, actiones naturales deturpantur.

XXIII. Univocus modus Vegetationis omnibus inest, pariterque annexus his omnibus nutritionis ordo; Augumenti modulatio, conservationis proportionata idea: Licet diversificantur, & distinguantur inter se, ordine specifico vegetantia multa, & generica sensitivorum omnia, maritimorum, volatilium, &c. Vegetare tamen, ab intrinseco fluida cujuslibet viventis sunt ab intrinseco mota à viscere, organis principalioribus unicuique modo suo, figuratione, & sapore structa in primis effervescentiis initiantibus opus nutritionis; sic paritèr perveniendo ad ultimum actum perfectivum vitalis, naturalis conservationis; licet perfectiori ordine, nobiliori, præstantiori in perfectis sensitivis, minus aliqualitèr in puris vegetantibus. Sed hujus paginæ non est, sed sequentium investigatio talis.

XXIV. Mista viventia pereunt, estinguntur, vita spoliantur; cessante motu fluidorum naturalium ex saporum alienatione, inversione figurarum, ipsis destructis, intricatis. Cessat motus circularis, deficit primo visceris principalis impulsio movens, & luminosum flammeum estinguitur, depressis propriis figuris, dissolutis coagulatis fluidis, & introductione oppositæ Ideæ offendentis, molestæ, estinguentis vitæ conservantia. Venenorum instantanea intromissio ad oculum demonstrat, ut suo loco dicetur. Succi nutritivi, sive naturalia fluida in qualibet specie vegetativa, suo ordine, posita, promota, genita; propria modulatione, effervescentia, idea, elasticitate, cribatione indigentia, si suis naturalibus saporibus spolientur, figuras amittant, subsequentem motum deperdunt univocum ad vitæ conservandum orgasmum: omnia necessaria; quorum graduata læsio, vel depravatio, diminutio, & abolitio erit affectionis, molestiæ morbificæ causa, & vitæ estinctio.

ICO-

ICONISMUS IV.

Fluidorum in sinu Terræ Ideatio.

I. NAturalitèr, in utero communi sede sensitivorum, fœcundatis ovulis, vel ovo, ut in ovario volatilium à semine masculeo fermentativo modo fœcundante, impressione propriæ Ideæ specificæ, & individualium cicatricum modulantium salubres, vel molestas crases generantis proprias; licet in specie contingentes internè, vel externè; fiunt propagationes specificæ: In viviperis intrà ipsum uterum, in quo reperiuntur à sinu materno emanata omnia generationi necessaria, scilicet locus formationis futuræ prolis: ovum à mare fœcundandum figuratione partium componentium aptitudine, receptione, ac retentione habitis; Alimentum homogeneum in specificatione, eterogeneum in nutritione partium distinctiva: Formationis, conservationis successivæ, & exclusionis geniti ad debitum tempus, ac fluidorum omnium ad corporis organici structuram, ac molem perfectam requisitorum, ac necessariorum consona, naturalis, successiva subministratio. In oviperis extrà exclusio fit habitis intrà ovum fœcundatum in ovario fœmineo, omnibus antedictis, sola externa incubatione excitante seminale fermentum fœcundans, emissum à mare, alligatum fluido modulando ideato spiritu prolifico masculeo, apto capaci suscipiendi motum extricantem fermentativum, & opus organicum successivis motionibus perficere in fœmineis fluidis capacibus, fœcundatis, & veluti in utero, sive ovo contentis. Operis progressu hæc clariori, ac patentiori ordine erunt.

II. Opus simile nostra communis Mater Terra, aliis creatis inferior, & demisso loco manet, ut uterus in fœmineo sexu, causa suscipiendi omnes impressiones, ideas, fluida, motiones, alimonias, omniaque superiori loco insidentia, & ab omnibus supernis universaliter recipiens actum contributionis, ut veluti Ærarium universale omnium, & singulorum occurrentium, ac necessariorum operibus conficiendis in proprio sinu; sicuti particularis uterus afficitur in generationis opere fluidis diversimodè ideatis, nerveis, arteriosis, impetum facientibus, & innumeris aliis opportunis ab omnibus partibus solidis corporis, & harum partium omnium impressionibus, nec quidpiam deficit, non subministratum, ac successivè translatum, quo indigeat; Terra universalissima Mater a Summo Increato Motore constructa, ut pluribus operibus vacaret, ut Infinitæ, & Immensæ Sapientiæ Visum, supposuit ipsam omnibus sublunaribus,

bus, ut vegetantium omnium herbarum, plantarum, seminum ipsorum, & multorum insectorum, & aliorum annexorum uterus esset, sed ab Aëre elasticitatem, balsamicum rorem tribueret eis, & à Sole Patre universali creato ab Altissimo, fœcunditatem, irradiationem reciperet, à Planetis, Mateorologicis, & superiori locatione structis, susciperet ideationes, sapores, & id, quod ab illis tribui potest, & ab ipsa recipi, ordine irradiationis, fœcunditatis, pluviarum, nivium, glacierum prægnantium; atque affectarum rore balsamico; ideando, fœcundando, movendo semina, herbas, plantas, omniaque sinui terreo annexa, & affixa ordine vegetationis, vel germinationis, & uti Mater generationis vegetantium amplectendo in ejus sinu illorum semina, à Patre Solari irradiationis motu fœcundante; tot germinaret partus in proprio sinu, quot sunt prolifica, fœcunda semina ei copulata.

III. Viviperis omnibus, & oviparis terminatum est tempus, fœcundato ovo, pariendi unicuique datum, ut sua estat specificatio, ordine Generantis, figurarum, saporum, & motuum univocationes requirunt: sic primæ delineationes, motus salientes, formationes, & perfectæ organizationes, quod notare hujus loci non est: sic terminatis diebus, congruo tempore herbarum, plantarumquè semina excluduntur. Aves non nidificant hyeme, nec Cicades, Bombices, Serpentes, Insecta, Muscæ, Vespæ, Lucertulæ, &c. hæc omnia dependentia ex aeris elasticitate, & irradiationis motu. Motus germinationis, augumenti, perfectionis requirunt motum extricantem vibrationis non solum, sed rosciditatem balsamicam Aëris, & Terræ incubationem efficacem, & non morosam, atque torpidam, quæ oriuntur ex annexis, & antecedentibus copulatis irradiationibus, graduatione Solis moventis.

IV. Universale Aqueum fluidum in Terræ sinu fœcundatur à Sole movente irradiationes diversas emanante, & innumeris salibus, saporibus, ac figuris, modulando ipsum aqueum corpus intimè copulatum terreis vacuitatibus, tantosque alibiles succos producendo, ut polychrestum omnium nutriendorum vegetantium, seminum, Insectorum, mineraliumquè fiat. Extricata effervescentia motrice circa omnia ea, ejus fotu indigentia, & impulsu suscepto in sua tumositate, non minus, ac viventium uterus viviperus, suscipiendo ideam fœcundantem impressam in propriis fluidis, & ovulis ad suscitandum, fervescentia generativa motum puncti salientis, & una simul motionem nutritivam homogeneam cuique parti nutriendæ, delineandæ, augendæ, formandæ; & eterogeneam omnibus; fovendo strictissima annexione, & amplexu fœtum excludendum univocatione spe-

pecifica viventis, à quo decisio facta fuit; Matrisque incubantis effigia naturalia ideantia, & signantia proprio fotu ovum incubaione, excitando punctum primum salientis motus in figura saporius, & ideis generationi impressis, ut ad perfectum esse reducanur, ac animal perfectum, statutis temporis diebus, ac horis, ac enito in sua specie designato, ut ejus structura, compages, moles, otusque perfecti exigunt: Retenta similitudine generantium usque d minimum neum, ratione ideæ fluidis adhærentis, ac etiam à foente suscepta, tempore incubationis, gestationis, ac in terræ finuositate feminibus germinantibus, ac motum auctionis habentibus Cœli statu Anni tempore, mutationibus irradiationis, & singulis xternis contingentibus, ac clasticis introductionibus, roscidis balmicis: ac vibrationum distinctionibus.

V. Modulantur insuper fluida in visceribus sive utero terræ ab mnibus ibidem repertis salibus, saporibusque hac in parte, non ia repositis, ut in generatione putridorum animalium tempore pluiarum, ac tantorum fungorum diversitate specifica nascentium, ut ısius suo loco. In mineralibus tamen idipsum observare licet. In odinis Terræ veluti in uteris fluida diversimodè fœcundata, non som à Sole movente, & annexis opportunis adipiscuntur ideæ imræssionem, sed in loco determinato ideante suo modo producunır conficiuntur hæ & non alia mineralia, aut ea proxima, figuæ, sapori, & univoco motui. Sic herbarum semina, & species antarum distincti ordines id ipsum requirunt: quod Conchyliis cidit in sinu maris, avibusque. Uterus equæ non concipit canem, c simiam, licet à cane fœcundetur, vel simia, potest tamen cidere propinquitate specifica, sivè consona aliquali modulatione ficiente ad hoc opus agendum, ut in metallis, fodinis, herbis, antisve videmus: Omniaque requirere locationes proprias terræ, uno loco talis species arborum, atque herbarum virescat, fœcuna, vegetans, copiosa; in alio sinu minimè, causa uteri fœcunntis, & fluidorum facilè applicabilium, & transmutationi aptorum talem modulationem, ut talis herbæ, plantæ, alteriusque procendi, exigit species, figuratio, saporis univocatio, ac motus quens vitalizationis.

VI. Quia diversissima semina vegetantium herbarum, plantarumie fugunt id proximè applicabile specificæ structuræ motu fermentionis excitatæ principalitèr, suppositio Motore, à Sole irradian, & annexis ad tale opus, tardiori, celeriori, mediocri, minus oroso, ut seminis fœcundi structura, sapor, figuratio erunt, ut rdei, lolii, fabarum, tritici, cicerum, vicciæ, millii, raparum,

rum , endiviæ , cicorei , &c. in quibus morositas , & celeritas tam ordine terrei sinus subministrantis , quam seminis Ideatione diversa : sufficiens causa , liquandi , movendi , modulandi fluida saporifera , atque figurata ad germinationis distinctam , ac distantem germinationem , uti in viventibus sensitivis ratione partus id ipsum evenit .

VII. Uterus sensitivorum viviperorum , licet ejusdem Corporis organici , idipsum operetur , non solum tribuit specificationem propriam fœtui generando , sed singulis partibus propriam ideam , saporem , & figuram , similaribus , dissimilaribus , rubris , osseis , nerveis , &c. usque ad minimam signaturam nevi , cicatricis , alteriusque adjuncti in generantibus ; sed aliquas partes celeriori motu perficit , nonnullos tardiori , ut dentes , aures , osseas , & multas alias licet in eodem uterino sinu ; & sicuti distinctio uterina in eadem specie , vel equina , vel ovilla , canina , &c. distinguit ideationes fluidorum nutrientium aliqualitèr , ita specialiori ordine diversitas eorundem specifica consona ratione , & causa Terra universalis matrix , & uterus vegetantium , & fluidorum ipsi terreo sinui insidentium in diversitate sinuum , ideando diversimodè fluida ; uti in fodinis , locisque Septentrionalibus , Austrinis , Occidentalibus , Orientalibus , Mediisque observamus . Sinuositas multiplex , & diversa oritur ex irradiatione distincta , locatione , elasticitate roscida aëris , & omnibus annexis .

VIII. Elucidatur hoc totum experientia Vegetantium omnium : uno enim loco eadem specificè planta , vel herba producit fructus vividiores , perfectissimi saporis , odoris , & structuræ nobilioris ; in alio vappidos , insipidos , flaccidos , & similis perfectæ, vel mediocris, ac imperfectæ structuræ modulatos , licet eadem specifica , modulationisque structura gaudeant ordine fluidorum nutrientium, licet specificatio specificetur primario in esse , secundario in fluidis .

IX. Systema Primi Aquei Fluidi est retinere omnes vacuitates , & capacitates suscipiendi salia , & ideas distinctas reliquorum fluidorum , & in sinu terræ ideari diversitate irradiationum , ac modulatione sinuum , atque extra terreum sinum , & in machina aërea suscipere illas meteorologicas impressiones , & varias distinctiones , qualia erunt agentia moventia , annexa , & ideantia : in Universali utero terreo à plantarum , herbarumque radicibus recipere perfectum ideatum , & omnibus seminibus , singulisque affixis ibidem ; paritèr ac fluidum universale sanguiferum , tam in utero gerentibus , quàm omnibus sensitivis donat tot ideationes , quot sunt distinctæ dissimilares partes , vel generandæ , vel augendæ , vel restaurandæ , scilicet osseæ , nerveæ , muscolosæ , membranaceæ , &c. Conficiunt

pro-

proprium specificum fluidum sapores, figura, & motus diversi, diversitate Crasis, qua gaudet quodlibet elementare nutritivum, necessarium alicujus operis vegetationis, & sensationis distinctæ.

X. Insuper Aqueum fluidum omnium Capacissimum figurarum intùs suscipiendarum, saporùmque, habita debita quantitate, ut tanta ejus copia, scilicet terminatam v.g. salis marini molem assumat, non majorem, sic etiam nitri, saccari, salis gemmæ reliquum superfluum minimè dissolvat, nec in se recipiat; hinc fit commune universale alimentum mistorum, vel vegetantium, & tam fit in particulare individuale, aliorum sequentium fluidorum ideationes, atque vires proximè exercendo. Illud fluidum redditur magis, vel minus universale, & alimonia plurium mistorum, quod propè, vel remotè sapit naturalem ideationem aqueam.

XI. Sic observatur in aquis mineralibus diversissima Ideatio, ut in distinctione tantorum Balneorum Mineralium continentium diversas vires, ut passim infra dicetur; quorum aquæ non assumunt projecta salia, debita quantitate retenta, ut contingit in aquis naturalibus claris, limpidis, spoliatis omni sale, atque alieno sapore, hoc non alia causa, nisi occupatione figurationis habita, & facta ex minera in aqueum fluidum transfusione similis corporis mineralis, vel salini, occupantis figurationem, & vacuitatem propriam, & ratione præoccupatæ vacuitatis similis, denegatur locus subsequenti niceto sali similitudinem figuræ æmulantis.

XII. Tantundem exprimunt Balnea artificialia variis simplicibus composita, ut optati operis ideatio requirit; quorum artificialium licet depurentur aquæ, attamen ab eis non assumitur idem pondus, eadem quantitas salium, ut in puris aquis fit. Infusiones omnium simplicium, quotidiè idipsum manifestant.

XIII. Estat ratio manifesta, quare in Balneis aquæ dulcis, requiramus aquas fontanas, clarissimas, levissimas, ac omni ex parte depuratas, ut sint capacissimæ suscipiendi, & absorbendi à corpore balneando omnia sylvestria salia molestantia & diversis morbis efficientia. Remoto Corpore à balneo aquæ antecedenter insipidæ, claræ, lucidæ, & purissimæ, gustamus eandem salsam, ac iis molestiis parumper ideatam, quibus corpus immissum afficitur, hinc puteales, cænosæ, graves consonæ non reperiuntur, tam ratione insinuationis, quam causa assumendi alienum sylvestre, molestum.

XIV. Majori evidentia confirmatur ex distillatione: tales minerales aquæ relinquunt grave corpus in fundo distillatorii, & figuratum sapore, & viribus, quibus operando afficiebat corpora immissa: quibus corporibus in fluido aqueo priùs inclusis, & absconditis

prægnans aqueum fluidum dotatum erat. Pluribus ſæpè ſæpiùs afficitur occupantibus, ac ideantibus minerale Balneum, ut Puteolana nobis proxima, Anianæ Thermæ in Luculli Villa, documenta præbent, Pithecuſana, Ænaria, Iſchiæ.

XV. Annitemporum diſtinctiones fluidorum terreo ſinui inſidentium veras ideationes docent: aliter ideatur fluidum nutriens quamlibet herbam, vel plantam veris diebus, ac Æſtivis, Autumnalibus, Hyemalibus; ſaporis, figurationis modulationem, ac motus fermentativi augentis, germinantis, floreſcentis, fructificantis, ac maturationis diverſitatem; quod nutrit flores, non aptum propinquitate nutritionis ducere fructus, & ducens maturationem, non aptum ideare flores in eadem planta, herba, ceteriſque. Retinet ideam, ſed rudem, ac imperfectam nutrimentum floreſcentium vegetantium, ſed indiget nova fermentatione, qua perficiantur, & fructus, & fructuum maturationes. Chylus germinando floreſcit in parte ſubtiliori, ac roſcidiori; ſanguinis ideatio dat ſanguinis fructificationem. Nutritio ultimata partium eſt perfecta applicatio nutritiva; in figura retenta ſimili, in ſapore roſcido unito, ac in Motu auctivo reſtaurante, & vitalizante.

XVI. Cœtus frondoſus herbaceus, plantiferuſque dependens ex ideatione ſpecifica conſervata a ſuo ſimili ideato fluido nutriente, patefacit ideationes fluidorum a ſinu terræ Suctorum. Vegetans cujuſcumque ordinis retinet ſuam externam determinatam figurationem, & ſtructuram in ſuis frondibus, quæ quidem figurationes vel criſpæ, vel longæ, vel diviſæ, variiſque modulationibus ſignatæ fiunt ab intrinſecis fluidis nutrientibus, imprimentibus, & ideantibus, nec diſtant frondium figurationes a florum ſtructura. Ideantur primo in utero terræ propinquius in radicibus; proximè unioni nutritivæ vegetantis, cujus ſunt nutrientia.

XVII. Æſtivo tempore ideatur fluidum in viſceribus matris communis diverſa modulatione, ac Hyemali tempore, & hoc in quolibet fluido nutriente ſuam propriam herbam, vel plantam, quanto fortius, & perfectiori modo hoc perfici debet in diſtinctione ſpecifica, ſi contingit in diſtinctione annitemporis?

XVIII. Tota univocatio ſimilitudinis frondium, florum, fructuum ex ſpecifica idea fit perfectiſſima modulatione, ſed prima rudimenta ex proprio utero univerſali: nequit fieri aſſimilatio, niſi motu nutritionis, & intuſſuſceptione ſimilis univoci roſcidi nutrientis, actuatione reſtaurationis partium vegetantium; quæ in miſto vegetante utilis, neceſſaria, naturalis, conſona fieri debet, uſque ad colorem capillaturæ, pilorum, lanuginoſitatis, &c. quæ ideatio per-

perfecta fit; & supponitur successiva ex omnibus ideis susceptis singulatim. Nutritio supponit ideam sanguiferam; hæc sequitur chyliferam: ista agitur post masticationem, hæc supponit electionem, & rudem modulationem triturationis.

XIX. Unde apud studiosos cultores florum reperitur novum inventum, ut flores v. g. albi fiant ideationis cæruleæ. Imprægnant terram aqua indico colore affecta, & tantis vicibus, ut plantæ insidenti, suisque radicibus tale fluidum ideatum communicetur; & flores indè enascentes aliqualitèr simili colore ideantur.

XX. In profundis visceribus Terræ per ductulos, & capacitates, veluti per canales fluit aqueum fluidum, petendo declíviores partes, ut in fossione puteorum putearii quotidiè experiuntur, multis in locis putei profundissimi, minus profundi, & aliquibus nullimodè aquas inveniunt. Arbores, Plantæ talibus locis affixæ, ubi aquæ minùs distant à terræ superficie, crescunt majori robore, sunt validioris, & majoris structuræ; ubi sterilitas aquæ, nec validæ, nec magnæ, nisi aliud occasionale id simile præstabit, ut nivium copia, roris, pluviarum decidentium, &c. imo exhalationes matutino tempore exurgentes è sinu terræ sunt copiosiores, & tales à peritis observantur in locis continentibus aquas non tam profundè fluentes, aut copia prævalentes: hoc observatione dignum, omnes Putearii diligentèr usu tenent.

XXI. Virtuosus investigator inquiret causam, & hujus rationem: nec longum erit à præcisa claritate argumentum; scilicet fluidum aqueum in terræ visceribus contentum sua rosciditate, & copia fœcundare supernas terreas partes, atque aeris sufficienti elasticitate, radiisque solaribus moventibus, ac præcisè ideantibus tribuere radicibus omnibus Plantarum insidentium continuam, copiosam, ac perennem ideatam alimoniam. Non evenit simile, imo oppositum terreo sinui his fluidis aqueis carenti, ut arenosi sinus, lapillosi, similesque carentes roscido fluido aqueo nutriente, steriles, atque infructiferi redduntur exhalationis modulationem sortitur, quod superfluum est, nec terreo sinu contineri potest, extraque detruditur vi, ac activitate moventis irradiantis.

XXII. In omnibus fodinis, minerisque vitriolaceis, nitrosis, cupreis, sulphureis, æneis, ac aliis multis id ipsum contingit; tam sinuositates uterinæ terreæ, quam fluida occurrentia modulantur figura, sapore, & annexis sequentibus insufficienti capacitate, tam irradiatione agentis principalis creati, in ordine etiam elastico, in cujus machina insunt plura transmissa, & recepta à propinquioribus adjacentibus supernè, & infernè; ex quibus productio fit; veluti

luti chylificatio specifica in hoc sensitivo, & non in alio, licet ejusdem cibi comesti, multis opportunis habitis ad tale opus occurrentibus unitim.

XXIII. Reciprocam modulationem observare licet in fluidis terræ sinum occupantibus, ac nutritioni universali vegetantium succedentibus; ac cibis diversimodè specificatis pro sensitivorum alimonia, ac restauratione constructis; in his masticatione facta post eorum assumptionem, ac ordine suo electionem, occurrit chylificationis opus, & tantarum fermentationum chylificantium diversitates, quot sunt specificata distincta animalia, quin etiam aliqualiter crases viventium reperiuntur: Non idem cibus structus naturaliter universalis alimonia Equi, Leonis, Avium, Piscium, Serpentum, Insectorum, &c. licet occasionalitèr accidere potest, attamen nec naturalis, nec diu hoc confici potest; & hoc ratione figurationis, saporis & associabilitatis facilioris talis cibi in chyliferum opus talis sensitivi, & restaurationis, conservationis, ac nutritionis salubris, naturalis: Vescuntur aliquando cibis insuetis, ope, & indigentia carentiæ naturalium, nec iis bene valent: imo temporum varietate distingunt alimentorum species, ut in Equis, bovina specie, ceterisque sensitivis perfectis. Illa vegetantia diversa sinui terreo radicibus propriis affixa idipsum, licet imperfectiori ordini supponunt modulationem scilicet fluidorum nutriendorum, ac radicibus fugendorum. Fluida enim nutrientia adaptari, appropinquari debent sociabilitati nutriendorum mistorum, tam causa figurationis, quàm saporis, nec ullum oppositum fluidum nutritioni alicujus vegetantis associatur, ac appropinquatur, ac fugitur pro illius restauratione, augumento, & nutritione; Una ex præcisis, & immediatis causis, ut uno in loco una talis species herbæ, vel plantæ virescat, augeatur, ac affluentèr fructificet, & eodem, ibidemque aliud vegetans arescat, tabescat, nec flores, nec fructus parere aptum sit; quando alibi eadem planta robustissima, vegeta, & lasciviens fiat: fluidorum ideationes non associabiles. In sensitivis non oppositum observatur.

XXIV. Tuetur quodlibet fluidum terræ visceribus unitum modulationem ideationis proximæ, remotæ, mediocris pro nutritione vegetantium, ut huic proximum, alteri remotum, uni associabile reliquis oppositum. Idem enim fluidum, idemque sinus terreus, si distinctionem, ac diversitatem ideationis abhorrerent, & univocæ ideationis essent: Certum enim, & infallibili ordine, omnes plantæ, omnesque herbæ simili ordine, & robore crescerent, augerentur, florelcerent, fructificarent ubique, nec distinctionem ullam

re-

requirerent, quod oppofitum evenit caufa nutrientium diverfimodè ideatorum, tam ex diftinctione uterina terrea delata ex ftructione, & pofitione univerfali, quam ordine irradiationis folaris, efficaciffima caufa in his, & aeris elafticitate, balfami rofciditate, vibratione, omnibufque annexis, & antecedentia fequentibus.

XXV. Unde cognofcimus in conftitutionibus Hyemalibus, & Vernis Inopiam, vel Copiam frumentorum, fructuumque, fequentibus Æftivis, ac Autumnalibus, ex fola ideatione fluidorum tam nivium, pluviarum, glaciei, ferenitate, aeris elafticitate, fupernæ irradiationis motu, ac morofitate, vel celeritate horum præcedentibus. Cultores, periti, ac experti Epiftrates, fivè Villici ad unguem id totum prænofticant, edocti longa experientia, virtuofi rationibus, & caufis. Ægyptii fola Nili irroratione, fivè inundatione, ftrictiflimas notas copiæ, & inopiæ minutim præfagire ftudent. Copia fluidi modulandi, tempus præcifum affluxus, ideationis, & annonæ, vel inopiæ caufæ.

XXVI. Olitores eligunt diverfitatem fimorum pro diftinctione herbarum, nulla alia ratione moti, ni fola experientia; fed caufam ignofcimus in diftinctione affociabilitatis fluidi nutrientis circa talem, & non aliam virentem herbam; & fi fcrutinio adaptari poffet tantum opus, certo certius obfervare liceret, figuras, ac fapores fimorum ideantium fluida nutritiva talium vegetantium fpeciem, effe valdè fimiles, & affociabilitatem proximam retinere. Inter fimilia facilis tranfitus.

XXVII. Sicut conftructi uteri finguli, ac finuofitates diftinctæ variatione, & diverfitate fpecierum, & his uniformantur fluidorum univocationes. Species equina tenet uteros equinos, fluida equina, ic Leonina, Vulpina, Canina, Simiarum, cæterorumque fenfitivorum viviperorum uteros, & nutrientes fuccos alibiles ideatos, modulatos, affociabiles in figuris, faporibus, & confimilibus motionibus, diaftolicifque, fyftolicis, ac elafticis vibrationibus, rocidifque balfamis aereis; Paritèr quoque finuofitates particulares funt propè, & circumcirca texturam radicalem herbarum, plantarumque, in quibus finuofitatibus proximè ideantur fluida, affocianturque fuctioni faciendæ à radicum contextura: oculare documentum præbent finuofitates in plantarum, herbarumque truncis, e radicibus productæ in generatione Vermium, ut fuo loco clarefcet.

XXVIII. Omne igitur fluidum affociabile nutritioni herbaceæ, plantiferæ, reliquifque affixis, & terreo in finu producendis, ideatur fuo modo figurationis, & modulationis faporiferæ, tam ex pro-

propria locatione terrea, quam irradiatione solari, elasticitate insidentis, penetrantis, ac moventis aeris, & omnium annexorum, quam singulari sinuositate emulante claustrum uterinum, & quadam analogica structione imitante productiones, ideationes perfectas sensitivas, in quibus perfectissimo ordine hæc omnia perficiuntur, ut suo loco denotabitur: Uterinas capacitates, terreas irruptiones, impressiones ideales in ipsis fluidis terræ vacuitates occupantibus, ut proximæ suctioni vegetantis nutriendi, augendi, atque roborandi modulationes chyliferæ futuræ perfici possint. Masticatio, ingluvies rudissima vestigia chylificationi subministrant, & levem ideationem; attamen non negliguntur, nam remotis, abolitis, læsis, subsequenti fermentationi molestia tribuitur: In fluidis terreis nutritivis, id nec incongruum.

XXIX. Dicat quodlibet fluidum universale suas particulares ideationes particulari restaurando, & illas associabiles proximas figurationi,& sapori perficiendis: sic restauratur Lymphaticum,Cysticum,Pancreaticum, Salivale, &c.ex massa Policresta sanguifera; unumquodque retinet, fugit proxime applicabile suæ structioni. Fluida cujuslibet vegetantis à propriis radicibus suguntur, & illa univoca propriæ ideationi ex utero terreo, ut subsequentibus fermentativis motibus capaciora aptiora, & univoca reddantur nutritioni, fæcundationi, & omnibus naturalibus sequentibus ideationibus, actionibus, ac propagationibus specificis.

XXX. Insupèr ducunt fluida ideationem susceptam in visceribus matris communis, & illam præbent non solum plantis, herbisque annexis, sed etiam fructibus, ac horum expræssis succis. Quotidianum experimentum in vitibus, earumque uvis expræssis, unde elicimus mustum, & decenti fermentatione vinum; licet hoc sit expræssum, fermentatum ac diversis modulationibus in ordine fluidi vinosi redactum; attamen servat ideales impræssiones susceptas à viscere terreo aluminoso, minerali, vappido, cœnoso, lapilloso, & aliis innumeris modulationibus affecto; nec tantis expræssionibus, fermentationibus, ac depurationibus omittit idealem impræssionem susceptam à terreo sinu: Non tantum servat specificationem uvarum talis, vel alterius speciei, sed minerales impræssiones, quibus affecta fuere fluida nutrientia uvas; quarum specificatio fit primario à radicibus, & sequentibus organicis partibus vitis, ut uvarum corinthyacarum, apianarum, crispisparum, præcoriarum, rotinarum, &c., & in omnibus frondibus, racemis, scapis, folliculis, & acinis minutim representant speciem; at succorum expressorum ideationes occasionales traducunt musto, ac succisivo vino modulato;

tam

tam in ſapore, quam in vi. Villæ Veſuvianæ, Puteolanæ, Ænariæ, Pithecuſanæ, & cæteræ nobis propinquæ producunt vina ideata propriis internis mineris, ac multos diverſos morbos inducunt ſimiles propriis mineris, ac Vinoſis liquoribus, & licet à Vitis ſtructura ideationem recipiat ſpecificam; occaſionalem tamen atque contingentem ſuſcipit à fluidorum olim in ſinu matris modulatorum. Idem truncus, eadem ſemiplanta, ipſaque vitis, ſi a minerali loco amoveatur, & loco cretaceo, vel cænoſo ſi feratur, producet uvas ſpecificas, ſed vinum minimè minerale affectum, ut locorum ideationes diſtinguant fluidum ideatum, ut ſatus vinearum ſat quotidie demonſtrat, & ratio docet. Id ipſum in omnibus, ſingulíſque herbis, plantiſque obſervare licet.

XXXI. Conſervantur ergo ideationes figurarum, ac ſaporum etiam in fluidis expræſſis à miſtis, & hoc vinculo, ac annexione primæ terræ ideationis, ſicuti vitia, vel munera, dotes maſticationis id ſimile prima rudi impræſſione perficiunt cum fluido ſalivali, cujus eſſe ſalinum, vel roſcidum, alioque ordine modulatum, tribuitur ſequentibus fermentationibus, & uſque ad actum ultimatum nutritionis conſervatur, licet aliis multis fluidis uniatur ſucceſſivis fermentationibus, ac gyrematibus. Parum huic non diſſimile contigit metallis: in horum miſcela v.g. argenti, auri, æris, &c. ità arte ſtrictiſſimè uniuntur, fluitant in crucibulo, ut unum corpus, unumque fluidum conficiant, & licet diverſis, multiſque coagulationibus niantur, nunquam tamen amittunt proprias ideas, nec aurum, nec argentum, nec æs. & ab Aurifabris, ac artifice perito ſuo debito menſtruo mercuriali id optimè perficiunt, ſeparatione unius ab alio. Nec profuit multorum annorum copulatio, intima ſocietas, & vinculum unionis metallicæ; nec quidpiam antecedentis ponderis amittitur, niſi imperitia artificis.

XXXII. At in oculationum inſertione plantifera id pulcherrimè obſervatur, inſerendo diverſam oculationem ſpecificam alicui plantæ, fiuntque diverſæ ſpecies in eadem planta, retinendo ideam ſaporis, figuræ, ſuarum ſpecierum, nec miſtione tantorum fluidorum, retrocedit figuratio: remanet tamen Idea ſeminalis Plantæ originalis inviolata in ſeminibus ex fructibus inſitione productis, ut ſequentes paginæ demonſtrabunt.

XXXIII. Tenent intrinſecam ideationem fluida nutrientia naturalia à ſinu terræ primam ſuſceptam, & illam conſervant, quantum fert propria cujuslibet ſtructura in figura, ſapore, & conſequentibus motum univocum ipſiſmet neceſſarium. Amotis ab hac ideatione fluidis mortuis, ſivè ineptis, vappidis, nulloque motu vitalitatis ca-

capacibus; ſed de naturalibus vegetantium, fermentatione, motione elaſtica, impulſiva, depræſſiva actu affectis vitalizationis cauſa, & omnimoda cribatione, depuratione, filtratione, nutritione auctiva, roſcida, ac elaſticis impetum facientibus in latice univerſali, præditis. Quæ omnia in ſaporibus, figuris, ideis ſuſceptis, & ſucceſſivè depuratis, ſunt operi nutritionis dicata, ſeminum germinatio cujuſcumque ſpeciei in terreo ſinu, efficaci modulatione, debili, roſcido, laſciviente; vivida, vel læſa, vappeſcens, ſemitabida, quotidianas ſignant notas.

XXXIV. Si dritur fluidorum naturalium ideatio primo prima in capacitate, & mixtione terrei corporis, etiam vaſe contenti, ex prima ejus figuratione, & huic annexis; terræ ſimplicitate, vel eterogenitate, ſalibus ibidem incluſis, vel alio miſto capaci ſe liquandi, ac transfuſione diluentis aquei in fluidum immiſceri à ſolis irradiatione diſtincta, graduata, non ſolum per ſua omnia Zodiaci ſigna peracta, & diſtincta in annitempora, ſed etiam meteorologicis contingentibus; & ſub hac diſtinctione continentur reſpectus, ac irradiationes Orientales, Meridionales, Occidentales, Boreales, quarum diverſitas non parum officit, afficit, perficit, mutat, coadjuvat, removet, præbet, ſubtrahit, ſubminiſtrat, depravat, lædit ideationes fluidorum omnium ſinu terreo contentorum. Eadem plantula, vel herba, ut ſunt Leucorum, Roſarum, & innumeræ ſpecies florum, ſi eodem fictili vaſe terra repleto reſpiciat Orientem irradiationem, producet flores uno modo fæcundiores, & rore roſcido irrigatos: ſi Meridionalem aſpectum, odoroſiores, ſed ſicciores, Occidentalem, defæcatos, & borealem inſpiciens neutram compagem.

XXXV. Ut cauſa irradiationis ideationis vim, atque modulationem diſtinctam; ſubſequenti ordine, inſpiratione, rore balſamico irrigante terream ſuperficiem, ac ſuavi elaſticitate penitiores ſinuoſitates, ac motum germinationis, ſivè fermentationis fluidorum inſidentium; nam in aere, & cum aere motiones fieri, & concipi poſſunt; & hujus diſtinctiones in rore, elaſticitate, cæteriſque adjunctis, & naturalitèr, occaſionalitèr, ac violentèr ipſi contingentibus, & ſuppoſita capacitate ſuſceptiva, fieri poſſunt, & actu ſiunt diverſæ ideationes in fluidis expreſſis. Nives, glacies, pluviæ ſat, ſufficienterque exponunt.

XXXVI. Benè advertimus ſterilitatem, inopiam, infæcunditatem horum fluidorum ex luminis carentia orta ex ſolaribus irradiationibus remotis aliquo tempore à terreo corpore, uti & Lunæ, uti obſervatum fuit ocularitèr à nobis in eclypſi magna Lunæ ex diametro totali illuminatione orbata die nona Septembris anni 1718. totum

lum corpus Lunare obscurum apparuit tertia noctis hora, & ita obscuratum totalitèr per semihoram, indè cœpit illuminari, sed tanto intensiori lumine, ut videbatur totum solare corpus retinere, licet in sextili parte illuminaretur, ità perstitit usque ad quartam noctis horam cum tali intensissimo lumine, inde ad naturalem irradiationem luminis redactum, & usque ad quintam noctis totalitèr illuminatio facta: hujus eclypsis effectus, infœcunditas fluidorum nutrientium, ut anno subsequenti sterilitas universalis, nec terra sat tempore Veris debitis herbis afficeretur, etiam in his depauperata.

XXXVII. Inde concipimus vires irradiationis, elasticitatis, ac insidentium planetarum efficaciam, aeris pressionem, rosciditatem, morositatem, vivacitatem, motum celerem, gravem, morosum.

XXXVIII. Cætera insidentia terreo corpori, cujuscumque ordinis fuerint, sic moveri, transfundi, misceri, copulari fluidis possunt, & ideationis impressionem recipere; idipsum graduatim agere.

XXXIX. Inest omnibus his, particulari modulatione, gravi, mediocri, vel molesta ideationes perficere.

XL. Tenent ergo fluida terreo sinui insidentia eorum primas susceptas ideationes communicabiles vegetantibus terræ affixis.

ICONISMUS V.

Prima Ideatio Fluidorum Naturalium in Vegetantibus.

I. IDeas primas suscipi à fluidis à terræ sinuositatibus, reliquisque annexis, ac modulantibus, sat in præcedentibus paginis explanatum. Sunt structa, & producta, causa successivæ nutritionis, tam vegetantium, quàm singulorum viventium, ordine illo distincto, ut specierum diversitas, individuorum disparitas, crasitionum multiplicitas, regionum, annitemporum, ac elasticorum omnium præcisa modulatio, ideatio, motiones, omniaque præcedentibus, & consequentibus naturalitèr, vel occasionalitèr affecta veniunt.

II. Dat rudem ideationem fluidis struendis in sensitivorum reparanda nutritione, salivale motu masticationis: Ingluvies in volatilibus ex carentia antecedentis: Ruminatio in nonnullis masticatione perfecta orbatis; quæ omnia primordia sunt sequentis chylificationis, ac perfectæ modulationis fermentativæ, in qua universalis ideatio concipitur, omniumque fluidorum nutrientium mater, sedes, & polychrestum organum, à quo initium sumunt, figurarum, saporum, ac motuum perfectorum, naturales specificæ, ac individuales ipsorum ideationes.

III. Et quia prima affixa terreo corpori fluidis suis dotato, sunt herbacea, plantifera; de his primariò loquendum, & de cæteris perfectioribus graduatim, ut decens, verusque ordo requirit.

IV. Attrahunt, sugunt herbæ omnes, plantæ singulæ propriis, præcipuis radicibus, quod suave, consonum, & magis applicabile, sociabile propriæ nutritioni fuerit. Gerunt vices, ac sedem masticationis capillaribus radiculis, ac chylosam majoribus æmulando ideam ventricularem, & a primis radicibus introducitur idealis impræssio fluidis suctis, ipsisque nutriendæ herbæ, vel plantæ consonis, univocis sapore, figura, motu.

V. Sicut dictum ingluvies, ruminatio, substituuntur defectu triturationis in sensitivis: in vegetantibus ab ordine rerum opice Natura nuncupata, capillares radices deductæ, levissimæ; ac rudis ideationis officina, ut ab his in majores ventriculares fermentantes fluida sucta detrudantur, ibique chylificationis opus, modo tamen suo enunciatum, perficiatur. Quibus motionibus fluida in sinu communi antecedentèr, ut loci structio fert, modulata suscipiendo figuras, sapores, motum, ad herbæ, semiplantæ, sivè plantæ nutritionem, incrementum, distinctione consimili chylifera, ut in sensitivis diversis utentibus eodem cibo specifico, fiunt distinctæ specificatæ fermentationes; pariter fluido, vel fluidis iisdem suctis radicum, diversarum specificationum, motibus fermentativis, idem evenit; ipsa nutrientia opportuna, homogenea, & eterogenea redduntur, ut partium similitudo, & disparitas ex propria structura requirunt.

VI. Singulo Viventi, fermentationibus, nutritionibus, ac restaurationibus successivis naturalibus, hæc annectuntur; sunt constructa organa, & omnia organicos motus, & operationes consequentia, ac coadjuvantia necessaria, ut oris, ingluviei, ventriculi, ductus, canales, sedes, glandulosa præparantia corpora conglomerata, vel conglobata, sacculi racemosi lactei; venæ, arteriæ, nervi, fibrarum multiplicata structura, compositio, figuratio; quibus succedit vitalis principalis officina, fermentationibus omnibus antecedentibus præstantior, perficiendo figuras, elasticando sapores, motumque polychrestum omnis generis, singularumque specierum motricum Rectorem, Magistrum, universale impellens, ut Iconismus tertius demonstravit.

VII. In Plantis herbaceis, vegetantibus ipsis, non aliena sunt, ac reperiuntur ordine, & modulatione mistorum talium servata, scilicet radices tenuissimæ primæ sugentes, & terreo corpore circumcirca affectæ, veluti intimè associatæ, illoque ipsis alligato, tribuitur fluidum parumpèr ideatum, capacitate nutritionis instructum,

ut

ut cibus ſenſitivis præparatus arte, vel naturalitèr ideatus pro ſubſequenti maſticatione, & trituratione: talium radicum opere incipiunt fluida ideari, ut in radices majores ventriculares tranſmiſſio fiat; quibus ſtruitur, non imperfectiori modo fluidum tranſmiſſum, ac cibus chylificatur in ventriculis ſenſitivorum. Harum radicum opere, fermentatione, modulatione, figuratione, non ſolum proximum, aſſociabile, ac conſonum redditur fluidum nutriens, ſed quod excellens, & magni ponderis eſt; illud ſpecificatur in ſucceſſiva productione ſeminum, fructuumque producendorum, ut ſeminalis ſpecificatio, ac ideatio a radicibus principalitèr fiat, ut clariſſimè demonſtrabitur ex inferiùs dicendis.

VIII. Nec ſuppoſita, ac inſita, artificioſa arte, alia ſpecies alicui plantæ, unquam ſeminalem ſpecificationem obtinebit, niſi ope radicum terreo corpori adhærentium, ut inſitio plantarum ſuo debito loco docebit. Unicum fortiſſimum argumentum ideationum in ventriculi ſede introductarum fluidis chyliferis, quorum diſtinctio, diverſitas, & impreſſionis modulatio, tam in figuris, quàm in ſaporibus patefiunt, ordine, vi, ac motu naturali ſpecifico imprimente, fœcundante, movente, ac ideante.

IX. Gerunt vicem ductuum, canalium, vaſorum deferentium filamenta, ac capillationes à radicum principiis uſque ad extremam frondium ſuperficiem, & finem progredientia, ut diverſam contexturam conficiant; & æmulando arterioſum, venoſumque genus in ſuccorum delatione univerſali totius, ſingularumque partium plantæ; oſſeam, lignoſæ partes; modullarem, ipſæmet modullæ, tam univerſalis, quàm cæterarum, etiam minimorum plantiferorum ramunculorum, muſculoſam texturam, & perioſtium denotatur à profundis corticibus trunco interno unitis, mediantibus filamentis fibroſis, quorum figuratio univocatur, ordine ſuo, ſenſitivis. Decorticatio arborum tempore Veris, documentum affert; quo enim tempore, omnes plantarum partes anatomicè diſtinguuntur, medullares, fibroſæ, deferentes fluida ſuis apparentibus vacuitatibus, oſſeæ poroſitates: Triplicatum corticum genus, quæ tenent locum venarum, decurrentium ſuccorum, muſculorum, omniumque partium plantam, vel herbam ſtruentium; ut vegetantis nutritio, auctio, frondeſcentia, fructificatio, ſeminum productio, undique perfici poſſint, ut fuſiùs alibi.

X. Ventriculo organica ſede, ſucciſque fermentantibus, ac omnibus opportunis concurrentibus, chyliferum opus agitur, ideatur: Succi à terreo ſinu ſucti in propria fluida ſpecificantur, & ope radicum ideantur in ſaporem roſcidum, figuras naturales, motumque

necessarium recipiendo, qualis herbæ, plantæ, species fuerit, & talem impressionem idealem, ut corpori vegetanti plantifero, unibilia sint; motu ducantur, figura retineantur, & sapore associatione suavitatis univocæ uniantur vacuitatibus replendis: & circuitu proprio in tota herba, plantaque, peracto, ordine, & modulatione vegetativa, omnes, & singulas partes invadant, perficiantur debitis depurationibus, ac fermentationibus, & proximè applicabilia sint partibus nutriendis, restaurandis, augendis; retinendo his successivis fermentationibus, omnes, singulasque ideas figurarum, saporum uniendorum susceptorum, tali gyremate, à qualibet parte plantifera, & organica, medullari, musculosa, ossea, fibrosa, ac cuticulari; & tali impressione, ac modulatione fermentationum actarum, fiat omnimoda univocatio idealis, nutriendarum partium, nutrientium fluidorum, & imprimentium organicarum, filtrationes successivæ in cuti, frondibus, reliquisque consonis emunctoriis: & quælibet pars veluti proprio ventriculo præciso dotata, suo ideato succo nutriatur, & ad ultimum perfectionis actum deducatur, vel corticis, vel medullæ, vel musculosæ, alteriusque structionis erit, ut infra.

XI. Licitum sit hic annotare circa fermentationes successivas fluidorum vegetantium, quod incisis radicibus alicujus herbæ, vel plantæ, & tempore Verno fœcundiori in copia nutriendorum, ac nutrientium; tunc observare licet succos expræssos, & scatentes à radicum incisione non esse omnimodi coloris, ac saporis qualis erit scatens ab eadem planta incisa in trunco superiori, vel ramificatione: Perfectior, lucidior in partibus superioribus succus nutriens, & hoc oritur, causa novarum fermentationum, filtrationum, ac circuitum fluidi nutrientis post susceptam ideationem à radicum structura: Chylificatio, sanguificatio in sensitivis æmulatur id ipsum.

XII. Omnia vegetantia demonstrant non solum in structura modulationis fluida diversimodè colorata, figurata, sed præcisè saporum diversorum; uti planta, herba specificatur. In nutritione particulari frondium, corticum, medullæ, ligneæ osseæ; id totum denotatur tenui, crasso, mediocri, roscido, roscidiori nutrito; & modulatione distincta afficitur in particulari sinu, sivè ventriculo. In sensitivis idem.

XIII. Radicibus majoribus læsis notabilitèr, avulsis, incisis, statim arescit planta, vel herba, & instantanea fit extinctio, tempore præcipuo Veris, vel Æstivo, causa fluidorum copia omissorum, dum major nutritionis adest indigentia in restauratione vegetantis: frondes, flores fructus vappescunt; ut in extirpatione radicum ca-
pillarium

pillarium ſtructarum loco ingluviei, quouſque regenerentur, planta tenuiſſimè nutritur, & ſubſtentatur; & niſi regenerentur, uſque ad plantæ opportunam, naturalemque ſtructuram, ſemper diminuta nutritio fiet. Continuum, ſucceſſivum motum circularem fluidorum nutrientium reſtaurantium omnes partes vegetantes demonſtrant. Remoto ventriculo in ſenſitivis, graviter læſo, aut depravato, vivens eadem menſura extinguitur, afficitur, læditur. Univocatio nutritionis eadem, idem docet.

XIV. Utrumque confirmat inciſio alicujus rami, vel plurium, niſi ſuppreſſa fuerit vitalizationis ideatio totalis; vel nutritionis copioſa delatio; non perit planta, vel herba remoto digito, brachio, pede, ni affluxus totalis, vel morbus, & læſio univerſalis de novo inducatur, nec perit ſenſitivum. Fluida naturalia agnoſcunt eorum primordium ideationem, & principalem in chylifera ſede, in fonte ventriculari univerſali principali primarum ideationum ſtructore.

XV. Muſculis avulſis, vel aliqua principaliori parte graviter deturpata, ſenſitivum animal perit; Corticibus plantarum uſque ad oſſeam, ſeu ligneam ſtructuram reciſis, muſcularem texturam ſervantibus; planta areſcit (ſemper habita proportione reſtaurationis faciendæ in utroque genere gravis, vel maximæ læſionis). In ſeneſcente ſenſitivo non reficiuntur partes, nec muſculi omiſſi; in Juvene robuſto, talis reſtauratio perficitur, qualem figuratio naturalis permittet, & capacitatis erit. Roſciditas, luciditas, figuratio, ſaporum ſuavitas, motuſque perfecti, vel imbelles in hoc, non illo. Idem militat in utroque vegetationis opere.

XVI. Viventium ſtructura oſſea, cartilaginea, perioſtia, membranoſa, muſculoſa tribuit idealem ſimilitudinem applicabilem omnibus nutritione indigentibus. Ordo rerum ita ſtructus, ut conſonus in fermentationibus, & operationibus vitalitatis ſemper ſit.

XVII. Inſuper fameſcens pluribus diebus animal (præter reptilia, & nonnulla alia his ſimilia), & ſtrictiſſima fame moleſtum, certè extinguitur, & tunc dum nulla chylificatio, vel reſtauratio fieri poteſt, mediantibus alimentis, & jam fluidis nutrientibus totaliter, vel graviſſimè deficientibus. In reptilibus fit chylificatio, & reſtauratio jam dormientibus, ut infra.

XVIII. Vitalem, totalemque extinctionem incurrunt plantæ, herbæ fameſcendo proprium fluidum appropinquabile neceſſarium reſtaurationi. Inopia humidi roſcidi ſugendi univoci ſuæ ſpeciei occaſionaliter introducta ex nimia terræ ariditate, omni rore, fluido, roſcido, nutriente remoto; innumeræ plantulæ, herbæ pereunt; nulla chylificatione à radicibus facta; Æſtiva, & nimis ſulphurea

an-

annitempora, locorum sterilitas naturalis lapillosa, laxosa, aluminosa sat docent, nobisque documenta prabent.

XIX. Etenim quidpiam venenosum arsenicale vitæ sensitivorum oppositum, si ore deglutiatur, fit mutatio opposita figurationi, motui, ac saporibus fluidorum nutrientium naturalium, roscidorum: quibus læsis usque ad destructionem, vel gravissimam dissolutionem figurarum, saporumque; statim motus vitalis deturpatur, cessat nutritio, restauratio, introductio laticis necessarii operi vitalitatis. Noxio, destructivo, sylvestri intromisso in machina sensitiva vivente, idea naturalis, nutritiva, lucida, roscida vitalis aboletur, & hinc perit animal: Coagulatis, nimis dissolutis à venenata idea, dum fluida afficiuntur, & nutritioni inepta, ac incapacia redduntur, ut in morbis malignis, venenatis morsibus; & omnibus naturam, & ideam venenatam sapientibus, arsenicalibus, pravisque cibis oppositis, & degenerantibus ab ordine vitalitatis ideali talis viventis; nam multa fluida uni viventi, & restaurationi prosunt, alteri opponuntur, ratione figurationis, saporisque diversitate, quo nutritur cicuta, nappellum, non nutritur cicoreum; non restauratur borago; quo vescitur bufo, non utitur rana, anguilla, &c. Villitici, rustici vescuntur aliquibus cibis, quibus si uterentur Urbani, ac morigerati viri, morbis afficerentur, & hoc causa propriæ ideationis fluidorum, ac partium structarum. Arescit, vappescit herba, qualiscumque planta ex administratione adversi fluidi destruentis ideam nutritivam, si radicibus applicetur.

XX. Nec reptilia, serpentum, viperarum species, testudinum, glirum in glitario reliquorum genere, hyberno tempore in sinu terræ annidantia, oppositum denotant, quia pluribus mensibus dormiunt, nec ullum cibum capiunt; nam tempore antecedenti Autumnali tantam copiam sumunt, quanta illis mensibus indigerent, ut plenitudo, & copiosa satietas ventriculorum in talibus sensitivis, ostenditur cultro anatomico, si eo tempore subiciantur: eorum ventriculi chylificantes lentè, sed successivè observantur, illisque successivè chylificatis nutriuntur; imo tunc pinguescunt; quod minimè contingeret, si omni alimento destituerentur. Noctes nobis breves sine cibo transimus; illis longioribus, antecedenti assumpto cibo nutrimur. Hyeme plantæ, herbæ parum sugunt fluidorum à terreo sinu; sed non destituuntur eo apto, & quanto, conservationis gratia indigent; Tunc duriores apparent, & annitemporum ordine locupletiori, vel inope; succorum nutrientium motu motoso, vel fermentativo retardato, causa irradiationis

tionis moventis, ac aereæ elasticitatis vibrantis; oppositum vernis mensibus: fervescentibus fluidis in materno terreo sinu: & Patris solaris irradiantis accessu, figurarum, saporumque extricatio oritur, suctio, fluidorumque nutrientium fervescentia, intrusio.

XXI. Tenent primum præcisum motum naturalia fluida chylificantem à ventriculo; vegetantia à propriis radicibus, ibique ideæ, figurationes, saporesque partium nutriendarum rudimenta suscipiunt, licet imperfecta modulatione, & perfectiora successivo gyremate circulati acquirendo, occupatione fermentativa reliquorum organorum ideantium, & cribatione cujuslibet partis nutriendæ. Validiorem motum, perfectiores figuras, roscidiores sapores adipiscendo, dum omnia viscera principaliora, circulationis munera invaserint.

XXII. Inde fiunt cribationes, filtrationes universales, & ad genus emunctorium detrusio excernendorum ex susceptis ideis naturalibus à singulis partibus nutriendis, atque fermentantibus organicis; & gyrematum efficacia in quodlibet fluidum introductis; non excepta minima glandula, vel cuticula; ideoque homogonea, & eterogenea illis partibus restaurandis redduntur, & vitæ conservationi statutis.

XXIII. Uti singulæ partes nutriendæ, & singulos ventriculos retinent; alibi, & inferius ostendendum: dum motu circulari fluida ducuntur, & quælibet illud suum sugit, quod figura æquale, & sapore consonum est, & in ipsa parte, & organo fit ultimata ideatio, sociacibilitas; annexio, unio fluidi nutrientis in structuram, ac impræssionem propriam, quod fit à Crasi, structura, & orgasmo ipsius nutriendi, mediantibus suis insitis saporibus, figuris naturalibus, ac motum vitalitatis proprio univoco, præciso, individuato; uti fiunt etiam restaurationes fluidorum nutrientium, vel fermentantium in omnibus sensitivis: cysticum, lymphaticum, pancreaticum, nerveum, salivale, restaurantur, augentur, crescunt in copia, & quanto, conservantur; primariò assumendo, sugendo, & retinendo ex latice universali, succum simile proximè transmutabile, indeque figuras subministrari fluidis in proprium esse deferendo, ac modulando, illis effervescentiis, & motibus agentium in proxima modulata Passa, & in propria naturali sede operatrice, tam sua structione, quàm in vase succis, sivè fluidis ib affixis, & naturalitèr existentibus ex primordiis generationis primoprimæ.

XXIV. Mutatione, modulatione, fervescentia, ferè eidem fluida

da vegetantium, ideationis impressionem recipiunt à primis imprimentibus radicibus, & successivè à qualibet, & singula parte præcipua: cortices, corticale fluidum, medulla, medullare; fibrosa fibrosum, ac successivè partes omnes ideando, modulando ultimas impressiones in suis fluidis, & in sede gerente vices ventriculares proprias; & hoc tam in productione florum, frondium, ac omnium partium restaurandarum, ac augendarum. Florum eruptio, ac exclusio oculare donat documentum, uti repræsentans proprium structum ventriculum in ejus germinatione, annexione, ac auctione; in quorum efflorescentia inspicimus novum partum delineatum propriis tunicis, ventriculo, succis, funiculo arterioso, ac venoso, ordine tamen suo, dotatum, ac structum. Insitiones oculares, vel virgularum alteriùs speciei in qualibet planta, testantur ventriculorum particularium sedem, ideas, ac impressiones, ut clarissimè dicenda ostendent.

XXV. At Nutritio perfectissimum opus, cujus fine tot fermentationes, mixtiones, depurationes, motus, cæteraque fiunt, ut hujus successivâ restauratione, vita conservetur, & motus universalis omnium naturalium fluidorum intrinsecorum ab, & in organis principalioribus impellentibus perficiatur; nequit fieri ni motu perfecto, modulatione, & excellentia, omni ex parte, depurato, recto, ac orgasmo vitali univoco in viventibus sensitivis perfectis. Omnes initiatæ fermentationes, mediatæ operationes, & ideationes reguntur à vita in propriis sedibus, ac ventriculis; scilicet chylificatio, sanguificatio, succi Cystici, Nervosi, Lymphatici, reliquorumque reparatio, & faldem ventriculi æmulantur similitudinem. & tantum opus universale eterogeneum, particulare singulis partibus homogeneum; nec ullus cogitare suspicatus; glandulas nutriri eodem latice, ac fluido, ac musculi restaurantur, nec nerveam medullarem subveniri roscіditate individuali ossea, vel hepatica, aut musculosa. In Plantis ad oculum observamus in diversis appositis oculationibus, distinctos, diversosque specie fructus in eodem ramo produci, licet sugatur à comuni fluido plantifero latex nutriens ideatum universalitèr, ac singulari ideatione individuali partium subjacentium sylvestrium, vel alteriùs specificationis plantiferæ. Distinctio, diversitas frondium, florum, fructuum in figura, motu maturationis tardæ, vel celeris, saporum diversorum fiunt veluti in proprio ventriculo, ut quælibet insitio habeat motum fermentatium modulandi fluidum in propriis figuris, saporibusque, & suum nutriens transferri, ac chylificeri, perfectissimoquè operè persici in propriam specificam ideam;

ICONISMUS VI.

Plantarum, Herbarumque distincta nutritio, & ideatio qualis.

FLuidorum naturalium, Terra mater proprio sinu irrorata, præcipuè primo aqueo fluido affecta, omnibusque subjacentibus, aere contentis, tam roris, pluviarum, nivium, glacierum decidentium copiosis subsidiis; quam à Patre solari fœcundante, extricata, veluti promovente naturali effervescentiarum universalium; in omnibus, singulisque fluidis aptis, natis, capacibus nutrire, ac ideari in ejus sinuositatibus; & distinctione, ac diversitate irradiationum, ac gyrematis, causa præcisa annitemporum, ac effectuum germinationis, florescentiæ, fructificationis, & maturationis in omnibus vegetantibus, ratione ideationis succorum nutrientium affectorum tali, vel alia impressione; ut antecedentium, & annexorum omnium modulatio, effervescentia, irradiatio, & occasionalia præcisè moventia, & agentia fuerint. Ita à Summo Increato Primo Motore, perfectissimo opere creationis structa, & continua conservatione recta.

II. Licet, ope radicum sugentium id, quod saporibus, & figuris proximius, & assimilabile reperitur ideæ plantiferæ, herbaceæ, nutritionis capacitate, & univocatione; perfectæ impressiones non tribuantur fluidis indigentibus ulteriori motu fermentativo, ut in sensitivis post chylificationis opus; reliquæ modulationes, & ideationes fermentativæ requirantur ad ultimandam nutritionis medelam, ac augumenti structuram naturalem misti viventis; & in sensitivis copiosior, vel diminuta, alimentorum, ciborumque roscididitate, suavitate, &c. existente: Ita fimorum, nivium, salisumque abundantia in vegetativis plantiferis, herbaceis, annexisque similibus: Annonæ, fœcunditatis, sterilitatis opportunum movens, ideans, deferens, imprimens, producens. Aliud considerandum venit, scilicet illud idem, quod propè radices annexum, atque applicabile reperiebatur suctioni proximum; dum sugitur, & in capillaribus radiculis, Ingluviei sedem repræsentantibus in vegetantibus, actu incipiat ideari, assimilari, univocari, & suscipere impressionem rudissimam specificationis, & individuationis herbaceæ, vel plantiferæ; illasque figurulas, saporesque initiantes recipere, levissimo motu imprimente illud ideandum, ac sufficienter successivis fermentationibus perficiendum; sic in germinandorum, augendorum, nutriendorum

omnium vegetantium speciebus, quam singulis terreo sinui affixis; & ejus fluiditate nutritiva, ac imprimente indigentibus.

III. Ut ciborum, & pabulorum mistio, ordo, & modulatio, uti chylificationis qualiscumque esca sunt, & corpora, mista, bases, restaurantia proxima; attamen remota nutritioni faciendæ requirenti totalem, perfectam ideationem, ac modulationem fluidam nutrientium naturalium; pariter ea, quæ sinum terræ fœcundant cujuscumque generis, ac speciei, vel ideationis fuerint; omnimodè remota, & semimortua erunt, nisi à Sole patre movente; irradiationibus, ac motionibus fermentantibus, extricantibusque, illa omnia, & singula modulentur in terreis sinuositatibus, & reddendo capacia, apta recipiendi figuras, sapores, & motus necessarios opportunos pro nutritionis, ac restaurationis cujuscumque specificatione, ideatione, ac modulatione. Primum sortiuntur ex proprio esse, & structura, ut cibaria quæcumque applicabilia: Secundum ex motu Imprimentis, ac ideantis agentis in proximum opus chyliferum, vel chyliferam delineationem sapiens; ac repræsentans.

IV. Illud omne, quod superficiei, ac sinuositatibus terræ appositum, vel apponitur causa fœcundationis, ac ideationis ab arte, sivè ordine rerum, annitempore, nivibus, pluviis, glacie, fimis, ac opportunis, opere solaris moventis, ideantis, fœcundantis chyliferam ideationem vegetativam, ordine suo expressam, ut fluidorum nutrientium specificationes, figuris, saporibus, motibusque signentur; proximitatem, aptitudinem, modulationem recipiendo, ut à plantis, herbaceisque, radicibus sinui terreo affixis, veluti ope particularum, singulorumque ventriculorum in fluiditatem reddatur capacitatis nutritivæ; qua fluiditate; alimoniæ, vel cibales in sensitivis, vel terreo corpori mistæ in vegetativis, fiunt proxima, passibilia, & opportuna operi fermentativo chylifero; illis distinctis, ac diversis modulationibus, ac ideationibus, ut constructa fuerint sensitivorum, volatilium, ac omnium chylificationem repræsentantium in omni genere, singulisque speciebus vegetantium; à qua ideatione, nec excluduntur insecta, conchylia, amphibia, saxisque affixa, ut eorum structura, capacitas, & modulatio requirunt. Omne igitur alimentum, & quodcumque nutriendi capax, debet necessariò in figuram, & texturam fluidam traduci, vel trituratione, chylificatione, & sequentibus fermentationibus, ut nutritionis motum recipere possit, & ideis restaurationis, & augumenti conservativi afficiatur. Nullum Alibile proximitate, aut remota structione præditum in verum nutriens reducitur, ac associabile fit, si duritie dotatum, ac affectum reperiatur; & hoc in omnibus generibus vitalitatis;

talitatis, ac nutritionis signatæ, ac perficiendæ in qualibet terminata specificatione.

V. Diversis locis, & in progressu totius operis, sermo de ideis, ac impressionibus idealibus; & præcipuus est Iconismus structus, distincto, ac pleno calamo in sequentibus paginis; sed ut antecedentium, & in decursu aliqualis notio dicendorum obscuritate non signet vestigia, licet præsentis loci non sit; attamen aliquam brevem, rudem delineationem idealem hic annotare licet. Idea est perfecta impræssio introducta in fluido, vel fluidis in certa figura, sapore, & motu ab imprimente, ut univocam similitudinem signet, vel introducat in corpore organico, vel capaci, aut in ejus parte, dum tali fluido nutritur, augetur, vel sufficientèr, alio modo movetur. Explanatio descriptæ ideæ, nimis lata, atque clara alibi erit.

VI. Occasionatas ideationum impressiones in fluidis, experimur intra nos metipsos. Irascimur, occasione externa habita movente, vel cogitatione antecedentium: impressis, atque motis nostris naturalibus fluidis: desides, timidi, concupiscibiles, tristes, læti, omnibusque excitantibus ideis afficimur. Fluida omnia, præcisè aquea naturalia ideantur transfusione diaphoretica, solutiva, emetica, stomaticha, cordiali, urethica, nervea, & cæteris innumeris impressionibus: Misturarum compositio, modulatio, non solum tincturis, sed in irroratione plantularum, ac herbarum: Metallorum unio, artificialium externa positio, licet minus rigorosè, & latæ ideationis compagem repræsentent; tamen orgasmum, ac genus ideationis traducunt: Omnia motioni subjacentia, & capacia internæ elasticitatis, ac vibrationis, idipsum testantur.

VII. Reticere non debemus aliqualem Modulationis notionem, & quid de tanta Modulationis serie, decenter sentimus, ut inter tantas lucubrationes in obscuro minimè vestigia signemus. Modulationem intelligimus illam positionem consonam, necessariam, ac perficientem, modo tamen suo; qua figurationes reducuntur ad ritmum naturalem misti, vel alterius simplicis entitatis, sivè fluidæ, sivè solidæ, organicæ, similaris, & cujuscumque ordinis; sapores perficiuntur in crasi debita, & armoniacam structuram in compositis, & structuram naturalem in simplicibus intromittendo; ex quorum unita compage, & recta positione semitrizatio nascitur. Exemplificare licitum sit, sed non stricta lege, nec intrinseca structione, in compositione dictionum, & innumerorum voluminum, orta ex modulatione Abecedarii, & hujus litteris, notis, elementis diversimodè modulatis, copulatis, unitis, consumatis.

VIII. Utuntur Artifices in picturis fabrefactis, reliquisque om-

nibus Aritmeticis, cæterisque indigentibus positione, postpositione, mediatione, antepositione, ac semitrizatione armoniaca; modulationibus colorum, metallorum, ac fabrilium; quibus modulationibus metrum perficitur, In Musicis, ac musicalibus, id totum minutissime, ac rectissimo ordine annotatur, ut suo loco clarâ methodo, ac largo calamo patebit.

IX. Multiplicium modulationum specificationes, ac armonicas texturas habent mista, simplicia, organica, omnesque singulæ viventium partes, non solum causa nutritionis, fluiditatis restaurantis, ac conservantis; sed nec reperibile compositum internè, externèque excludens modulationem in figuratione solida: quâ naturali specifica, & individuali seclusa, saperet ordinem monstruositatis, & fluidum quodcumque neutram, aut morbosam structuram, vel figuram: Mala compositio, scilicet morbosa, discrasia, soluta unitas naturalis, primario in modulatione vitium patrant, tam in fluidis, occurrentibus partibus vitiatis, ac læsis, quam solidis tali molestia affectis.

X. Naturalium omnium ordo requirit;non solùm specificam subsequentem, ac etiam initiantem modulationem; quin etiam propriam suam individualem à generantibus, primordiorum seminalium ideationum ope structam. Pusilli homines, gigantes, similesque argumenti vim agunt; & hoc in singulis vegetantibus, volatilibus, sensitivis, omnibusque ab intrinseco crescentibus, ac motum intrinsecum nutritionis habentibus.

XI. At Metalla nec excludi videntur à tali ritmo modulationis internæ, & externæ. Aurum, Argentum, Cuprum, Vitriolum, Aluminosa, Mercurialium omnium species; & quidquid reperibile est in terminata specificatione,exactissimam notam præbet modulationis, ac structionis, sive positionis ritmæ;

XII. Tali modulatione affectas,respice plantas omnes lacrymales, ut Abjetinas, Pineas, Cypresseas, Myrrheas, aliasque resinosas; singulas producere, excernere propriam modulatam resinam in sua specificatione figuratam. Probant fluidorum nutrientium internam modulationem, etiam in excretis retentam.

XIII. Universalis creatus motor fermentationum, germinationum, fœcunditatum, generationum, omniumque motu fermentativo productorum Sol, distinguit, copulat, separat, modulat fluida, fluidorumque figuras, motus, sapores; diversitate, distinctione irradiationum, graduum zodiaci occupatione, signatione, tubirnis solaris: retenta semper propria specie irradiati, ac moti generandi, ac modulandi appositi. Tribuit illis omnibus suo motui

sub-

subjectis, illos sapores, ac saporiferas crasizationes, quas una simul modulat cum aerea machina, terreis fluidis; & ea nobis non distantia, & in aere reperta, causa productiva, vel occasionali advenientes; ut tantorum meteorologicorum impressiones, ac ideationes quotidiè patrant.

XIV. Refluus, vibrans, roscidus, balsamicus, inspiratus, respiratus, elasticus omnigeneris aer prægnans multis alienis susceptis, ope solis modulantis fluida ex terreo corpore elata, ac distinctè, diversimodè movens, ac modulans; quem ordinem ignis usualis graduatione, ac modulatione applicatus demonstrat in præparatione stybiatorum, mercurialium, ac innumerarum compositionum varietatibus, mistionibus: & in Chymia tot fermentationes, solutiones, præcipitationes, coagulationes, choobationes, destillationes, fixactiones, & cætera innumera, his modulationibus acta in vegetantibus, animalibus, ac mineralibus docent, atque demonstrant; ut mira conficiantur diversitate saporum, figurarum, motuum, salium, spirituum, tincturarum, oleorum, omniumque singulorum diversi, oppositi oriantur effectus, vires, actiones.

XV. Agens solare dependens à Primo Immenso Motore, quanto excellentiùs, perfectiùs, nobiliori, ac validiori opere, & quanta præstantiori activitate, pulchriora, varia, diversissima, ac perfectiora opera perficiet, uti Rector creatus sublunarium, & quid non mirandum in sinu terreo modulando operabitur, continuo aspectu, & distinctione irradiationum? Superat artefacta præstantiori ordine. Sufficit annitemporum distinctio; meteorologicorum productio, germinationum universalium, ac fructificationum distinctorum opus.

XVI. Locorum, regionumque situationes Orientales, Austrinæ, Occidentales, Boreales, aliæque sunt modulationis, ac salium, saporum, figurationum aliqualitèr, sed non in specificatione coadjuvantes motores. Eadem planta, herba specificata orientali, aut occidentali loco; spirituosior, vegetior, vappida, insipida, iners, ut semina, fructusque, idipsum distinctione patiantur; & hoc aspectu irradiationis, ac virtute elasticitatis, ac balsamici roris efficacia: Eclypses Solares præcipuè figgunt in hac re pedem; quorum eventu, paucis horis terreus sinus, in quo, & cuius Orizonte lumen non fundit sua opera, causa interpositionis inter ipsum, & terram, corporis lunaris; & etiam in Lunæ eclypsi, interposita terra inter Solem, & Lunam omnimoda oppositione, ut accidit nona die Septembris anni 1718, alias à nobis enunciatum; vel non totali diametro, sed secundum duas uncias, tres, quatuor, usque ad duodecimam oppositionem totalem diametralem; in quibus veluti vappida redditur ter-

rea

res si uositas, tunc temporis lumine orbata, ac motionibus fœcundantibus, moventibus privata, unde status producendorum inops redditur; & tanta majori, vel minori inopia, quanta major, brevis, vel maxima fuerit interpositio in utraque eclypsi, talisque effectus ibi magis contingunt, ubi acciderit talis eclypsis, & sub eodem Zodiaci signo, & graduatione orizontali. Activitas necessaria successiva remota, vel morosa parit talia miranda. Plantæ, herbæ, si tempore notabili defraudentur succis nutritivis, alienantur à motu naturali, nutritivo, fermentativo, elastico, graduatione subrepti majoris, vel minoris ponderis: senescere, ac vappescere videntur, altiori ordine, remoto agente movente, ideante, extricante, ac motuum vitalium modulatore in ordine creato principali; ita à Summo Increato Motore structum, & continua conservatione servatur.

XVII. In his, modulationis vis non parum affert, licet occasionali ordine, dum specificatio non trasgredetur limites suæ propriæ entitatis. Tribuuntur herbis, plantis, cæterisque terræ affixis sapores, motus, & figuræ, uti magis, minusve modulationem perfectam, præstantem, ac rudem, vel debilem sapientes: Viri sagaces, prudentes, ingeniosi; ignari, torpidi, morosi, &c. omnis speculicationis; sensitiva, insecta, maritima, singulaque indigentia nutritione, plenissimè harum modulationum distinctiones occasionales probant, cuique demonstrant.

XVIII. Ut ex fornace solari oriuntur modulationes, & insinuatione irradiationis universalis in subjecta capacia suscipiendi talem appositionem; uniendo, copulando, distinguendo, extricando figuras in fluido, & fluidis terreis, innumera salia possidentibus, ac divitibus, ut proportione modulationis, unicuique suam idealem tribuat; Elixipharmacam elexipharmaco: Diureticam diuretico: Balsamicam balsamico: Emeticam emetico: Stypticam styptico, &c. Sic æmulatur Abecedarii notas, ac elementa in compositione, ac modulatione dictionum, & sequentium à dictionibus expressorum, tam in prolatione, quam significatione immediata, vel mediata.

XIX. Modulatione distincta, ac diversa utitur quælibet Anni temporis pars Verna, Æstiva, Autumnalis, Hyemalis. Terra suis opportunis fluidis non caret, supposito eodem Orizonte; attamen modulatione irradiantium igniculorum, ac elasticorum in aere modulatorum, ex signatione Zodiaca; incipiunt effervescentia fluidorum in sinu Matris sistentium; quarum modulationum structuram cognoscimus ex motu Solari, & sequentis socii aerei, annexorumque omnium opportunorum, ac necessariorum; nec modulatio ulla reperiri potest, nec cogitari in fluidis, vel solidis, saporibus, ac figu-

ris; nisi à motu apponente, extricante, dirigente: licet non sola modulatione, sed prævemente motu, effervescentiis sequentibus in saporifero genere, ac extricatione, positione, ac structura figurarum. Incipiat germinationis motio, & singulæ sequentes frondescentiæ, florescentiæ, ac fructificationes, atque seminales productiones sint: ratione graduationis, ac modulationis, & impressione facta in fluidis ab omnibus opportunis modulatis, ut structuram perfectam idealem adipiscantur.

XX. Nutrientium modulatio parit distinctionem, ut uno in loco alicujus rei frumentariæ copia, & annona, alibique inopia fiat; ac insuper unius speciei abundantia, alteriusque ibidem deficientia, licet eodem tempore florescant, fructificationis ordo fit, ut non endemicum signetur vitium, sed specificationis modulatio diversa nutrientium, & univocationis subsequentis figurarum, saporum magis assimilabilium, & causa modulante non aptissima, sed dissipante, ac dissolvente retentionem roscideitatis, licet intrinseca activitas, hoc casu non diminuatur in fluidis; stantibus iisdem annexis ut cœli statu, terræ situ, aeris elasticitate, rore balsamico indita, ac prægnans reperta in suis intrinsecis; nec amissis specificis distinctis saporibus, figuris, irradiationibus. Olitores colendo agra, experientia ducti fimos proportionatos singulis herbis, plantulisque applicant terminatis temporibus, ut rosciditatis copia, certo ordine modulata, fluidis nutrientibus sugendis tribuatur: simorum genus semper salium prægnans, fœcunditatis motum ducit, sed non modulationis: una species hanc modulationem, alia distinctam, ac diversam exigit, ideoque applicabilitates diversæ, ratione modulationum; licet motus dirigens ab eodem agente, ac dirigente. Fabrefactorum structura, picturarum impressiones, tam textilium, quàm in tabulis; similibus, iisdem coloribus, ac fabrilibus existentibus, notæ Abecedarii, & similia, ab eodem Fabro, Pictore, Componente tractentur; attamen modulationis ordo in singulis his, quamvis externus, distinctionem, ac diversitatem in pictis, fabrefactis, ac compositis parit; quæ interne modulantur, præstantiori ordine, ac efficacia aguntur, perficiuntur.

XXI. Unde, rebus ità modulatis, ac habitis in modulationis explanatione, ut ejus motum extricationis, sive appositionis figurativæ, & semitrizantis, Vernæ, Æstivæ, & singulorum distinctas armoniacas applicationes exprimere licitum sit, hic documenta afferre motionis linguæ, partium omnium loquelam formantium, ac modulantium; ut tantis modulationibus labia, os, lingua utantur, ac diversis figuris afficiantur, in prolatione cantus, ploratus, lætitiæ, mæstitiæ, omniumque pathematum animæ denunciandorum,

ac

ac innumerarum significantium dictionum, cujuscumque idiomatis Græci, Latini, Hispani, Gallici, singulorumque hucusque existentium. Hæc latissimè, ac externa apologia dicta.

XXII. Talibus explanatis. Sugunt ab utero terreo ope radicum fluida, eaque afficiendo prima, licet imperfecta ideatione propriæ specificationis, ac impressione seminali fœcundationis germinantis, ut tantum opus tempore debito fiat, tam opere motionis succorum fluentium nutritivorum, quam univocatione saporum, figurarum, annexorumque, à ventriculis particularibus partium singularum struentium, ac componentium perfectam texturam, & ultimatè in nutritivam ideam redactarum; ut motus ductor, figura copulet, sapor restauret, unione auctiva.

XXIII. Refluit, ac gyrematis efficacia intrinseca fluidum à proprio ventrinculo radicali in singulas partes, & harum suctione ideatur non tantùm id, quod magis assimilabile est cuique parti; sed cribatur debitis emunctoriis figuratis modulatione propria individuali, medullari, corticali fibrosa, ac composita musculosa, & ossea lignea, cæterisque; repræsentando præcisum ventriculum exemplificatum in quolibet flore, & sequenti fructu: inspicimus in florum structura, quemlibet retinere suos funiculos, unicum repræsentantes funiculum umbilicalem alligatum suæ oculationi, sivè placentulæ, & etiam recludi propriis secundis, sive indumentis continentibus partum, seu fœtum fructificationis: quo funiculo alligatur corpori placentulæ sugentis ex tota planta, vel herba; fluida nutrientia successivo motu accretionis, ut seclusis frondibus florum, partus fructiferus appareat, & tanto tempore à planta, & herba alligatione proprii funiculi, quo mediante sugat succum nutrientem; continetur: quanto indiget fructus pro sua perfecta structura, & maturatione imitante gestationis notas, nisi planta, vegetativum quodlibet, abortum patiatur, ordine suo, in decidentia florum, vel fructum immaturorum, diversis temporis ideationibus, sicut in sensitivis omnis generis accidunt, contingunt, ratione, & causis occasionalibus, abortus primis, secundis, tertiis, & sequentibus mensibus, usque ad debitum tempus pariendi, ut in qualibet specie naturalitèr terminatum est.

XXIV. In productione fructuum assignantur, ordine suo tamen, omnes partes gestationis; scilicet funiculus, placentula, cui alligatur: secundinæ, seù indumenta; succi nutritivi, tempus gestationis, vitia abortus, exclusionis, & maturationis perfectæ terminatum tempus; omnesque occasionales causæ perfectivæ, aut molestæ, ac lædentes imitantes sensitivorum productiones, atque specificationes, ideasque proprias.

XXV. Er-

XXV. Ergo ſeminum productio ſpecificata ab omnibus, ſingulisque partibus generantis, ac producentis vegetantis, repræſentatis in puncto fœcundante ſeminali, ac omnibus fluidis nutritivis ideationem cujuslibet partis vegetativæ; debet retinere locum ſpecificationis univerſalis ex toto, & individualem ventriculum, in quo producitur, imprimitur, ideatur, ſingulæ partis figuratio, ſapor, modulatio, ſtructura, & reliquum conſequens; nec intelligitur effectus univocus, niſi à ſuo univoco agente, loquendo de productione in intrinſeco, ab intrinſeco, & in intrinſecum, ut ſunt germinationes vegetantium, ſenſitivorum generationes; licet ſint æquivocæ, attamen utriuſque imperfectam ſtructuram repræſentant: Equa, & aſinus, aliæque monſtruoſæ generationes palam contingentes; ſed in his non ab eodem intrinſeco agente in intrinſecum fœtum, ut ſunt omnes productiones etiam verminoſæ, hujus ſcilicet vermis in tali parte, & à tali uno modo, ac ideatione ſpecificatur; alia in parte diverſimodè, & eadem cauſa dependente ex hoc fluido ideante nutritivo talem partem, & non aliam, ut fuſiſſimè ſuo dicetur loco.

XXVI. Non mirum, licet ingenioſum ſit, inſpicere in univerſali ſuctione fluidorum nutrientium vegetantium: eodem terreo ſinui implantantur diſtinctæ, ac diverſificatæ ſpecies plantarum, herbarum, & ſæpiſſimè in eodem fictili vaſe plures herbulæ, baſilicon, petroſelinum, abſintium, &c.: In eodem viridario fructificantium plantarum innumerus numerus, perſica, poma, pira, ficus, nuces, vites, & conſimiles plantæ, ſed diverſæ ſpecificationis diſtincta, floreſcentiæ, fructificationis, maturationis tempora ſignant, ut nonnulla celeriori motu, alia mediocri, vel tardiori frondeſcant, floreſcant, fructificent, imitando ſenſitivorum geſtationes diverſas, uti ſpecificationis ordo, & animalis moles, robur, ſtructura in generatione requirunt. Tantorum frumentorum ſpecies terreo ſinu contentæ; nonnullæ uti triticum perfectiſſimum, numero octo menſium: Indicum triticum, quatuor menſibus circiter: Milium, lolium, avena, ciceres, fabæ, & cætera eandem diſtinctam, ac diverſam temporum moram, ac geſtationem denotant, & una ſimul omnia, & ſingula ſimilia, ſuo modo, & ordine expreſſa, geſtationi, ac generationi perfectorum ſenſitivorum non diſſona; ac iiſdem moleſtiis, diſcraſiis, & læſionibus abortum ſapientibus, affecta, affectionibuſque ſubjacendo. Primordia generantium, ac ſpecificationum diſtinctio; figurarum, & ſaporum modulatio, horum motuum diſtinctionem diverſificant, copulant, diſſolvunt, ac ferveſcentium nutrientium fluidorum compagem præbent, eaque ſtruunt.

XXVII. Tenet univerſaliſſimum fluidum, ut pluries notatum;

innumerorum salium capacitatem, susceptorum à suis insidentibus annexis, & appositis arte; ut fimorum, & singulorum structuram, ac modulationem fœcundationis sapientium: quibus figurationes diversæ, sapores, motusque insunt fimorum, cinerum, aliorumque terreum sinum imprægnantium; habent, atque retinent distinctam specificationem, ac modulationem, & illas distinguendo, ac diversificando, ordine animalium, ac vegetabilium, quorum excreta, & salina fuerint: fimus equinus dissimilis à bovino, caprino, murum, suum, humano, & sic de cæteris; & hoc eadem intrinseca causa fluidorum nutrientium depuratorum per emunctoria propria, ordine cribationis. Sunt diversa animalia, sunt distincta diversa nutrientia fluida. Non quod nutrit equos, nutrit boves, vulpes, volatilia; imo in eodem animali, ut notatum, & demostrabitur infra, sunt tot emunctoria, quot partes diversæ nutritæ, & fluidorum nutrientium diversitates: Cerumina, spuitiones, sudores, serum urethicum, alvinæ fœces, lacrymales excretiones, mucositates, & innumeræ aliæ, etiam intrinsecè distinctam, diversamque continentes specificationem excrementitiam; hæc omnia sinui terrestri copulata, & insinuatione mistionis, aliquali modulatione unita polychresto fluido aqueo, tribuunt ideationes, impressiones diversas, sive eterogeneas, & multiplices figurationes, sapores, motumque; ut suctione futura possit vegetans illud magis sapori, & figuris associabile suscipere, ut sua specificatio, & structio requirunt. In sensitivis id ipsum magis latè patet: Idem fluidum spermaticum ideam retinens, distinctè, diversimodè fugitur à pluribus partibus spermaticis ejusdem animalis, v. g. ab osse, medulla, tendine, intestinis, cæterisque; licet causa nutritionis, ultimam ideationem recipiat in præcipuo ventriculo singulæ partis nutriendæ; dum ordine circulationis successivæ graduentur ideationes à singulis partibus in fluidis nutritivis, & eterogenitates introducantur, sed homogeneitas ratione specificationis animalis. Chylus, sanguis, cæterique succi homogenei viventi, cujus sunt; eterogeneæ horum figurationes, & sapores, respectu unius simplicis partis: quanto efficaciori, ac præstantiori vi, id totum perficitur in diversitate, ac distinctione totali specifica: dum talis suctionis fluidorum modulatio, ac impressio depravatur, vel deficit, aut aliquo sensibili ordine vitiatur: læduntur quoque nutritiones, restaurationes, vivificationes roscidæ, naturales, necessariæ.

XXVIII. Id totum etiam in perfectiva, vel defectiva modulatione, impressione, ac ideatione perficitur, aut læditur in vegetativa suctione, à movente Solari irradiante, ac modulante fluida naturalia, ordine tamen suo, supposito semper Increato Motore Conservante,

ac

ac Agente Universalissimo; ut etiam ex elastico rore balsamico aereo; omnibusque hoc opus naturalitèr moventibus, construentibus, imprimentibus, coadjuvantibus. Horologium structum artificialibus multis, & modulatis partibus componentibus; si una defecerit, lædatur, depravetur; tunc opus designationis horarum, ritmum non servat; sic in fluidorum nutrientium naturalium ideatione, impressione, modulatione, ordine suo servato, contingit.

XXIX. Vegetantium ergo, fluida nutrientia apta, capacissima habendi, recipiendi, retinendi, tribuendi omnigenera figuranda, ac saporizanda, vel motu successivo continuo, vel interupto; sunt etiam nata, structa, & habilia continendi omnes figuras, sapores, saliumque impressiones, ob primam naturalem fluiditatem, huic operi, tam idonea, ac naturalitèr necessaria; ut quodlibet fluidum quo propinquius primo erit, eo capacius, plures figurationes, & sapores recipiendi, continendi, tribuendi, ob innumeras vacuitates, quas obvia capacitate amplectitur. Sit terminata quantitas, copia limpidissimæ aquæ; in hac terminatum pondus salis, v.g. marini solvitur, & non majus; tanta copia armoniaci, & non majori terminata nitri, absintii, saliumque aliorum, ac saccari, & non copiosior, minimèque excedens vacuitates habitas in tali, & à tali terminata aqua, ut si majori copia apponantur, insoluta remaneant. Id ipsum non eodem ordine evenit in aqua vel cœnosa, vel minerali, quarum vacuitates, alio corpore repletæ reperiuntur. Tincturarum omnium vegetabilium, mineralium, aliorumque notissima nota, & probatio: quanto menstrua fluida aquea, vel alteriùs specificationis capaciora redduntur solutionis, ac absorbendi; tanto majores capacitates, & vacuitates retinebunt. Punctum satietatis acquirendo, tunc dicuntur, quando omnes capacitates repletæ, occupatæ à corpore jam soluto, fuerint.

XXX. Multa corpora, solutionis, ac extractionis capacia: metallica, vegetantia, & cætera, in uno fluido solvuntur majori copia, in alio minori: habita semper debita simili mensura menstrui solventis, ac copia: Non alia causa, ni ratione figurarum; multiplicitate, ac capacitate similitudinis inter solvens, & solutum; recipiens, & receptum. Argumentum demonstrativum antecedentium.

XXXI. Impressione plantacea, & herbacea afficiuntur in radicum suctione à terrestri sinuositate, sed seminali ideatione fœcundantur semina; & hoc præcisè, & naturali ordine à radicibus cujuscumque vegetantis: quod præcipuum in hoc opere est, & notationis, & nunquam prætereundum: quomodo, & quare fœcundationis seminalis specificatio, ideatio, & vis in, & à radicibus fiat: sermo plenus

de idealibus feminum impreffionibus, in fequentibus Iconifmis habetur.

XXXII. Mirum certè videbitur, non difcuffa radicum ftructura, nec patefactis componentibus radicum modulationem; quomodo recifis plantis ufque ad radicum ftructuras, iterum germinent, enafcantur, nec antecedenti incifione lædantur earum germinationes, ac fructuum, feminumque fpecificationes (loquimur de illis plantis, & herbis fpecificatione, & ætate capacibus renafcendi, non de vetuftiffimis, ac vacuis, vappidifque) eafdemque antecedentes ideationes, figuras, molem, & alia antecedentia fiftentia in plantis incifis, temporis fucceffivitate crefcendo, auctione nutritiva fpecifica repræfentent, producant; ut in incifione fraxini, caftaneæ, cerrorum, quercum, innumerarum plantarum: radicibus tamen vegetis exiftentibus, nec gravitèr læfis; fic multarum herbarum feries idipfum traducunt in germinatione radicum, & oculationum propè radices.

XXXIII. Præter vegetantia, in fingulis crefcentibus, & nutriendis ab intrinfeco, refpicitur, & fub cultro anatomico confpicitur ventriculus compofitus ex illis partibus, ac ftructus illis nutrientibus, ac fermentantibus fluidis opportunis neceffariis ad opus chyliferum perficiendum, & alimenta in fluiditatem nutritivam fucceffivè, magis ideandam pro communi, univerfali reftauratione fingularum partium fui corporis organici, cujus fpecificatus, atque individuatus ventriculus eft, primaque rudimenta ideationum fluido chylifero tribuere; nec in qualicumque fpecie fenfitivorum perfectorum, ac imperfectorum maritimorum, volatilium, infectorum, reliquorumque reperiuntur offeæ, modullares, cuticulares, mufculofæ partes (exceptis volatilibus, in his mufcularis, rugofus ventriculus) ut omnes partes, licet diminutæ, delineatæ, vel ftructæ pro fua textura, non fint in plantiferis, herbaceis radicibus.

XXXIV. Radicum ftructuram patefactam habemus ex omnibus, fingulifque partibus plantam, herbamque ftruentibus; quælibet parviffima radicula, licet capillarem figurationem retineat, attamen texturam fingulæ componentis totalem, atque integram plantam contineat: funt in radicibus modullares partes primitivæ internæ, correfpondentes medullæ totius propreæ plantæ: partes fibrofæ fubtiliffimæ proportione habita, mufculofæ externæ radicales, fivè femiultimæ; adfunt, licet tenerioris modulationis offeæ, five ligneæ: indumenta, vacuitates, finus, ventriculi; nec quidpiam in ftructione herbæ, aut plantæ reperibile, quod fuo ordine in radicum propriarum compage non fit. Sunt ergo omnes partes vegetantis, licet rudes reparibiles, & actu reperiuntur in radicum ftructura; quibus

bus omnibus, fingulifque fugitur, præparatur, modulatur, ideatur fluidum nutriens futurum, feu fequentis fucceffivæ reftaurationis alimentum, pabulum rofcidum, efca. Recipit unà fimul ideationem nutritivam, fpecificam totiùs plantæ, herbæ, cujufcumque ordinis fuerit.

XXXV. Æftuat, fervefcit tempore fuo, caufa annexorum & omnium moventium, motione irradiativa, elaftica, balfamica, rofcida, vibrante, ut imitando annitemporum mutationes, paritèr quoque germinationis: frondefcendo, florefcendo, fructificando, femina propria fpecifica producendo, ideando, fœcundatione fermentativa, fpecifica, & individuali, ut generationis æmuletur ordinem, ac motionem: ultimo loco, five tempore, dum planta omnes fuas perfecit actiones naturales, femina producit; nec imperfecta herba, vel planta peccans, læfa in radicibus gravitèr, producet femina, aut perfecta fœcunda femina: fi vitietur in parte aliqua, v.g. ramo; femina fiftentia, quando erunt in illa ramificatione, vappida, infœcunda erunt; fed non illa producta in ramo valido, robufto, vivido, vegeto, qualia fœcunda enafcuntur. Radicum verò vitia gravia, infœcunditatem totalem, univerfalem in tota planta, vel herba pariunt; quo enim occafionato, omnes partes vegetantis læduntur, ac ideationem moleftam fufcipiunt, veluti à parentibus propriis generantibus, fcilicet radicibus miniftrantibus fucceffivè omnem fluiditatem, cujufcumque ordinis; ut offeam, mufculofam, modullarem, fibrofam, corticalem, aliafque fingulas; fœcundationi, propagationi, nutritioni neceffarias, & fermentativo motu ideatas.

XXXVI. Sicut femina dicuntur decifa à toto feminante apto, capaci femen conficere: proportione temporis data, organis idoneis, cæterifque opportunis, & naturalibus neceffariis habitis; & fimilitudinis univocatio fpecifica, individualis, tam naturalis falubris, quàm molefta morbofa ex individuo oritur; paritèr radices repræfentantes, intrinfecè habentes omnes partes principaliores herbaceas, aut plantiferas; eodem quoque, modo ideationem fimilitudinis, ac fpecificationis propriæ retinendo, id totum perficiunt, ac in fluidis ideatis nutritionis faciendæ dicatis, feminalem vim retinent,& futuræ propagationi neceffariam.

XXXVII. Si teftium pofitio, compofitio, formatio cum omnibus annexis, feminali fœcundationi dicantur: quibus remotis, aut afflictis, vivens fenfitivum fœcundationis opus minimè gerit, ac impotens redditur propagationi futuræ: Semina vegetantium, veluti in folliculo perficiuntur, & ordinem locationis femiexternum in pofitione, & figuratione, ut in fructibus, ficubus, cerafis, malis, aliifque in-

intus semina, sive nodulos, ac arillos continentibus: testium figurationem aliqualem imitantur, & ultimo loco positi, ut univocationis ordo habeatur: si fructus internè semina continentes, ac ultimatè perficientes; lædantur, vel non leviter depraventur: pariter semina contenta; uti in proprio teste, & folliculo, molestè afficiuntur. Omnium frumentorum species, suos folliculos seminales servant; intrà quos suspenduntur semina suis apicibus, quibus sugunt nutrimentum ideatum, specificatum, & ultimatè perficiendum; quibus in speciebus, fructus, & semina idem sunt; ut fructus pineales, ciceres, fabæ, triticum, hordeum, omniaque genus frumentaceum sequentia; in his enim tota herba, rudis delineata observatur, pauco congruo fluido irroratis: Faba, cucurbitarum species, oculariter nimis demonstrant; licet ab hac folliculatione, & structura non sint alienæ quamplurimæ plantæ robustissimæ servantes suos seminales partus futuros, ac fructus in propriis folliculis; & in seminibus appareat rudissima plantula: sunt quercus, pinus, cerrus, castanea, avellana, & nonnullæ aliæ, à tali modulatione non remotæ. His anatomicis, à perito Olitore scrutatis, ordine suo, & rationibus patefactis; notio clarior, quantum præsens locus fert, de radicum seminali ideatione habetur; majorem sequentes paginæ lucidabunt.

XXXVIII. In specificatione radicum, species vegetantis qualiscumque extiterit, & sui fluidi nutrientis ideatio, modulatio, & consequentia omnia: Hinc distincti sapores, diversæ figuræ, varii motus in omnibus, singulisque herbis, plantis, fructibus, seminibus specificè distinctis; ut in una specificatione non reperiatur alterius figuratio, idem sapor, similis motus, licet eodem in vase fictili positæ implantatæ, affixæ, proximæ; absintium, cicoreum, lactuca, basilicon, & cæteræ herbulæ. Sugunt commune ex sinu terreo fluidis irrorato, propriam alimoniam; sed quodlibet vegetans suam magis assimilabilem, ultimandam successivè à radicibus primo, & sequentibus organici plantiferi, aut herbacei: correspondent frondes, flores, fructus, & omne id structioni naturale, ac congruum, usque ad minimam delineationem crispationis frondium, vel structuram seminalem, fructiferam, colorem, reliqua annectenda; ut certa moles cujuscumque, solùm parumpèr distans, causa locationis, aut regionis, vel fœcunditate, terreæ sinuositatis, aliorumque coadjuvantium; sed cæteris paribus, eandem modulationem suæ propriæ trinæ dimensionis, tam in structura internarum partium, quàm externarum apparentium.

XXXIX. Omnigeneris motus incrementi, & hujus defectu, decrementum sequens; considerandus venit in aliquibus plantis, & herbis

bis semper virescentibus; retinendo Autumnales frondes, licet Veris tempore, semper novas habeant germinationes; attamen eas non relinquunt Hyemnali tempore, & annitemporis avaritia, ac austeritate, ut universaliter sunt plantæ reliquæ: In herbis non tanta dissona ratio, & causa, cum sint tenella, parva, propinqua corpora composita, pauco fluido satiantur, restaurantur, crescunt, & homogenea sint annitempori hyberno; agnoscendo similitudinem structuræ, & figurationis perficiendæ à fluidis modulatis ex annitemporis itinere, ut in brassicis, apinis, crispis, pompeanis, protomis, diversarum specierum, scilicet albis dictis, puteolensibus, nigris, &c. Solarem irradiationem debilem, ac brevem, ob earum structuram requirunt; ut Veris cursu arescant, seminent ultimò. Laurus, pinus, oliva, palma, sabina, rosmarinus, myrtus, cypressus, multæque aliæ, nunquam frondibus spoliantur, & nonnullæ celerissimè frondes evacuant, aliquæ tardè, nec annitemporis molestia Hyemali, rigida nivosa offenduntur, aut caniculari torrida: & hoc ratione saporum stypticorum, figurarum strictissimarum, salium copia, & continua alimonia gummosa conservantur; morosam nimis, ac tardissimam fructuum maturationem admittunt, causa nimiæ austeritatis, figurationis complicatæ, & nodosæ, motuum elasticorum tardissimorum, ac arctissimæ modulationis structæ: omnia durationis moram servantia, usque ad novam annitemporis alimoniæ suctionem, copiosamque annonam, Laxitas, dulcedo, rosciditas saporifera, figurarum rectitudo, ac fragilitas; maturationis celeritatem in singulis, ac vestigia temporis brevioris signant.

XL. Notanda in herbis, plantiferisque omnibus textura varia nutrientium, fluidorum à sensitivis; in his anastomosea alligatio inter arteriosa vasa deferentia universale nutrimentum, & in venosum genus ducentia omne illud, aut superfluum, à nutritione facta, aut non dum completè ideatum impressione sufficienti roscida; nec in propriis emunctoriis depuratum, cribatum; ut unico gyremate reddi possit aptum, capax, modulatum, & omni ex parte saporiferum, figuratum, ideatum nutritionibus; & ita de aliis succis nutritivis egressum, & ingressum circularem ad propria vasa, sedem, fontem, præcipuumque viscus, tali operi conficiendo structum, organizatum, figuratum, ac crasizatum in ordine suo, naturalique ritmo: qualis ingressus, regressusque ad principaliora viscera, & præcipuè ad primum cordiale, susceptione semper nova, perenni, elastica, balsamica aerea habita, & celebrata inspirationis continuæ successivæ opere, & organis pulmonalibus, musculis, omnibusque huic necessariæ vitali actioni necessariis, ac annexis; dicitur Circularis motus,

gyrema, fluidorum circulatio in viventibus: qua perfectè peracta, ac permanente, vivens organicè vitam ducere dicitur. In vegetantibus singulis, licet connexio inter vasa deferentia succos nutrientes, sit aliqualis; non tamen regreditur ad radices id, quod ab ipsis subministratum fuit ramis, trunco, frondibus, cæterisque nutritis. Sugitur à planta, omnibusque ejus partibus tantum, quanto indigent omnes, singulæque, & id, quod forsan superfluum est, in novas ramificationes, molem, fructus, flores, frondes, medullam, cortices, osseamque structuram ducunt; unde nova germinatio, auctio, firmitas, magnitudo, & augumentum vegetantium. Est motus accretionis, nutritionis, restaurationis, directus impulsivus à radicibus; suctivus à partibus, & tota herba, aut planta; nec quod ducitur, atque tribuitur cuique parti nutritæ, & nutriendæ, regreditur ad primum fontem, ac ventricularem texturam radicum. Affixio continua sinui terreo, aufert circuitum perfectum; quia sugitur successivè continuò totum id, restaurationi necessarium, ac conservationi opportunum; & si copiosum, irrumpit in novam productionem.

XLI. Et omnes plantæ, & vegetantium genus subjacent, non solum mutationibus annitemporis; ut modo virescant, florescant, fructificent, foliis fructibus suo tempore induantur, & spolientur; sed etiam omnibus aliis contingentibus, aut ex solis irradiatione perficiente, vel depravante, ac aeris elasticitate roscidiori, debiliori, balsamica majori, minori torrida, cœnosa, ac innumeris læsionibus mota, modulata, ideata. Sensitiva usu ciborum, naturalique assumptione; continuo restaurantur, nutriuntur, conservantur: & quia non semper, continuo, omnibusque horis, potest sensitivum vivens alimenta sumere, causa terminatæ chylificationis statutæ, & debito tempore perficiendæ, sic & singularum fermentationum vitæ conservationi dicatarum, & motu vitalizationis modulandarum, ac ideandarum à propriis structis organis, & visceribus; ideo ordo rerum rectissimus, & à Summo Increato Primo Motore, structus conservatus, continua perenni immensitate servatus, ut natura rerum dicatur; fecit ut Ærarium nutritionis servaretur in sensitivis, causa continuæ nutritionis restaurativæ; quale Ærarii opus nutritivum construitur ab omnibus fluidis nutrientibus, motu circulationis servatis, depuratis, ac cuique parti continuo delatis; ut nutritionis opus non deficiat, vita conservetur, vivens non peccet. Copia talium fluidorum nutrientium major, minor, mediocris, proportionem servat cum mole corporis nutriendi organici viventis; sic vasa continentia, deferentia; organa conficientia, moventia, fermentantia, & fluidorum

dorum structuram struentia: Ciborum, alimoniæ, omniumque nutrientium genus, vel ratione copiæ, inopiæ, temporis mora, omnibusque intrinsecè, vel extrinsecè evenientibus, possunt, & de facto salubritate, vel molestiis, morbisque afficiunt corpora ipsa viventia, iis utendo necessitate nutritionis, ac restaurationis: dicitur imperfectus circuitus, ac modo suo vegetativo non rigorosè dicitur refluxus fluidorum vegetantium, & dum tali utimur voce, ac vocabulo in nutritione plantarum, non alium intelligimus motum, nisi præsentem modo notatum, ac explanatum, ne cavillationibus ullus concedatur, aut præbeatur locus, ac momis occasio.

XLII. Tributas specificas impressiones seminibus, & plantæ, herbæque cuilibet indagando; reperimus à radicum structura universali ideatione, ac modulationibus prægnante, abscondi, contineri, & totum id germinationis tempore patefieri, quod ex motu suscitante, & extricante salium contentorum, ac spirituum fervescentiam, horum fusione, ac irroratione sensibili, vel insensibili suscepta; & motu accretionis, radices absconditas in semine rudes augeri, perfici, & sinui terreo adhærendo, suctione fluidi associabilis successivè, continuò, illas validiores, fortiores, capacesque, omnisque substentationis restaurativæ, auctivæ, & nutritivæ roscidæ, ad totius plantæ, & herbæ structuram, & validitatem fieri, modulari, construi, produci; ut motum perfectum suctionis agere possint. Fit specificatio plantæ, & vegetantis qualiscumque primo germinatio, sequens nutritio auctiva, & ultimata perfecta organizatio actualis, & existens, quæ clam erat in semine reclusa: sic debito requisito tempore ad totalem perfectionem redacta, similes sapores, figuras, & motum dabit semini ab ipsa producendo, & univocatione specifica ideata; similes sapores acidos, austeros, amaros, stypticos, dulces, vappidos, salinos, & innumeros, ut vegetantium multiplicata, distincta, diversa fuerit specificatio.

XLIII. Radicibus concessa prima fluidorum nutrientium plantiferorum, ac vegetantium fermentatione, quam modo suo chylificationem nominamus, analogia quadam, similitudinem, ac modulationem sensitivam æmulante, & uti cruda vestigia, sed omnia exprimente in chylosa massa sensitivorum, singularumque imperfectas futuras perficiendas ideas, ac fermentationes nutritionis sequentis, & alimentorum duritiem, ac soliditatem in fluidum traducere aptum nutritionibus successivis, & recipiendo à tali organo chylificante omnes ideales impressiones conservandas in reliquis fermentationibus, ut primæ læsio, & vitium minimè moduletur, & corrigatur à secundis; pariter quoque specifica seminalis, & individualis idea ad unguem

obſervatur, imprimitur, traducitur toti plantæ, herbæque, ejusque frondibus, floribus, fructibus ſuo terminato tempore pubertatis, ſivè fructificationis ſeminalis, uti ſpecies plantifera, herbaceaque erit, ut numero trigeſimotertio antecedenti ſatis explanatum fuit. Sicuti fluida in ſenſitivis generantibus ſucceſſivo gyremate petendo ſingulas corporis partes, ideantur ab illis, ut etiam occaſionales impreſſiones cicatricum, morboſas, depravatas, mancas, & quomodocumque gravitèr modulatas transferant in proprium fœcundum ſemen, & ſeminalis ideatio, uti fluens ab omnibus fluidis ideatis à qualibet parte viventis, & fluida nutriente roſcida, nervea, ſpiritoſa, & cæteris moduletur, & ſtruatur in eſſe ſpecifico à vivente, & partibus omnibus viventis fœcundantis, ſicuti omne fluidum nutriens; nam chylus equinus non eſt ſimilis ſpecificè chylo leonino, canino, & cæteris; nec ſanguis unius ſenſitivi, v.g. Bovis aſſimilatur caprino, ovillo, nec aliis ſpecie diverſis, & ita de omnibus, ſingulisque fluidis. In plantarum, herbarumque radicibus omnes partes principaliores plantam componentes reperiuntur, ſcilicet medullares, oſſeæ, muſculoſæ, fibroſæ, cartilaginoſæ, vaſa præparantia, licet non ultimo perficientia, quam ultimationem recipiunt à particularibus, ſingulisque ventriculis plantiferis, ultimum opus perficientibus, ut initio plantifera oſtendit, & parum infrà dicenda; ideoque in radicibus æmulando partes totius plantæ, ſuſcipitur in fluidis, & à fluidis nutrientibus ideatio ſeminalis.

XLIV. Inſuper ſeminalem ideam conſervari, & abſcondi in ſemine perfecto reciſo à planta, & herba, ſat probatum in ſuperioribus; immò in ſeminibus conſervari totam rudem herbam, vel plantam videmus, ut ſolutis ſalibus, & extricato motu in omnibus ſeminibus partim à fluido irrorante, & à patre ſolari excitante, iterum vireſcere poſſint in ſinu matris propriæ, novamque enaſci plantam cum iiſdem figuris, ſaporibus, motibuſque univocis: Triticum, faba, ciceres, caſtanea, cucurbita, omniumque frumentaceorum genus, & æmulando nutritivum motum auctivum volatilium ovorum fœcundatorum incubatione matris, vel alterius moventis incubationem exercentis: obſervatur quod ſicut ſubſtituitur vitellum pro ſucceſſiva peragenda auctione, formatione, ac ultimata ſtructura perfecta volatilis generandi viventis, veluti in proprio ventriculo conſervante alimoniam requiſitam, & ſufficientem pro futura ſtruenda compoſitione avis, lucertulæ, teſtudinis, ſerpentum, ſingulorumque ex ovo naſcentium externè incubandorum, ac excludendorum. Omne ſemen paritèr vegetantium retinet alligatam alimoniam proprio funiculo, & in apice radium alimentum ſufficiens,

& op-

& opportunum quantum unitum in propria capſula, & ſecundis; quanto indiget planta; vel herba ſugendo à propriis radiculis ex terræ ſinu chylificatum opus. Semina plantarum, herbarumque, ſunt veluti ovula reciſa à propriis ſpecificis generantibus; & ſicuti in ovis fœcundatis reperiuntur fluida fœcundata à puncto ſaliente apta, capacia formationi viventis, vitellum pro ſucceſſiva nutritione, pelliculæ, ſivè ſecundæ agninæ, & chorion; paritèr in ſeminibus vegetantium parva ova repræſentantibus rudis herbæ punctum ſalientem; nutrimentum quantum radiculis alligatum, veluti funiculo ducente in ſenſitivis alimoniam ex utero matris in fœtum proprium, & omnes cortices, ſeu indumenta teneriora, & duriora, ut in utraque ſpecificatione ſunt. Succus nutritivus in fœtu ſenſitivorum intrà uterum amnio contentus, ſaltem majoribus menſibus, ut ore ſugat proprium alimentum; In oviperis ſingulis fœcundatis, & extrà excludendis in propriis ovis, idea ſeminalis in ſemine maſculeo fluidis fœmineis alligata, vitellum pro alimento, putamina loco ſecundarum. In vegetativis plantula rudis, nutrimentum funiculo affixum, cortices pro ſecundis, id totum æmulantibus, terræ incubatione excludendum: Serpentum, teſtudinum, ſimiliumque generatio oſtendit.

XLV. Beneficio radicum, idearum ſpecificationem principalitèr fieri, quotidianum infallibile documentum oſtendit, inſitione corticis oculatæ, ſivè gemmatæ, propè ſolſtitium æſtivum, alicujus ſupra aliquam plantam vel ſylveſtrem, aut imperfectioris ordinis, ac alterius ſpeciei: ſic tempore Veris, ac Februarii, Martii, Aprelis, Inſitores inſitant lazarolas, ceraſa, prunos, amicdalas, piros, mala, vites, &c. Hyppomelem, ſive trigonum, vulgo lazarola, diebus primis Februarii, cauſa germinationis celeris: quæ inſitiones fiunt ab Inſitoribus inſerendo oculatas virgulas plantæ nobilioris in fixuris ſubjacentis plantæ, ut artis modulatio requirit, ſcilicet ſtrictis, ligatis, ac terra indutis plantis inſitis domeſticis in ſylveſtres, tempore, & arte neceſſariò congruentibus, tam inſitione corticis æſtiva tempeſtate, quàm verno annitempore, Virgularum opportuna appoſitione; ſit utriuſque annexio, unio, & hoc in omnibus plantis capacibus inſitione, & pluribus ramis ejuſdem plantæ aptis inſitioni, ut plures ſpecies fructuum inferere poſſumus ſupra eandem plantam, ſervata ſpecificatione aliqualis modulationis, ſcilicet pirorum ſupra piros, vitium in vites, malorum in malos, vel piros, amicdalarum cum prunis, trigoni cum calabrice, & etiam ſociabilitas figurarum, & conſimilium ſaporum; qua figurationis, & ſaporum proxima ſociabilitate habita inter diverſas genericas plantas, datur ſucceſſiva,

I 2 & ſit

& fit annexio, modulatione infitoria, uti funt prunorum cum amicdalis, pyrorum cum malis, trigoni cum calabrice; & multæ aliæ plantarum fpecies, unitis, annexis cuticulis, medullis parumper utriufque plantæ, crefcunt, augentur; infitiones fuperappofitæ, attingunt tempus fructificationis, producendo fructus fimiles, & figuratos fuperappofitæ plantæ infitæ, v.g. pyrum cruftuminum, regium, amerinum, fuperbum, liberale, &c. & fimilitèr uvas duracinas, rotmas corinthyacas, apianas: palmes, gemmæ, furculi, capreoli, pampani, articuli omnes funt figurationis, coloris, faporis, infitionis appofitæ novæ plantæ.

XLVI. Utique femina producta affimilari deberent ineorum germinatione fructibus fpecificatis ab infitione appofita, à cujus ramificatione fuerunt germinata, aucta, nutrita, conftructa, v.g. Pirus regius fuis radicibus affixus terreo finui, fi infitione vel oculata, feù gemmata, vel virgulata moduletur in pyrum liberalem; licet fructus producantur liberales infitione appofiti, & in figura, fapore, & frondibus ideentur ab infita fpecie; attamen femina intrà pyra contenta dum germinant, non producunt plantam liberalis piri, fed regii, & femen affimilatur plantæ principali, cujus radices terreftri corpori affiguntur: fructificant fpeciem infitionis, fed non femina, licet contenta intra fructus fpecificatos infitionis, ut quotidiè experimur in agritudinibus, tantifque limonum fpeciebus, feù malis maffilicis, ut una planta infitionibus multis, innumeras fpecies diffimiles, ac fructus producat malum citriam acidam, dulcem, & tantarum diverfitatum, quot nunc innumeræ obfervantur; femina omnium, fingulorumque fructuum, fi terreo finui fata fuerint, femper producent plantam fimilem, & fpecificatam, univocam plantæ originali, principalique terreftri corpori affixæ, radicibufque fpecificationem feminibus tribuenti.

XLVII. Talem fpecificationem non fervat femen in genere infitionis tantum unico, fed quod magis pulchrum, & notabile eft, talem repræfentationem idealem fpecificam accidere in diverfis generibus plantiferis, non prunorum cum prunis, perficorum cum perficis, vitis cum vite, fed diverfo genere, v.g. inferendo amicdalas fupra prunos, hyppomelem in calabricem, pyros fupra malos, limones, citrias malos, dulces, acidas, omnefque fpecies malorum maffilicarum fupra malum affiriam, feù medicam: femina horum fructuum infitorum, licet diftinctarum fpecierum, & generis in germinatione non producunt amicdalas infitas, non hyppomelem, non citrias dulces, acidas; fed prunos, calabricem, malum affiriam, non pyros, fed malos; & hoc repræfentatione faporum, figurarum, & mo-

& motuum, licet insitio facta longissimo tempore antiquata sit: Insitione apposita producuntur ramificationes illi similes, flores, fructus, frondes, sapores, figuræ supra alienam specificatam plantam, & suctione fluidorum nutrientium ex planta principali, cui adhæret insitio, & ea modulare, atque mutare in suam specificationem fructiferam, & ramificam, licet destinata nutritioni plantæ principalis, & hoc veluti in proprio distincto ventriculo novitèr structo in qualibet parte, & ramo plantæ subjacentis ab insitione; & quot fuerint, eruntque insitiones vel similes specificatione, vel diversæ, ùt multæ species pirorum in eadem planta, tot semper reperiuntur sedes ventriculorum modulantium fluida universalitèr sucta à supposita planta, eaque ideando, modulando in proprios fructus insitioni univocos, & similes. Valet insitio producere sibi similes ramos, palmes, surculos, pampinos, & articulos, fructus, sed nunquam semina immutare specificæ subjacentis plantæ radicibus terreo sinui affixæ. Validissimum argumentum probans, potiusque demonstrans, specificationem seminalem, atque ideam specificam in seminibus plantiferis, herbaceis, & vegetantium, construi, perfici, fieri, traduci, ac modulari à radicibus terræ annexis.

XLVIII. At radices gerentes vicem ventriculi ordine plantifero, suctione fluidorum nutrientium, licet in figura, motu, & sapore ea fluida transmissa fuerint ramis insitis, & sub specie, & in specificatione insitionis factæ mutentur, sed mutationem suscipiunt particularem in ventriculo insitionis, qua in parte nodulus quidam semper observatur causa figurationis non omnimodè univocæ, & ejusdem structuræ; immo in multis contingit inferiorem plantam graciliorem esse, ac diminutæ molis, insitam vero amplioris, robustioris, ac majoris molis, ut in hyppomele evenit: insitio magis accrescit, & augetur ab insitione, & infrà insitionem, calabricis inferior principalis planta angustior, & diminutæ auctionis, ac molis: sunt non paucæ malorum species, castanearum præcipuè multissimæ, quæ infià insitionem sunt subtilioris molis, & supra valdè excedentis, & contineant, atque pareant in loco insitionis nodositatem quandam, tam magnam, rotundam, ac undique circularem, ut visu quidpiam mirabile sit; cognoscitur ex hac nodosa hernia plantifera, insitio facta, & quod planta insita sit porosior, & laxioris figuræ, structuræ; inferior strictioris, ac complicatæ; ideoque in ventriculo insitionis, veluti in emunctorio moratur id, quod permutabile non est, ac associabile superiori ramificationi alterius speciei insitionis, nam illa nodositas est ideata, & modulata in figura, sapore, & motu germinationis, ac fructificationis, quin etiam seminationis

minationis specificæ, ut erit specificatio plantæ principalis terreæ moli affixæ, aliquando etiam observatur in aliis plantis, insitionem esse strictioris, diminutæ, ac parvæ molis, plantam inferiorem majoris, capacioris, ac robustioris texturæ, & validitatis: iisdem ante patefactis rationibus, & causis figurationis, & modulationis.

XLIX. Sed his omnibus ab ordine rerum naturali ità productis, modulatis, ac germinatis; sed intrinsecè non mutatur idea seminalis specifica in ipsis fluidis nutrientibus ramos, frondes, fructusque insitione productos, retinendo intrinsecas figuras seminales, motus, & sapores ideatos à radicum structura terræ annexa, eamque perfectam impressionis ideam specificam communicando seminibus omnibus genitis etiam intrà capsulam fructuum, ut in ficubus, uvis, hyppomelibus, castaneis, malis, pyris, amicdalis, cæterisque, ut illa semina feta producant plantam, herbamque similem naturali silvestri principali subjacenti, in qua insitio facta fuit. Causa præcisa fuit patefacta, anatomica textura radicum explanata numero præcedenti 34. Radices continent omnes partes principaliores plantiferas, herbaceas medullares, osseas, corticales, musculosas, fibrosas, deferentes, & præparantes necessarias, & aptas productioni, ac modulationi figurarum, saporum, ac motuum specificantium ideas seminales.

L. Dubitandi occasionem excludit nobile, ingeniosum experimentum novi plantiferum, scilicet fiat decorticatio supra insitionem tempore Veris artificiosa, diligenti arte exhibita, & pellicula alligata loco decorticationis, ne fluida nutrientia transferantur ramis insitis; ibique terra apposita in vase fictili, vel alio congruo: & quia tunc temporis fluida sunt lascivientia, ac copiosa, quia tempus germinationis vernum, fiunt in parte decorticata, & gignuntur radices ope, & fotu terreæ molis appositæ artificiosè, & continua aqua irroratæ radicibus perfectè constructis, tempore opportuno autumnali reciditur nova plantula cum suis novis radicibus, & separatur à principali, cui adhærebat, & cum suis adnatis radicationibus ope artis, & consitores conferendo plantulam recentem structam sinuique terreo committendo, videmus fructus productos subsequenti tempore à novula plantula, & omnia semina feta producent plantam similem sibi, & non ampliùs illam naturalem, cui adhærebant tempore præcedenti, ut in vitibus, ficubus, omnibusque speciebus limonum, malorum massilicarum, agritudinum, pyrorum, castanearum, sorborumque, ac singularum plantarum id ipsum artificiosè patientium.

LI. Experimenti causa, & ratio, quia novæ enatæ radices sunt stru-

ſtructæ, & ideatæ ex medullis, corticibus, fibris, omnibuſque partibus plantulæ inſitione enatis, auctis, ac conſtructis, ipſamque plantulam recentem modulantibus, figuras, ſaporeſque continentibus, & tali arte à planta principali ſeparatis, nullumque fluidum nutritivum ducentibus ex priori ſylveſtri emanatum, ideoque totalem ſpecificationem traducunt non ſolum frondibus, floribus, fructibus, ramificationibus, ſed quod majoris efficaciæ eſt, etiam ſeminibus, uti dependentibus nutritionis cauſa à fluidis chylificatis, ideatiſque à propriis radicibus; & quod priùs, dum annexio erat inter plantam ſylveſtrem, & inſitam, ſylveſtre ideatum communicabatur, ac tribuebatur à radicibus plantæ ſubjacentis, tunc non tribuitur, nec ſugeritur, niſi à radicibus inſitione ſub altera diſtincta ſpecie ideatum, modulatum, figuratum, ſaporiferum; quantum dicere valet, ſunt geniti proprii ventriculi ideantes, chylificantes fluida propriæ ſpeciei, & non ſylveſtris; retinentes in radicibus ventriculum, æmulantibus omnes partes principaliores, quamvis recentèr enatas, ac ſtructas artificiosè, quas retinet plantula recens, ſcilicet medullares, oſſeas, muſculoſas, fibroſas, & omnium radicum ideationes univerſales, & ſeminales in ſemina ducendas.

LII. Magis id pſum demonſtratur reciſione ramorum inſitorum, ſi tempore Veris terræ transferantur, proprias gignunt radices, & ſucceſſivè fructus, ſemina, omniaque ſpecificata, nec alienas ſapiunt figuras, ſapores, motus, ſemen; at ſocius ramus principali plantæ annexus fructificat ſimiles fructus, ſed non ſemina, niſi univoca ſylveſtri ſuppoſitæ plantæ: argumentum ſat evidens, ideas ſeminales tribui, impartiri ope radicum deferentium fluida nutrientia ideata, ac fœcundata ſtructura, & fermentatione chylifera ſapiente univerſalem impreſſionem totius plantæ, cumque in ipſis ſint partes omnes principaliores plantiferæ, undè reciſum ſemen plantiferum radicum impreſſione eſt æquale reciſioni totius. Nec annoſa, & inſita mille annis, ut in caſtaneis, malis, pyris, &c. fert opus, vim, ac efficaciam mutandi figuras, ac ſpecificationem plantæ principalis inſitione à ſylveſtri terræ affixæ in inſitam, licet inſitio ſit propè radices facta; videmus antiquiſſimas plantas inſitas propè radices, at ipſarum ſemina ſemper ſylveſtria naſcuntur, & non ſimilia inſitioni antiquatæ, quamvis tota plantæ textura domeſtica ſit, & inſitione aucta, exceptis tantummodo radicibus ſylveſtribus exiſtentibus, & ſpecificationis plantiferæ ſuppoſitæ, ac ſylveſtri terreo ſinui annexæ. Mirum obſervabile, eaſdem ramificationes dum plantæ principali unitæ, & una vitalizatione nutriebantur, producebant ſemina omnia ſylveſtria univoca radicibus plantiferis; reciſæ, & ſubſetæ, ope novarum pro-

priarum

priarum radicum ſtructarum eadem ſpecificatione inſitionis; fructificant, ſeminaque gignunt univocas figuras, ſimileſque ſapores, omniaque ſimilia inſitioni ſpecificæ. Radicibus vegetantium tributa ſeminum fœcundatio, & opus chyliferum, fluidaque nutrientia ideare, modulare, conficere.

LIII. Quilibet ramus reciſus à planta, & radices novas germinando in ſinu terreſtri matre propria atque utero, ſugit radicibus enatis, de novo productis fluida conſona, & radices recentèr ſtructas, ac ideatas modulat ex propriis partibus ſtruentibus ramum, ſurculum, ſtolum; tali ordine, & modulatione, ut omnes novæ naſcentes radices ſint partus, germen ipſius rami, omniumque ejus, ſingularum componentium partium, ſcilicet cuticularis, muſculoſæ, fibroſæ, oſſeæ, medullaris, deferentium, ac præparantium: qua figuratione, textura, modulatione formatæ; id omne, & fluidum nutriens à terra ſuctum ideant, modulant, fermentant univoca impreſſione ſpecifica, fructifera, & ſeminali; omni aliena ſylveſtri ideatione omiſſa.

LIV. Neglecta, depravata, læſa radicum ſtructura, vel depauperatione alimoniæ, verminatione, inciſione, aliiſque moleſtiis, & præcisè tempore perficiendi ſemina; ſtatim ſeminum productio vappeſcit, infœcunda, nullius, aut parvi momenti fit; ſi verò aliquis ramus, ſurculus, vel particularis plantifera pars afficiatur, tunc non ſeminum omnium generatio in planta tabeſcit, vappeſcit, ſed ſemina illa ramo læſo affixa deturpantur, vappeſcunt, debilia redduntur, non ratione ideationis ſeminalis dependentis ex radicibus, dum ramus læditur; ſed cauſa alimoniæ ramificæ depravatæ in ramo, undè affecto ramo, hoc ſolum deficit, ſcilicet ſeminis imbecillitas; at radicum vitium grave, parit non tantum vappeſcentiam, ſed infœcunditatem, ſeminiſque inſufficientiam germinationis, auctionis, propagationiſque ſucceſſivitatem; ut radicum vitia ſint univerſalia, & removentia fœcunditatem ſeminalem; plantifera verò particularia deferendo imbecillitatem, ac quandam ſeneſcentiam, ſed minimè ducunt infœcunditatem, ſeminiſque motum excitantem germinationis.

LV. Sic radicibus robuſtis, vegetis exiſtentibus, quamvis plantæ partes recidantur, uti ramificationes vel omnes, aut particularitèr, earum efficaci validitate, & ſpecificatione ideante fluida nutrientia, germinationem habemus totius plantæ, aut ſtolorum, germinum ſimilium, tam ratione molis reciſæ plantiferæ, quàm ſpecificationis; quod nullimodè accidere poſſet; niſi ſeminalis, & ſpecifica ideatio contineretur in ſtructura radicum conficientium omne id opportunum,

portunum; ac necessarium ad renovandas renascentes germinationes, tam similes, & univocas in figuratione, quàm saporibus, ac motui: id totum minutim observatur, & quotidiè.

LVI. In Herbaceo genere: reciduntur stoli, surculi, frondes congruo tempore, & consono modo, & illos renasci similes, & nova germinatione herbacea crescunt, augentur perficiuntur usque ad perfectam seminum productionem, ac decisionem; & ea validitate, celeritate, & illo robore dependente, & graduato ex ipsarum radicum modulatione, vegetatione, & robore.

LVII. Tali seminali ideatione afficiuntur semina perfecta vegetantium si contusa, & rore majali impregnata, sivè aereo, elastico, roscido balsamo in vase congruo opportuno, aptoque ad eminentiam trium, vel plurium digitorum, illoque arctissimè clauso, radiisque solaribus, seu patri moventi, veris diebus: pauca temporis intercapedine supernatat, apparetque in superficie roris intùs semina contusa continentis, figuratio herbæ, delineatio rudis specifica, & cui similia, univoca semina sunt; ipsiusque delineamenta frondium, totiusque vegetantis, licet imperfectá, ac rudissima supra mayalem rorem figurata; ideata. In seminibus ergo idea, figura, delineatio, modulatio vegetantis herbæ sunt, ut quid absconditum, sed impressum, retentum specificum: futuræ propagationi fœtus in lucem ducendus, dum suo roscido nutrienti balsamico, omni ex parte, perfecto unitur, eoque nutritur, irroratur, movetur, ac extricando figuras, & sapores fermentativos irradiatione sui consoni agentis; roreque mayali, veluti apto capaci nutrimento formationis, modulationis, ac germinationis motum suscipiendo; quod absconditum, restrictum, ideatumque seminale opus gerere aptum, structumque erat, in lucem edit.

LVIII. Roscidum aereum elasticum, balsamicum, & non simplex aqueum fluidum, semina contusa in vase clauso, radiisque solaribus exposita tempore veris, potest ideare, fermentare, coadjuvare impressionem, ac motum seminum contusorum, eorumque delineationem in summitate roris diluentis, ac fermentantis, figurationem univocam vegetativi repræsentare; nam in rore mayali præcipuè reperiuntur vires elasticitatis, ac vibrationis moventis, imprimentis, nutrientisque roscidi. Simplex alimentum, v.g. panis, caro, edulium quodcumque nec movetur, nec nutrit, nisi chylifero opere in fluiditatem nutritivam, tam chyliferam, quàm sanguineam, nerveam, osseam, lymphaticam, universalemque ducatur; qua enim suscepta fermentatione successiva, & modulatione, recipit motum, rosciditatem; vibrationis actum ex viscere vitali principaliori, reli-

quisque necessariis annexis tam fluidis, quàm organicis partibus: Aereum mayale roscidum, balsamicum corpus modulatur, ideatur, imprimiturque motrice insita vi aerea, tam à solaribus irradiationibus, quàm omnibus motricibus ideationibus aereis, vibrantibus, elasticis; quibus fluidum roscidum in aere repertum veluti à vitali organo, sivè vitalibus agentibus ideationis nutritivæ motum recipit, proximumque fit nutritionibus; tam vegetantium, quàm inspiratione, ac nutritione roscida elastica indigentibus; hinc unitum, adjunctum seminibus vegetantium, fermentationis motum præbet, & aliqualem ideationis figuram inducit similem seminibus contusis vegetativis; verno tempore præcipuè, causa irradiationis, magis tunc consonæ, & incubatione solari movente; & extricante figuras, motus, saporesque ibidem contentos, reclusos, ac excitatos ordine fermentationis.

LIX. Attendimus ideationem roscidi soris majorem, lucidiorem, spirituosam, balsamicam ex ejus incolumitate, serenitate, tranquillo statu, illuminationis graduatione, terrestrisque locationis exhalantis, vel purum, serenum, salubre, aut oppositum cœnosum, molestum, aliisque vitiis affectum, quibus rosciditas mayalis depuratior, vegetior, præstantior erit, uti ciborum ordo, fermentatio, modulatio, ideatio occurrit, atque agitur in fermentationibus nutritivis sensitivorum; unde vegetiora, obtusiora inspiratione fiunt, tam causa roscidi aerei inspirati salini, nitrosi, cæterisque innumeris ideationibus modulati, quam eduliorum, regionumque distinctione, ut pluriès demonstratum; reddendo sagaces, depuratas actiones, bellicas, serias, morosas, ingeniosas, obtusas: Habent vim cooperantem in singulis his omnia elastica, & nutrientia, concessa prima ideali specifica univocatione parentibus generantibus. Occasionales causæ diversæ, etiàm diversimodè ideant licet ordine subsequenti corpora iis utentibus, non solùm accretionis motu, ac nutritionis, qui nequit ullimodè fieri, nisi in, & cum aere, sed omnibus ipsum ideantibus. Vegetantia, Insecta, & qualiacumque inspiratione indigentia, eadem ideatione afficiuntur.

LX. Nos certiores fecit salium extractio à plantis, herbisque, tam causa saporum, figurarum, & motuum, quàm aeris elasticitate, rosciditate, &c. Ex herbis viridibus combustis, ac in cineres redactis, eruitur copiosior salis copia, quam ex siccis, ratione saporum in fluidis abundantiorum, ac figurarum structura, in viridibus multiplicium; in exiccatis depauperatorum, ac etiam aeris rosciditate majori in virescentibus, causa nutritionis plantiferæ actu existentis in virescentibus herbis: unde copiosiores succi saporiferi, & subsequentes

quentes

quentes etiam figuræ ipsis unitæ, & rosciditate prægnantes. Salia elicita cristallizatione, lotione, ex cineribus habita, repræsentant insensibili modulatione peculiarem figuram in vase extractionis, in quo ultimatam suscipiunt præparationem, licet subtilissimam, cubicam, ottoedricam, pyramidalem, esagonam, cuspidalem, uncinosam, &c., reddendo gustui sapores univocos succis expressis, ac distinctam agendi efficaciam, motumque, & perfectiori ordine, uti erat idea, vis, & modulationis crasis herbæ, cujus sal extractum est: Ita pariter in spirituum electione ex fructibus, plantis, herbisque ope destillationis; macerationes, &c. sapores, figuræ, motus, ut præparationis, modulationisque distinctio fuerit; pari, & univoca impressione ideationes fluidorum, ac vegetantium erunt. Succorum expressio, tam uvarum, cerasorum, aliorumque fermentabilium, debito, opportunoque loco, ac tempore reactione saporum, refractione figurarum, parit motum fermentativum, violentia quadam affectum; quo restaurare, reficere, ac perficere cogit, ac dissolvere partium figuras diversas, sapores distinctos insociabiles, unde oritur separatio prædictorum, scilicet impetum facientium à morosis, ponderosis, ac misti perfectio, vel corruptio; distinctione motuum perficientium, aut destruentium. Musti effervescentia, vappescentia; Pendulum vinum, mucidumque, sat plenè demonstrant.

LXI. Salium copia, spirituum, saporumque modulatio activior in herbis, plantisque, servata semper propria specificatione; occasionalitèr ex locorum, regionum, cœli statu, aerisque modulatione, atque intrusione alienorum, perfici potest; scilicet balsamo roscido acuente, prægnante, ac divite illis occasionalitèr introductis, ac successivè ideatis irradiatione solari; suctionis causa, opere radicum: cibus qualis apponitur, talis aliquantulum ideatur chylus. Ideationes occasionales, etiam individuales eveniunt in eadem specificatione, distinctione Regionum, Aeris elasticitate, reliquisque subsequentibus modulationibus, semper eadem invariata specie.

LXII. Sic fructuum maturatio fit, non tantùm ab agente movente solari, elastico; sed figurarum explanatione in fluidis nutrientibus fructus, motu fermentativo perficiente, separando in fructibus acerbis, dum maturescunt, utile ab inutile, & introducendo successivam fermentationem insensibilem in succis ipsis à radicibus fugentibus, ac deferendo successivo motu perfectivo succos saporiferos magis depuratos; non dissimili ordine chylifero, in quo successivis circuitibus, ac novis fermentationibus, rosciditas depuratior, vivacior, associabilior introducitur, apta, capax recipiendi perfectam ideationem nutritionis. Figuræ strictæ acerbitate saporum, dissolvuntur:

tur: sapores insuaves ex non depuratis fluidis, separatione fermentativa perficiuntur, remoto inutile ab utilibus, quibus motus accretionis, ac maturationis fiunt: Fructus nunquam perfectè maturescunt, ni debitam molem naturalem adipiscantur; quod fieri nequit, si figuræ, sapores, depurationes fluidorum nutrientium intrinsecorum intricatæ, fermentationibus filtrantibus careant, nec opus nutritionis perfectum operentur. Maturatio fructuum, seminum ultimata modulatio, ideatio, perfectio, ac analogica ovularis exclusio.

LXIII. At celerior, tardior fructuum maturatio, non solum oritur ex propria specificatione, ut sorborum, cydoniorum, mespillorum, similiumque; sicuti cerasorum, amicdalarum, nonnullorum prunorum, ficus, præcox, & ficus Cavensis bifera principio mensis Martii, & Aprilis maturascens, cum in singulis his species tribuat modulatos sapores, figuras extricatas, motumque celeriorem fermentativum; maturationis præcisa causa, suppositis semper suis agentibus moventibus; sed celeritatis, ac morositatis occasio semper petenda in succorum nutrientium austeritate, stypticitate majori, vel minori, præditorum: depuratione longa, vel breviori indigentium, ac motu fermentativo, perfectivo, moroso, aut brevi: fructus autumnales acerbioris, styptici saporis, crassæque structuræ, ut castaneæ, sorborum, mespillorum species; non ità æstivo tempore maturescentes. Qui dulcedine quadam afficiuntur, minùs austeri, laxioris figurationis, & maturationi celeriori subjacent; quamvis eodem loco, iisdem irradiationibus, ac occasionalibus annexis moveantur: in his sapores faciliùs, ac brevitèr depurantur, figuræ extricantur, motus fermentativi absolvuntur. Alimentum chylificandum austerum, acerbum, ponticum, certo motum fermentativum longum, morosumque perficiet, post multas horas a stomacho validioris texturæ conficitur; at si roscidum, tenue, friabile, minimè ponticum, celeritèr, ac minùs molestè chylificationis ideam, impræssionemque suscipiet: Fructus iidem acerbi, ut pyra, mala, cydonia, similemque acerbitatem servantes, morosè dissolvuntur, chylificantur; dum maturatione dotantur, suavi motu, ac celeri, fermentationem recipiunt.

LXIV. Patet univoca modulationis appositio: Dissolutio figurarum, celerior agitur in laxiori compage, ac minimè alligata; longa, morosa, molesta, in arctissima structura, atque nodosa. Sapores arctantur, stringuntur, & veluti nodosi fiunt in suis figuris, dum acerbi, austeri, pontici, styptici evadunt; similesque motus, modulationes, ac ideas retinent: Dant peculiare documentum

mentum rationale, fermentationes succorum, & præcipuè uvarum expressarum, dulcium, acidularum, ponticarum, vel in specie talium, vel occasione; non dissimili modo febrium durationes, invasiones, paroxysmi, scilicet quartanarum longarum, diariarum brevissimarum, synocharum, tertianarum, omniumque. Homines pancreatici morosi, torpidi; hilares sauguinei, roscidæ crasis: Ætates pueriles, puberes, juvenum, virorum, senum, in quibus diversa, & successiva temporis intercapedo parit occasionalem distinctionem operationum, causa succorum nutrientium, ætatum ideatione ideatorum, & diversimodè modulatorum tam in figuris, quàm saporibus, motibusque. Effectus distinctione, ac diversitate causarum fiunt, permanent, mutantur, non solum operando, sed structura compositionis. Caro, cutis, musculi, ossa, singulaque in sensitivis mutantur ætatum successivitate; sic in vegetativis omnibus, eorumque fructibus, saporibus, figurisque, motu simili affectis.

LXV. Omnis quælibet herba, planta arescit, senescit defectu saporum, figurarum, alimoniæ non facilè permutabilis, & consonum motum habendi restaurativum in fluidis nutritivis. Annosæ plantæ temporis progressu, strictiores, angustas, tetortas, implicatas acquirunt figuras, sapores marcidos, minimè roscidos, nec fluxiles, atque paucos succos nutritivos præparant in sinu radicum; motus morosos, & sinum terreum, cui longissimo spatio tempor s affixæ sunt, aridum, infœcundumque possident; undè nutritionis diminutio, arescentia, defœcatio, singularum partium nutriendarum vappiditas, ventriculorum particularium, & universalis flacciditas, roscidi depauperatio: Omnibusque V ventibus commune est, & senectutis tempus. Arescunt privatione necessariæ irradiationis, vel diminutæ, vel nimis auctæ, torriditatem sapientis, balsamumque roscidum, elasticum diminuendo, depravando à debita ideatione necessaria nutritioni: quibus existentibus, non fugitur à radicibus aptum, figuratum, saporosum, necessarium vitali conservationi; uti insipidum, obscurum, torridum, durum, insociabile, & radicum duritie, debili ordine sugentium, veluti arefacto ventriculo radicali, temporis longitudine senescunt.

LXVI. Recedunt herbæ, fructus, plantæ, vegetantium omnium à statu naturali figuræ, sapores, motusque, dum marcescunt, dissolutis figuris propriis naturalibus, saporibus, vel sylvestribus, aut totalitèr recedentibus à crasi, structura, modulatione, ideaque misti; amittendo motum consonum, univocum proprium conservativum, & alienas figuras, saporesque motum præternaturalem destructivum, sivè nocivum introducendo. In fluidis naturalibus nutritivis

ocu-

oculari experimento oftenditur: Lac acefcens, muftum, vinumque acetofum, vappidum, alienatum, rancidum; fanguis in pus mutatus, vel diffolutus à fua fibrofitate nativa, vel coagulatus in contufionibus externis, vel internis morbofis moleftiis. Alienatis figuris fluidorum; faporibus omiffis propriis, ac depravato motu naturali. Plantarum, herbarum, fructuum, fingularumque partium marcefcentia, ex faporum, figurarum, motumque diffolutione, alienatione, ideaque oritur.

LXVII. Indè tardior, celerior herbarum, plantarum, fructuumque marcefcentia, ordine figuræ, ftructuræ arctæ, arctiffimæ, largæ, largioris, largiffimæ, faporûmque acerbitate, aufteritate, ponticitate, vappefcentia, dulcedine, ac motibus affinibus, atque univocis; quæ omnia ideationem fpecificam ftruunt, actionefque naturales in proprio vegetante, ejufque durationem percurrunt. Innumeræ herbarum fpecies longam durationem, nonnullæ unicum folarem annuum motum; fimilitèr plantæ annofæ fitint, aliquæ brevi tempore durant, caufa propriæ texturæ, & fpecificationis: Quæ diù vegetant intricatas, ftrictas, complicatas, arctiffimas retinent figuras, fapores aufteros, ponticos, tardiffimè fermentantes; ut funt quercus, forbus, cypreffus, caftanea, cerrus, laurus, &c. quæ verò largas, folutas, minimè fapores aufteros, fed infipidos, dulces; funt brevioris durationis; talique caufa faciliùs figuræ diffolvantur, fapores torpefcunt, motufque fermentativi vegetativi definunt. Locorum diftinctio, folis afpectus, aerifque elafticitas, non parum hoc opus coadjuvant, longitudine, & brevitate afficiunt; in vegetantibus non tantùm radicum ftructura, fivè ventriculus, Terræ finuofitas, uti maternæ ubertatis fons, fubminiftrant alimentum applicabile in fluida medela; fed Sol qualis pater movens fermentationes univerfales fua creata irradiatione, à Summo Immenfo Motore recta, & talitèr confervata; Aer medium neceffarium, elafticorum, roris balfamici, aliorumque adjunctorum capaciffimum, ac motuum vibrantium officina, ope quorum ideæ feminales, fpecies diverfæ reftaurantur, mediantibus feminibus, vel iis modulationem, ac ideam feminalem retinentibus, fub confideratione veniunt. Recifis ramis plantarum, herbarumque; tempore congruo terra affixis, fpeciei propagatio fit. Longioris, ac brevioris durationis occafionalis, fervata femper fpecie dictorum, dependentis ex contingentibus enarratis: eadem planta, vel herba, iidem fpecifici fructus in durationis modo aliquantifper, aut brevitatis fpatio afficiuntur: Montanorum locorum, lapillroforum, Cœnoforum, Maritimorum, Meridionalium, Occidentalium,

lium, similiumque, distinctiones ostendunt. Figuris, saporibus, motibusque occasionalitèr ideatis, & contingentèr operantibus, ex tali modulatione non specifica, sed occasionibus ducta.

LXVIII. Beneficio figurarum, earumque modulatione; plantarum structura nobilior, perfectior, durabilis, brevis, mediocris, alitèrque conficitur. Artefactorum, fabriliumque figurationes nimis clarè denotant, ut navium, innumerarumque machinarum lignearum, metallicarum, omnisque generis, Templorum, Domorum, Turrium, Castrorum, ut in constructione horum, figura quantum proficiat, vel officiat tam ratione pulchritudinis, quàm durationis, oppositionis, activitatis passivæ, ut in figuratione organorum pnœumaticorum, epistomiorum, singulorumque componentium, campanarum, omniumque musicalium, melodiamque construentium: tam in duratione, quàm activitate. Majori modulatione id totum in viventibus vegetativis perficiendo, fiat notum.

LXIX. Ulteriori efficacia ac præstantiori, in genere saporifero observare licet, durationis, roboris, ac vitalizationis excellentiam. In sensitivis saporum electio, in cibis totum opus ferè adimplere videtur: succorum nutrientium salubritas, molestia, validitas, lucititas, bonitas distinguitur, & præsagii fert vestigia inspectione saporum; nec morbus ullus, sivè saporis molestia, nec salubritas præter saporum naturalium notam, ac crasim: quibus saporiferis, optimèque cibis modulatis diù vitam ducunt, & salubrem animalia, singulaque in propria specie ipsis utendo. Unum, quod verum est, à saporibus primas fermentationes, motusque initiari perfectivos, nocivosque.

LXX. Similem sequentem observamus motum morosum, tardum, celerem, celeriorem, celerissimum; tam vitalizationis, quàm marcescentiæ: Sunt univoca hæc in fermentationibus intrinsecis viventium, & primarum primariò plantarum, quarum duratio, productio, nutritio, conservatio modulatur à figuris propriis, saporibus, ac motibus fluidorum nutritientium, & partium singularum productarum univocationem fluidam nutrientem sequentium; quarum specifica ideatio necessaria, & occasionalis contingens, semper dependet à figuris, saporibusque, motum vitalitatis, & fermentationem intrinsecam servantibus, tam in ordine formationis, quàm durationis naturalis, ac fructificationis, seminumque productione.

ICO-

ICONISMUS VII.

Fluidorum Nutrientium Ideam imitantur Artefacta, & Organici Viventis structuram.

I. Figuris maximè struuntur Artificialia, & quo magis imitantur naturales figurationes, ac eorum ideas, eo perfectiora sunt: Hujus loci non esset præsentis Iconismi explanatio, sed operis ultimum vestigium; at visum, has notare paginas, ut proxima demonstranda, clariori comparatione eluceant, pateantque, & notas similes, licet externas, quisque concipiat; rationibus, ac veris documentis subiciat.

II. Innumeræ Artificialium modulationes, figuræ diversæ, distinctæ, completæ, semicompletæ, intricatæ, variatæ, compositæ, disjunctæ, unitæ, propinquæ, distantes; tantisque variis modulationibus perficiendo quodlibet artefactum: Quisque non ingeniosus, ac peritus, sed sola ratione præditus videt, observat, confirmat. Sufficerent duo tantummodo, hoc totum hic demonstrare, scilicet Abecedarium, & Horologium. In Abecedario litteræ diversimodè modulatæ, construunt tantas innumeras dictiones, celeberrima volumina; & prolatione conficiuntur distincta, diversaque idiomata, voces, diversissimæ significationes: eodem ore proferuntur dictiones, articulantur voces molles, suaves, absonæ, luctuosæ, tristes, lætæ, Idiomatum distinctio: Hæbraica, Græca, Latina, tantarumque Regionum innumeræ prolatæ dictiones in Universali Orbe. Singuli homines, quamvis ejusdem idiomatis, formant, edicunt vocem individualem distinctam, causa organicæ structuræ; & quod magis admirabile est, ut eisdem organis, labiis, ore, lingua, musculis buccinatoribus, ac reliquis annexis, formentur diversissimæ dictiones, opposita loquenda, & idiomata, & in his, observatione dignum est: Linguam, labia præcisè moveri, modulari, ac figurationibus distinctissimis traduci; ac affici, ut si attedamus oris, labiorumque motum, ac figurationem, non quidpiam mediocre inspicimus, sed præstantissimum, admirabile Supremi Factoris opus; ut paucis organis ad loquendum structis utamur in constructione tantarum dictionum diversarum, atque in qualibet prolatione, distinctè talia organa, figuratione moveri. Profertur simplex Abecedarium, & unaquæque littera, & nota, suum requirit particularem motum, & variam figurationem linguæ, ac labiorum præcipuè, non seclusis aliis, ut in expressione litteræ, seu in-

inspirationis H; litteræ B, ferè sola labia figurentur: C, D, G, L, N, R, T, Z; quantum totum opus linguæ, dentiumque vi, ducatur.

III. Gaudet lingua principalitèr duobus præstantissimis, nunquam satis laudandis Thesauris, scilicet motu, figurationeque universalissimæ pronunciationis: tantarum scientiarum, propagationis opus, ac universalis sociabilitatis munus, quo animi passiones omnes explanare, exprimere rationalia possint; internaque externis: vocum sociabilitate, persuasione, rationabili amicitia perfici, tantis innumeris locutionibus, pronunciationibus, suasionibus. Sensitiva, ordine brutorum, & propria specificatione ad proprios actus imitantur; Oves balando, Leones rugitu, Equi hinnendo, Lupus ululando, latratu Canes, omnesque Aves proprio cantu: Imperfecta apud nos articulationis organa, sed apud sensitivorum species, sat expressa prolata. Formantium, ac exprimentium vocalium, licet imperfectorum organizationes, figurationes, ac compositiones, structuræ observantur distinctæ, diversæ in singulis speciebus sensitivis, tam terrestribus, quàm volatilibus, usque ad ipsa insecta, causa sociabilitatis minùs universalis. Lupus cum Lupo, Oves cum Ovibus, Equus cum Equis, & sic quoque de singulis speciebus Avium, propriis vocibus, cantibus, ac sibilatione utentibus naturaliter, sed distinctis, distinctione concupiti, nidificationis, copulæ propagitivæ, pavidæ adversitatis, &c. ut rostra procera Grues; acutum Aves præpetes; acuminatum, rotundum, breve, exile; sic etiam gutturis figuram, ac texturam diversissimam, distinctione specificâ, & reliquarum partium huic operi præstando, figuratarum; ut unumquodque sua particularia organa retineret, suis propriis operationibus necessaria, & conferentia ad propria conficienda. Solus homo perfectissimè hæc retinet organa capacia exprimendi, pronunciandi omnes voces; ac quamproximè imitari cantus, & expressa reliquorum sensitivorum; ideoque tam mirabili artificio, ac figuratione adaptare vocis organa cuilibet sensitivorum naturali vocali prolato. Tantum opus præsentis paginæ non esset, nisi comprobationis causa; sicut secundi præstantissimi muneris, linguæ concessi, quale est saporum omnium distinctio, alibi fusè dilucidandum.

IV. Undè in sola pronunciatione abecedaria diversimodè figuratur lingua; moventur labia, & organa articulantia: quanta majori, & multiplici diversitate in articulatione innumerarum dictionum, lectione librorum, ac expressione distinctorum Idiomatum? Arithmetica, Geometrica, Astronomica ex iisdem numeris, lineis, figuris, aspectibus rectis, obliquis, oppositis, concisis, circulis, angulis,

quadratis, sextilibus, &c. demonstrant, componunt, deducunt; subtrahunt, distribuunt, uniunt, struunt conclusiones, demonstrationes, Iconismos certos; & omnes facultates, quarum opus est, agendo; nam de mechanicis paulò post. Qui versantur in Mathematicis, nimis distinctè, id totum ducunt, docent, certocertiùs probant.

V. Respice perfectum opus viventis sensitivi, vel perfectissimam machinam humanam in sua textura ossea, musculosa, membranosa, tendinosa, nervea, cartilaginea, venosa, arteriosa, glandulosa structam suis ductibus, vacuitatibus, organis, motibus? ut valeas testari: Si nescis Factorem, respice opus. In his omnes figuras habes motus, sapores, tantis modulationibus, distinctione ideatos, figuratos, ferientes, agentes, imprimentes, retinentes, impellentes, expellentes; ut machina machinarum, Mathematicum compositum, Arithmeticum, & partium numerus, Astronomicum aspectu contentorum, & continentium Solarem motum, Astrorum; ac Planetarum, Meteorologicarum occasionalium contingentium cursum, gyremata, ac sublunaria sensitiva, plantifera, infecta, omniaque repræsentet; & in suis fluidis omnia balsamica, aerea, ætherea, flammulas solares, aquea, sulphurea, nitrosa, oleanginosa, ac multiplicium fodinarum metallica producta dicat? Si ergo in omnibus his expressis in quolibet regno vegetativo, terreo, sensitivo cujuscumque generis, Planetario, Meteorologico, reperiuntur omnes reperibiles figuræ, sapores, modulationes, motus, impressiones, ideationes, eterogeneitates, effervescentiæ, depressiones, permistiones, cribationes, depurationes, & omne id, quod videri, observari, experiri, demonstrari licet; & hoc veluti in perfectissima machina humana totum observatur; cujus imitatione, artes accessu perficiuntur; & quo magis imitantur, tanto perfectiores: quid in naturalibus fluidis, talem machinam præstantissimam nutrientibus à primordio generativo augentibus, conservantibus, ac singulatim necessarium, opportunumque præstantibus, non reperietur, figurarum omnium species, saporum bases, motuumque distinctiones, diversitates, singulas non imprimens, non continens, non servans? Tot partium diversæ figurationes, tanta saporum specificatæ ideæ, multiplices ventriculorum sedes non requirent forsitan similia, univoca, associabilia, applicabilia fluida, pro earum conservativa nutritione, ac vitalizatione, similibus figuris, saporibus, motibusque prædita, ac reliquorum annexorum opportunorum naturalium crasi dotata?

VI. In Horologii structura, viventis organici ideam inspicere opor-

oportet: In hoc omnes singulæque partes conspirant ad Totius vitam conservandam, & quælibet læsa offenditur, vitiatur organici operatio, fitque depravata, diminuta, abolita; ut partis præstantia, vel molestia fuerit: Hoc non solum in partibus continentibus organicis, & solidis; sed fluidis nutrientibus, fervescentibus, saponariis, acidis, nerveis, lymphaticis, singulisque opus organicum ideantibus, modulantibus; quia omnium consensus est unus, conspiratio una, & consentientia omnia: undè partium structio, modulatio, figuratio, saporum sociabilitas, fervescentiæ naturales, vitales, animales, quarum quælibet gravitèr offensa, etiam totum organicum afficitur; indè motus vitalizationis, læsione affectus videtur. Horologii omnes partes requirunt propriam figuram, debitàm quantitatem molem, modulationem, sivè appositionem, consensum, conspirationem, ut omnibus consentientibus inducatur motus, designans omnes terminatas æquales horas, minuta, quadrantes; & veluti motu systolico, ac diastolico cum æquali perisystole, horologii ideatio consona, debita, ritmica conficiatur; & quod majus observatione dignum est, scilicet horologii motum etiam dependere ex aeris elasticitate: Hyemali tempore, pondorositate aliquali, aliqualiter à subjacentibus corporibus introducta, nec ea aer spoliatus, ratione irradiationis diminutæ, ac obliquæ respicientis Horizontem terreum, aeremque ipsum minus depurantis; fit ut tali pondere, ac subsequente pressione motus elastici sint, præssionis mole, ac gravitate celeriores; & hoc magis in locis declivioribus, & apendicibus montium cœnosis, quam sublimioribus summitatibus illorum: Æstivis diebus levior, subtilior, rectior motus, ac irradiationes activiores, efficaciores, spoliando aerem ipsum à cœnositate, pondere, atque minoris pressionis efficitur; & hoc majori, minori, minimo, mediocri modulatione, ac præstantia, uti successiva graduum, ac signorum Zodiaci signatio fuerit: Accessu, ac recessu magno, vel parvo ad tropicum Cancri, vel Capicorni; Solstitii æstivi, aut hyemalis occasio: undè arguimus fluxum maris validiorem, ac leviorem in littore, ac arenis signatum ab aquis fluctibus, & ultra progredi aquas, ac longiora signare ultima vestigia tempore hyemali, ac æstivo, in quo sinus fluxilitatis angustior, brevior in arenis occupatur; & hoc diebus tranquillis, pacatis, minimè vento, alioque occasionali affectis. Idem litus minori spatio, ac breviori signatur à fluxu maritimarum aquarum, Solstitio Caniculari: majori, longiori, Capicorni diebus, ut quisque libellam facere potest. Hac pondorositate, ac pressione majori facta ab insidente aereo corpore, & quo pondere, & subsequente pressione induitur aer

magis hyeme, quam vere, & minimo æstate: Aereis spiris prægnantibus alieno, vel nullo pondere. Cylindrus Mercurialis, obujus tibi sit.

VII. Simili metro elastico universalissimo ducuntur omnia eã elasticitati necessariò subjecta, annexa, dependentia, motumque ab aere recipientia; ut horologii modulatio, ac Mathematica figuratio in singulis partibus ipsum componentibus demonstrant: Eodem pondere, eaque pressione ducitur motus artificialis horologii brevior, celerior, tardior, morosior, ut irradiationis vis, robur efficacia erunt; depurando, ac spoliando magis, minusque corpus suppositum aereum à pondorositate, & per consequens à pressione majori, vel minori operante in corpora omnia, ac subjecta, necessaria elasticitate indigentia. Horarum brevitas, longitudo, ritmus temporis signati Vere, Autumno, Hieme, Æstate, ducunt vestigia temporis: spiræ aereæ elasticæ subjacent occasionalibus intromissis ex utroque afficiente, scilicet terrestri halituoso, & solari irradiante regno, & distincta utriusque graduatione intromissiva, & depurativa.

VIII. Etenim, quatuor columnis solidis stabilitur Horologii Primum fundamentum, æquales quatuor laminas firmantibus: Annitemporum vernam, æstivam, autumnalem, hyemalem distinctionem rectam firmam æmulando. Rota magna primaria movens succedit cum proportionata Coclea; quibus denotatur Solis præcipuus, & rectus primarius motus, in proprio turbine signans dierum successivas graduationes, mediante resticula, seu funiculo, externam turbinalem ductionem annotando; & in proportionato tympano, debita præssione modulato ex pneumatica molecula, ducendo, ac elasticando debitum consonum motum, quo universa machina movetur, similitudine cœlestis irradiantis vertiginis, & gyrematis motus moventis, duplicique tanto motu, ab ortu in occasum se ducentis, cui correspondet, & annectitur secunda rota cum suo pyrobolo præssivo, custos, & Rector primæ elasticæ motionis; uti Eclyptica dirigens Zonam, signatur à numero graduum, tantis verticulis in sua epitonia verticella; & vibrante pressivo motu serpentinam annotat, veluti serpendo, sed ritmicè æthereum corpus: sua Potentia agit, movetur, & opposita potentia reagit, uti imitans actionem, & reactionem luminaris præcurrentis; & in gyrum signantis unico die Zonas omnes, quibus designatio, & temporis ritmus agitur, cum sua spira; sive spirali; ostendens aeris necessitatem in quolibet peragendo, & extricando motu, tam cœlesti, quam signato inferiori terrestri: Et sicuti designantur sterlini, tertiæ, secundæ, minuta, quadrantes, horæ, dies, menses, anni, & uni-

& universum tempus in Zodiaco Orbis signifero; ita pariter in horologii indice signante temporis distinctionem, tanta longitudine, quanta funiculi capacitas erit. Clavis voluit, onerat funiculo turbinem, motumque conservat; Custos à Summo Immenso Motore substitutus, vel Ipse Immediatus Dominus solarem motum dirigit, custoduit, conservat: In propria Arca horologium servetur, ne obviis injuriis offendatur: In proprio cœlo Sol movetur, servatur, regitur, ne quidpiam inæquale agat.

IX. Tantis ingeniosis partibus, modulationibus, structuris componitur ductile horologium; tanta similia imitando in Solari corpore: Hic perenni motu, ut Creatori videtur, quantum, & quando Summæ Infinitæ Sapientiæ visum, placitum erit; Illud portatile artificiale nostrum, quantum, sed terminatum artifici videbitur, proprioque commodo utile fuerit.

X. Musicalia instrumenta diversæ figurationis, docent articulationum diversitates, ac vocum passiones, dictionum pronunciationes distinctas minutim. Principaliora ferè omnia artefacta, artiumque extra agentium opera, sat in organico vivente perfecto contineri, ab eoque perfici, quotidiè in suis actionibus, contentis, & continentibus, nunc paulò post breviter scrutabimur. In Musicalibus ergo, Tympanum, Barbiton, Cithara, Classicum, Liutus, Tuba, Bucinna, Sumbuca, Pandora, Fistula, Organum, &c. Armoniæ specificationem pariunt, & legum musicalium modulatione, ac methodo, armoniam ipsam. Fidium dispositio, ut hypale, parhyapale, mese, licanos, paramese, paranete, plectri contorsio, distinctos armoniacos, & armonias construunt: Vocum concisio, excitatio, disparitas, dispositio, articulatio, modulatio, symphoniam repræsentant. Est ergo in notis musicalibus Cymbalis, Organis, reliquisque instrumentis Musicam componentibus in cantu, melodia, concentu, palinodia, varia modulatio. In Barbitone modulantur magradium, jugum, verticuli, plectrum, fides, hypales, parhypales, lycanos, corda media, paramese, paranete, nete. In Concentu vocum modulatio, ut auribus armonia resonet, vocem excitando, concidendo, modulando, & tot concentus fiunt, sicuti in Abecedarii modulativa positione, dictionum diversitas, pronunciationum, idiomatum: Non dissimili ordine in Musicis, hypate, parhypate, meson, parypate meson, diatonos meson, meser, trile, synemmenon, paranete synemmenon, nete synemmenon, paramese, diezeugmenen, paranete diezeugmenon, netete, diuzeugmenen, hyperbolæon, paranete hyperbolæon, nete hyperbolæon, cantus, armoniæ, symphoniæ, & universalissimum

verſaliſſimum ſpecioſum , delectabile ; ſuave , jucundum opus componitur : poſitis , poſtpoſitis , diverſimodè modulatis , tam in ordine organorum , ac inſtrumentorum diverſitate , diſtinctione motùum ; ductoribus agentibus , vocum modulationibus , ac omnium univerſaliſſima , particularique methodo ducente , modulante ritmicas regulas , homogeneas ſpirationes , eterogeneumque armoniacum muſicale opus .

XI. Occurrunt Fullonica , Pictoria , Graphica , Cælatura , Statuaria , Automataria , Archytectrix , Coquinaria , Panificia , Unguentaria , Textoria , Veſtiaria , Lanifica , Sartoria , & innumeræ artium diverſitates ; omnes verò æmulantur , imitanturque naturales figurationes , ſapores , motuſque organicorum viventium : Nec quidpiam reperies ſtructum in artefactis , quod modulatum , figuratum , ſaporiferum non ſit in viventibus , & quo perfectiora ſunt viventia , eo capaciora , ac perfecta modulatione , eſſe conſtructa in his ſingulis opera . Magnum Admirabile præſtantiſſimum opus Supremi Factoris Immenſi , reſtrinxiſſe omnia arte agenda , & principaliora in unico perfecto organico vivente , cujus veſtigia artefacta ſequantur, & ſeipſa ſpeculo viventis ſtructuræ intueri; perfectiora fieri , proximitate imitationis , veluti principale exemplare reſpicientia : Artificialia ſingula à vivente continentur machina .

XII. Tenet Guſtus organum in acumine linguæ , veluti in lapide lydio , omnium ſaporum diſtinctionem , diverſitatem , ſuavis , delectabilis , jucundi , moleſti , nauſeabundi , inſipidi , ſalſi , acidi , amaricantis , dulcis , pungentis , urticoſi , muriatici , ſingulorumque ſaporum activas vires , modulationes , ideas , & conſequentia omnia . Saporum electio in arte Coquinaria , omniumque parandorum , ac artificialium comeſtibilium , ciborum , eduliorum , cæterorumque , guſtu diſtinguntur .

XIII. Utimur Priſtino , ſeu Molca frumentaria , Mola fabaria , olearia , & lapidibus molaribus , ſcilicèt metis inferioribus , ac molaribus girantibus ſupernis ; & molitores adaptant tale artefactum priſtinum ad triturandas , moliendas ſingulas ſpecies frumentaceas , ac conſimiles : Imitatur minutim molitor texturam dentium molarium , inciſivorum , palati fabricam , tam in figura , quam locatione , capſulæ molinaris capacitatem , ac exercitium repræſentantis , opere maſticationis : Frumentacea molita , infra detruduntur , in modulatione farinacea redacta ; Alimenta , cibi , & omnia maſticationi ſubjecta , dentibus inciſa , & molarum ope triturata ; deglutione , moventibus , muſculoſis , ac organicis , ad ventricularem coquinam deferuntur ; in qua ſtomatichum panificium fermentum , & fermentatio conficitur . Ideas

XIV. Ideas panificias in Popina ventriculi intromittunt, exercent fluida stomaticha chylificantia, & popinariam agendo, tam Popino ventricularis, quàm omnia huic operi annexa, necessaria in ordine fluiditatis, & organicæ soliditatis; & sicuti in popinaria popinonis industria assando, elixando, frigendo, aliterque modulando eosdem cibos, carnes, cibaria omnia, tantos distinctos, delectabiles, suaves sapores componunt universales, & convivium solemne omnibus convivis; non dispari ordine epulas polychrestas celebrat sedes chylifera in fermentatione masticatorum nutrientium; ut singula viventis nutrienda pars conviva sit in restauratione nutritiva, ex popinaria ventriculari celebrata.

XV. Distillatoria separando utile ab inutili, maximè late patet in chymica, & spargirica perfectum simile: At præstantissimum opus tale conditur infra pylorum, unione succi saponarii, & subacidi; ubi effervescentia aliqualis, & separatio chylosi à fæculentis: Illud fugitur, ducciturque ad cisternam racemosam lacteam: Fæces alvo committuntur; Innumeræ filtrationes, cribationes, depurationes fiunt cribo organorum omnium, ac fluidorum per sua figurata emunctoria. In frumentaria reperiuntur criba diversa, tritici, lolii, vicciarum; & uti species erit, & admittens. Cribum universale continet tantas similes figurationes, ac varia foramina, qualia sunt modulationes figurarum, seminumque cribandorum.

XVI. Estat in principalissimo cordis organo, uti etiam in multis aliis organicis fullonica tingendo variis coloribus fluida nutrientia, & necessaria vitalitati, ut flavum in cystico folliculo; lucidum nerveum in magnitudine, & capacitate nervorum medullari; osseum, medullare, tendinosum, & singularum partium componentium, ac fluidorum nutrientium in sedibus scaturiginibus propriis lymphaticis, pancreaticis, chylosis, lacteis, &c. In corde verò, rubri coloris intromissio in chylosum intromissum, licet sanguis primariò talis operis initium sit; at indelebile coloris sanguinei impressum sit in principalioribus visceribus hepaticis, cordialibus, reliquisque mediante fermentatione sanguinea sulphurea; & distinctione partium diversarum, ac ideantium omnium, singulos colores, similes organicis, ac simplicibus nutriendis distinctis partibus viventis præbendo. Lactescens album capax omnium colorum in sede prima ventriculi fit.

XVII. Automataria ars conficiendi horologia omnis generis, scilicet solaria, sivè sciaterica, clepamidia itenerantium, seù viatorum, ac denique aquea Clepsydra dicta; certè reperitur in vivente; & in præstantissimo organo cordiali. Signat cor motu diastolico, & systolico ictus proportionatos, ritmo æquales cum debita morula pe-

perisystolis : sonum edit in pulsatione arteriarum ; & in lineatione manuum tenet solare sciatericum, ac in propria umbra. Clepsamidium, sive pulveris in expulsione cruoris sulfginosi: Clepsydra, Aquea nuncupata ; tam in uretherico alambico, quàm in subintrantia laticis arteriosi ex sinistra cordis sede in aortam : sicuti annitemporis, ætatis, crassique ordo fuerit, talitèr hujus vitalis horologii motus celer, celerior, celerissimus ; tardus, tardior, tardissimus in vivente organico perfecto, & in salubritate, ac morbo vivens affectum : paritèr quoque hujus horologii actiones, motusque fiunt ad pondus & mensuram affectionis. Arithmeticam imitando in numero ictuum ; similiter figulinam, modulatione vasorum continentium, ac solidorum structuram habentium; & diversæ, distinctæque, figuræ consequentis univocationis, & modulationis ; organicam fabricam imitando.

XVIII. Statuaria in primordiis generationis conficitur, ac perfectissimæ sculptionis, delineamenta repræsentat vivens quodlibet in recta partium modulatione, ac compositione imitando perfecti statuarii opus : Cœlaturæ humanæ primus Artifex Supremus est : fecit hominem ad sui imaginem, & similitudinem, omnesque partes tam præstanti ordine, excellentia, proportione, locatione, figura, motu, actione, ac vivendi ordinata modulatione struxit, creavit, disposuit, ut Supremi Conditoris opus mirabile, atque supremum admiratione, ac gratiarum infinitè agendarum esset semper infinita veneratione dignus.

XIX. Omnes reliquæ artes continentur in organico vitali. Topiaria in figuratione externa figurati viventis : Lanificia in eruptione lanuginum, pilorum, capillorum : Pictoria in varietate colorum, tam faciei, labiorum, genarum, oculorum, ungium, singularumque partium : Textrina in musculorum, ossium, tendinum, fibrarum ; præcisè cuticulas, & tegumenta formantium, texendo directè, obliquè, ac multiplici admirabili modulatione omnes partes corporis, & componendo miro artificio ; ut non solum telam, sed cælaturam conficiant. Aromataria in tantorum saporum varietate, unione, fermentatione : In Vasaria figulina, sive capacitate omnium vacuitatum organicarum, multiplici distincta figuratione, præditarum ; Nec vestiaria excluditur in operimentis cutaneis : Vitraria in fluido vitreo oculorum ; simul annexa tornioria etiam in articulatione finita ossium ; Ut sutoria utatur in ulcerum, ulnerumque coalitione, mediantibus cicatricibus sartoriæ opus æmulantibus. Marmoream imitando in ossium fractione, ac luxatione, ut Architectoriam perfectam contineat. Articulorum, musculorunque motibus Arevariam insligendo ; & Calceolariam in unguium

guium ſtructura ; ac Funariam in retorquendo filamenta tendinoſa , ac villoſa ; nec longa ab his lanipendia fibrillarum omnisgeneris internarum , ac externarum in capillitio enaſcentium . Margaritariam in dentium poſitione , ac pulchritudine candidata miranda ; Inaurando vivaciſſima Rubedine labia , ſpecioſumque vultum : & ad tuendam oculorum imbecillitatem , uſu Fabri ocularii , lenticularia , ac figurata chryſtalla , oculi figuram habentia . Unguentaria inſpicitur , non ſolum in cerumine auriculari ; ſed tota ſuperficie diverſis fluidis ſcatente , multiplicique odore , ac exhalationibus in pellionica textura ingenioſè modulata , tantis diverſis , ac mirabilibus coloribus univerſum corpus imbolando . Utriculariam conſpicimus in urinaria veſſica , peritoneo , abdominiſque regione . Nimis longum foret ſingulas Artes, ac Artificialia hic repræſentare , ac Anatomica comparatione enarrare , ſtudioſo Ingenio ſubicere , multasque paginas exarare ; Comparatione imitationis artiferæ omnisgeneris organicæ machinæ viventis perfecti , dum hæc omnia reperire liceat minutim , ac ſingulatim in organicis viventium ; tam ratione ſtructionis, quàm ſenſationis . Senſorium univerſale in omnibus partibus nutriendis internis , externiſque cutaneis præditis , ac ſtructis membrana , nervis , ac ſenſatione affectis . Senſus particulares diſtincti in ſenſorio communi contenti ; ut partium figurationes , modulationes , ideationes , motum agendi ſtruant diverſum : Viſionem in organo oculari ; Sonum , atque auditum in auriculari labyrinto : Reddebant nomen concava ſaxa tuum . Tympanus , Labyrinthus , variæque gyrematum modulationes ſonum diſtinctum ſuſcipiunt , ac genera ſingula diverſiſſima auditoriam ſedem occupantia : ſic colorata omnia viſioni : Odoratum ſuavia , inſuavia ſingula ; ſicuti Guſtationis cujuslibet Palatum , Linguam , unitaſque partes , & aſſociatas ſenſui tali ; Nec quidpiam reperibile , quod ſenſationibus his non ſubiciatur ; tantis diſtinctis , diverſis , multiplici ordine modulatis ; quanta in rerum realitate reperibilia ſint : Artem quamcunque anatomicè organicum vivens exercet.

XX. Multiplici modulatione artificialia fiunt , & multiplici diverſa Impulſione , Repræſentatione , Adhæſione , Inſinuatione , Motu , Figuratione , etiam à ſenſibus ſuſcipiuntur , ut ſenſus pati, atque affici videantur à Colore , Sono , Odore , Sapore , molli , leni , vel aſperitate , & omnis modulationis , figurationis , ſenſationis , ac capacitatis , ſenſus apti reperiantur ob eorum diſtinctam, diverſam , multiplicem capacitatem : Tanta innumera colorata , Cantus , Organica Muſicalia , Melodiæ , Armoniæ , Concentus ; odorifera , ſaporifera , ſuavia , inſuavia , jucunda , mollia , aſpera ,

dura, delectabilia, uti diversa sunt, tali ordine, ac ritmo à naturali perfecto organo, non morboso, recipiantur; & hae distribuantur à sensu communi, uti universali agente, non minùs ac idem aer diversis instrumentis ductus, distinctos parit sonitus; ut flando, buccinando, sibicendo, & in distinctis epistomiis. Mirum hoc confirmatur esse abeodem Polycresto sensorio: Naturales sensuum operationes, dum omnes perfectæ reperiuntur, æqualitèr à sensu communi modulantur; at si aliquis sensus lædatur, vel multi simul, ut in surdo, & muto, causa eorundem nervorum loquelam, & auditum præstantium; tunc reliqui sensus acutiores, vegetiores fiunt. Surdi sagaciores, visione clariori gaudent; Cæci minutissimè audiunt, &c. & hoc ratione sensus communis capacis agendi, ut quinque, & perfectiori robore operatur in ternario opere contento in majori vi agentis. Fons pluribus ductibus ducens aquas, has copiosiores fert paucis foraminibus apertis.

XXI. Numerantur Fabrefacta innumera, sic multiplicibus figurationibus modulata, structa; distinctos effectus, motusque parientia. Metallorum ingeniosa, miranda opera, Lignaria, Cælatura, Navicularia, &c. Sic ergo artificialia omnia scrutinio servata ingeniosè, ac anatomicè reperiuntur in organicis viventibus perfectis, & ipsa excellentiora, nobiliora, mira dicuntur, dum proximè imitantur naturalia, & in ipsis artefactis distinctio effectuum, licet externorum, ex modulatione figurationis diversa; Quanta efficaciori vi, ac excellentiori robore idipsum intrinsecè perficietur in principali, non exemplari æmulante, sed essentialiter composito? Si sapores in Popinaria, coqui industria, tantas suaves, dulces, jucundas, delectabiles epulas conficiunt; quid in fermentationibus Chylosis, Sanguineis, Lacteis, Nerveis, singulisque erit? Musica imitatur organa vocalia articulantia, & mira probat, exercet, ducit figuratione artificialium organorum musicalium in Melodiis, Armoniis, Concentibus, &c. Quid præstantius naturali perfectissima organizatione? Pectus, Pulmones, Guttur, Labia, Palatum, talia sunt Lingua, Dentes. In Pictoria, Colorum modulatio, tam in mistione, quàm penicillo imprimente, delineante secundum debitas figurationes, ac regulas geometricas proportionis partium, imaginis construendæ, aut delineandorum in eadem tabula unitim: Inspicitur simulacrum, Pictura nobilissimi ordinis, dum proximè assimilantur naturalibus effigiatis, vel plantiferis, vel sensitivis, aut nobilissimis rationalibus: Majus, Præstantius, Perfectius, Mirabile reperitur in colorum productione intrinseca in fluidis nutrientibus naturalibus, tantum pulchrum opus in organicis viventibus,

ac

ac in qualibet singula colorata parte modulantibus, & intrinsecè figuratis, operantibus, imprimentibus, ideantibus, instruentibus. Nec reperibile artefactum non æmulans naturale totum organicum, aut ejus partem, omnesque partes tantam machinam componentes; omnia intimè artefacta principaliora, & inter se diversa continere videntur, & anatomicis structuris hoc testantur. Fluida, ergo, naturalia, eorum distinctæ fermentationes, depurationes, cribationes; figuris, saporibus, motibusque diversis id totum præstant, exercent in organicis nutritis, conservatis, modulatis à primordiis generationis, usque ad senescentiam declivium dierum, vel oppositæ molestiæ morbosæ offendentis, causa depravante, destruente. Artefacta, artesque singulæ, figuris, modulationibus, ideisque naturalia vitalia organica æmulando, imitantur: Exemplaria Naturalium signando structuram, pulchriora, perfectiora dicuntur. Ars imitando naturam intimè, æstimabilior.

ICONISMUS VIII.

Perfecta Imperfectorum sensitivorum, aliorumque primordia Ideatio.

I. EST in præcedentibus sat patefactum, Plantiferis, Herbaceisque singulis, id sugi, ac approximari fluidis nutrientibus, quod unicuique magis consonum, associabile figuris, saporibus simile; & à sensitivis perfectis ideari applicationi distinctæ ciborum, ipsis assimilandorum in nutritionis roscidìtatem propriam. Naturali modulatione sensitiva multa; uti Boves, Equi, Oves, Aves singularum diversarum specierum: Pisces, Conchylia, Crustacea, Lumbricalia, Insecta, Vermes, &c. petunt, fugunt, deglutiunt hæc, & non alia alimenta potius; & hoc etiam propria ductrice Crasi naturali, sivè præcipua structura requirente, talique motu ducta ad tuendam salubritatem, perficiendam univocam nutritionem, augumentum, conservationem, perfectasque organicas operationes peragendas.

II. Sic Aves nonnullæ lapillos durissimos devorant, carentes masticatione, licet Ingluvies tale onus superet mediantibus suis fluidis, ac locatione; talemque cibum duritie, ariditate affectum; necessitate pennarum struendarum, propinquitate ideationis, ac modulationis; quorum ciborum proximiores figuræ, ac insipidi sapores magis associantur productioni penniferæ, rostrorum, ungium, naturam lapideam sapientium; quam alia cibaria fragiliora, licet ta-

lia etiam petantur, & iifdem vefcantur, ordine reftaurationis carnium. Nec alienum ab hoc quoque eft habitationis diverfa diftincta diftantia: multæ loca montana, aliæ urbanis propinqua funt, quærentes declivia cænofa paluftria, vel ruralia; & quoque cæteræ nemora, deferta, lapidea, folitaria, hujus, alteriufque fitus, ut vivendi capacitas, falubritas, ideatio requirunt: Sic Pifces, infecta, reptilia omnia. Quod univocum plantis, herbifque, ut alibi oftenfum eft, proprias fituationes habere aptiores, vitæ plantiferæ confonas, ac æquales, in quibus fponte augentur fine fimo, vivaciores, perfectiores; aliifque locis oppofitis minùs crefcere, ac debiliores confervari: & hoc loci terreftris ideatione univoca cum fluidis nutrientibus, talique fpecificatione vegetantium; aeris elafticitate, Solis irradiatione, reliquis unitis coadjuvantibus. Experimur fulphureas, piperatas herbas, talem requirere terræ fitum; infipidas, ac vappidas, cænofas, remotas, opocafque locationes.

III. Modulari Avium nidificationes diftinctas, diftinctione fpecifica, non minoris ponderis, ac confiderationis eft. Quid non jucundum, ac ingeniofum non confpicimus in Avium nidificatione? Quælibet proprium habitaculum ædificando conftruit, univocum propriæ fpecificæ ideæ, tam ratione locationis, quàm ftructuræ: Talibus materialibus, talique figuratione, ac ingeniofa modulatione conficiunt nidos, & unaquæque fuum cubile, fuis actionibus univocum: Aliæ ex calcinis, herbis ficcis, ftupa, fragilibus, &c. fed fingula fpecies nunquam difcedit à terminato genere materialium, à figura, & locatione, ut in arborum foraminibus, ripis, in vitium duramentis, prope flumina, & aquas, in cavernis, fepimentis, domorum aperturis, altiffimis turribus, montium cacumine, ut quælibet præcipuum petat locum; & hoc ordine fpecifico, & opere ideali fuo: organicarum partium, actionum, ac agendorum annexione.

IV. Oritur talis Ideatio in conftructione nidificationis in figura, diftinctione materialium, locorum fitu, reliquorumque ex propria fpecificatione; nam operari fequitur effe corporis organici viventis, & tale operandi diverfitas à fluidis intrinfecis, tali idea fignatis modulantibus innumeras externas nidificationes, actionefque corporis viventis, talibus fluidis propriis ideati, ac nutriti. Fluidorum ftructura, ac ideatio, non folum in externis affimilatur, fed intrinfecis annexa: Latratus in Cane ululatus in Lupo, rugitus in Leone, hinnitus in Equo, &c. funt ex idea feminali fpecifica fluidis nutrientibus primò impreffa, & vinculo nutritionis naturalitèr omnibus partibus folidis annectitur; undè fluida nutrientia primariò in-

introducunt ideam partibus singulis, indèque successivo circuitu reficitur, conservatur in vivente imprimente secundariò in ordine retributionis, sed annexione structuræ specificationis. Mores, motus, morbi individuales Generantium in proprios natos ideantur; Epilepticus, Podagricus, Gracilis, Obesus, Piger, Morosus, Iracundus, Mæstus, Gravis, Serius, &c. Parens, vel aliter affectus ideat suos fœtus naturali annexa, & occasionali gravi intromissa ideatione.

V. Dum inspicimus externas figurationes ovorum Serpentum, Volatilium, aliorumque; diversitatem, ac distinctionem cognoscimus non simplicis molis, sed figurationis externæ susceptæ ab Ideante intrinseco deferente, ac imprimente externum opus corticis, coloris, ac impressionis diversitatem; Sic ovorum disparitas, corticum modulatio, figura, moles, & reliqua discriminantia, & hæc secundùm idearum naturalium impressionem à fluidis propriis in figura, motu, & sapore modulatis. Esset longum nimis nidificationum diversitates, ac ideationes; ciborum species, nutriendi ordinem, tempus, & subsequentia hic annotare; ut pennarum colores, figuras, alarum structuras, cantus, & multa sub calamo jacentia; sed in operis decursu patebunt. Sunt præsentia patefacta, uti præmissarum dispositio in demostrativa conclusione, illatione, deferenda certa, infallibili probante: nunc sequenti calamo inferiùs dilucidanda.

VI. Urget Seminalis Ideatio, quale intrinsecum delineamentum impressum in ipso Fluido Prolifico à fluidis præcipuis nutrientibus corpus organicum, cujus semen est; sive herbaceum, sive plantiferum, volatile, sensitivum omnis speciei, non seclusis insectis, singulisque annexis, servando spiritum moventem extricantem fermentationem vegetationis, sive fœtationis: Dixi à Fluidis Præcipuis, figura, motu, & sapore modulatis in specificatione univoca tamen: De æquivocis non est præsentis loci sermo.

VII. Latet (in ly Præcipuis Fluidis) Ideatio Fœcundationis habita, non solum à Nutrientibus Universalibus; sed partibus huic operi ab organico, & organo structis: Uti sunt partes Generationi dicatæ fœcundantes, in quibus, & quarum capacitatibus fit fermentativa Ideatio fœcundi Prolifici in fluido seminali nuncupato, post talem fermentationem successivam. Multa Nutrientia fluida afficiuntur ultima ideatione activa in fermentationis motu celebrato in aliquo viscere, vel organo; Ut Sanguificatio, Illuminatio Nervea, Animalis, Vitalis, Cystica, Pancreatica, Lymphatica.

VIII. Animalia ex Putri vulgariter generari dicuntur, remo-

ta maris fœcundatione; sed frustra: In horum generatione, consona figurarum modulatio, saporum vivacitas, & motuum extricatio reperiuntur in fluidis fœcundatis à proprio corpore, in cujus capaci sinuositate, veluti in proprio utero, non minùs ovarium Oviparorum in sua specie signatum, fœcundatum in suis partibus à fermento, & fermentatione seminali; ex quibus plusquam facillimè cognoscimus, quomodo illa generari possint.

IX. Respicere oportet æquivocas generationes brutales ex Asino, & Equa, Gallo Ægyptio, & Gallina Italica; ex sensitivis distinctæ species volatilium, ut in Pavone, & Gallina, aliisque monstruosis dictis, ac genitis. Idea seminalis existens in fluidis nutrientibus, est fermentum, & fermentationis motricis extricantis punctum, & fœcundativi motùs generativi, magis in propria specie, quam aliis; discrimine tamen habito, tam capacitatis suscipiendi motum fermentationis excitantem, quàm figurationis, ac saporis fervescentis in fluido, aut fluidis idoneis ideatione seminali; ut reperibilis sit aliqualis sociabilitas, sed sufficiens ad pariendam similitudinem figurarum, ac saporum fœcundantium, & capacium fœcundari, moveri, extricari in mistione fluidorum imprimentium, ac impressorum, seù imprimendorum. Multi sapores proximè inter se, remoti, remotiores, remotissimi: Sic figuræ, motusque eodem modo se habent associabiles, ac oppositi, propinqui, distantes, distantissimi; uti in pathologicis, & methodo curativa morborum saporibus alienis productorum, & saporum oppositorum introductione notatur. Æquivocæ Generationes tali proportione saporifera, figurarum, aliorumque annexorum, & subsequentium modulatione gaudere debent; ut generationis motus oriri possit, extricari, perfici, ac successiva fermentatione, & delineatione compositionis: ultimatæque perfectionis structura, luci concedatur.

X. Igitur est, ut inter has species, & non alias possint reperiri fœcundationis motus, mistio, tertii generis effectus, fœtùs generatio. Liquores, fluida in Chymia, id in puncto demonstrant. Unum fluidum tali sapore dotatum: mistum cum uno effervescit, & parit tertium effectum ex motu fermentationis: Idem cum alio saporifero, aut parùm, aut nullimodè effervescit, nec quidpiam producitur: Sic in Nutritione Universali plantarum, sensitivorum, aliorumque, hoc fluido, ac alimento roborantur, alio molestantur, ægrotant, arescunt, vappescunt; ratione dissimilis, non consonæ fermentationis, ac saporum, figurarumque diversitate opponente. In eadem specie, hic masculus fœmina apta, capaci concipiendi, retinet, generat fœtum; & cum alia minimè; etiam disposita:

sposita: & hæc cum alio mare habet partum, non cum illo; & sunt in eadem specie: causa fermentationis extricantis remotæ, nec sufficientis; neque fœcundantis saporis intrusio, extricatio.

XI. Distingui videntur Motus Fermentativi, ex fermento panificio habito in diversis frumentaceis. Fermentum triticum cum farina tritici unitum, mistum, & intimè undique copulatum, parit fermentationis motum panificium debitum, consonum, æqualem; nisi aeris inclementia, aliudque obstiterit: Habito hoc discrimine, ut celeriùs in aliqua specie tritici facilioris impressionis aciditatis, uti sunt tritica alba dicta, pollinacea, friabilia; parùm morosè in triticis validioribus, ponderosioribus, &c. Idem Fermentum copulatum farinæ Lolii, aliter fermentat, sic Hordeaceæ, Fabaceæ; & tardissimo; & imperfectissimo modo Lupinorum farinæ mistum. Quod ocularitèr notandum est; Imperfectionem, morositatem, inefficaciam motùs fermentativi fieri majorem, minorem, debilem, vapidissimam; proportione, & distantia graduationis figurarum, ac saporum similium, aut dissimilium à fermenti triticei structura, sive à tritico; Undè tritici farina perfecta, celeri motu, & præstanti ordine fermentat, similitudine univocationis: Tardum, morosum, morosiorem, morosissimum suscipiunt reliquorum frumentaceorum farinæ, & imperfectum, imperfectiorem, imperfectissimum motum fermetationis, uti figurarum, saporumque ordo, & modulatio, distinctio, & graduata distantia fuerint. In Multis Frumentaceis fermentum non agit, nec fervescentiæ motus consequitur, causa oppositionis, & incapacitate fermentativæ excitationis necessariæ.

XII. Individuale demonstrativum documentum. Fermentationes fiunt ordine, & modulatione saporum præcipuè, & annexarum figurarum capacium dandi, tribuendi, movendi, suscipiendi, & recipiendi, proportione passiva impressionis punctum, ut in omnibus externè artefactis rectissimè observandum: Nec reperibile constructum aliquod excludens talem modulationis, fermentationis, ideationis methodum, medelam, ritmum. Sit ergo Fermentum seminale in fluido, vel fluidis: Sit Capacitas, Sinuositas uterina: Reperiatur Fluidum ovulatum, vel rudem ovi structuram continens: Adsint Sapores apti, idonei fermentari: Præstent Figuræ consonam Retentionis quietem, ac univocationem: Excitetur Motus extricationis saporiferæ fermentantis: Copulentur annexa, opportuna retinentia texturam susceptivam, & tribuentem motiones debitas: Sint Elasticitates vibrantes, & balsamicæ spirales luminosæ impellentes, ac agentis irradiantis, incubantis, moventis, aliterque sufficientèr extricantis opus, ut Generationis actus perfici, in-

cipi,

cipi, initiari, ultimari possit? His habitis, Generationis Motus alacriter est.

XIII. Sic in Fluidis Prolificis vegetantium, præcipuè radicalibus herbarum, plantarumque vegetior, efficacior seminalis impressio; uti in organo principaliori, & ventriculari fonte omnium fluiditatum nutrientium, ac restaurantium structuram initiantem, & totalem continentium totius machinæ plantiferæ, singularumque partium corticalium, medullarium, ossearum, musculosarum, fibrosarum, aliarumque: In quo fonte radicali, fit fermentatio seminalis fœcundans semina omnia, licet ex apposita insitione diversæ specificationis, & ejusdem speciei plantiferæ principalis radicalis. Sat superiùs patefactum, probatumque manet tantis experimentis.

XIV. Trutinemur ergo Vermium Generationem, eorumque locum Uterinum, Ovulationem, Specificationem diversam, Fluida Fermentatia, Producentia, Nutrientia; Agentis Patris Moventis, & Extricantis tale opus, & huic singula Affinia, Annexa, Consequentia, Prolificantia, Fœcundantia. Certocertius Opportuna, Necessaria, Coadjuvantia Motui Generativo Extricanti, ac Ideanti tantum opus, reperire licitum erit; Nec dissimili ordine, modulatione Saporum, Figurarum, & Motuum ritmum haberi, affici, ac ideari, confici, & ultimari: ut cæterarum generationum, ordo activorum modulantium, & struentium, in passiva suscipientia capacia estat, intromittitur.

XV. Idem Ventriculus particularis ideans ultimo alimoniam partis nutriendæ, gerit vicem uteri in Vermium productione, in quo alimentum nutritionis causa delatum, & modulatum à partis structura, ovi ideam, & figuram suscipit: Ex quo unus, aut plures Vermes conficiuntur, ut ovulationis capacitas, ac numerus figurationis erit, anatomicè demonstratur. Sat Vermium distinctio, & diversitas est in eodem corpore ex partium diversitate: Alius Vermis producitur, ac ideatur in ossibus; dissimilis in carnibus musculosis, diversissimus in cordialibus organis, & intestinorum structura, In Eorum Cellulis, varietatibus, & distinctionibus tenuibus, jejunis, colicis, iliacis, rectis diversas Vermium species, Teretres, Ascarides, Platias gignit, producit diversus, varius ventriculus.

XVI. Nec oppositum oriri potest: Fluida Fermentantia, Nutrientia diversas partes, ut osseas, musculosas, intestinales, cordiales, &c. Sunt ideata diversimodè: Univocationes partis nutriendæ cujuslibet, singulatim tot, tantasque fermentationes, figurationes, impressiones faciunt distinctas; quot numeri distincti diversarum organicarum componentium partium. Dissimilis ventriculus

culus nutritionis inteſtinalis, diverſus oſſium, muſculorum, cæterarumque componentium; & motum habentium varium diſtinctum.

XVII. Gaudet Machina Univerſalis Viventis organici ſpirali motu elaſticitatis, & vitali, omnibus, ſingulisque communi; quo organica vivunt, functioneſque vitales exercent: Nutritionis opus tamen exigit proprium particulare, individuale agens, uti tenet ventriculum ſimilem; Undè motus chyliferus non eſt ab agente Lymphatico, Pancreatico, Cyſtico, Nerveo, alioque. Sic Motus Sanguificationis, Lactationis, Seminalis, Nervei, &c. Ut diſtincta pars organica, diverſum agens, diſtincti motus fermentativi; & conſequenti ordine, etiam nutritionis motio à ſuo individuali agente movente, ideante habita. Hæc mediantibus fluidis nutritivis conficiuntur: Affectis illa modulatione, & ideatione univoca individuali conſona parti reſtaurandæ, nutriendæ, aguntur annexione æquali. In Agente, Mobile, Fermento, & terminato opere conſonè adjunctis; Tanta Cognatio, taliſque Conſpiratio neceſſitant.

XVIII. Uti ſapores diverſi diſtinctas, & diverſas fermentationes concipiunt, modulationes, ideationes, impreſſioneſque: Omnes partes diverſitate totali dotatæ, ſaporibus quoque diverſis gaudent, ac ſequenti fermentativo motu diſcriminante: Si ergo in Craſi naturali tales motus exercentur fermentativi diverſi; etiam neceſſario ordine, & diverſitate tali afficiuntur in craſi diſcraſi verminoſa. Sanguis dum alienatur à ſuo ſapore univoco, figura conſona, ac idea naturali, migrando in pus, non aſſimilatur alienationi chyliferæ, ſic depravatio Lymphatici, Nervei, Salivalis, Pancreatici, &c. Hoc diſtinctivum oritur ex diverſitate ſaporifera, figurativa, motrice, & annexis univocis cujuslibet fluidi, & partis nutritæ, & nutriendæ tali ſuo univoco conſono fluido; ſymbolcitate, & univocatione ſociabilitatis ſemper habita inter Proprium Nutriens, & Nutritum, Univocatione Annexionis.

XIX. Indagatio Nova non eſt, Nutritionem eſſe Novam Productionem, præcipuè loquendo de Nutritione Notabili Auctiva, ut in omnibus Vegetantibus enaſcentibus, debitamque molem perfectam adipiſcentibus: In Senſitivis, ſinguliſque Viventibus à Puerili ad virilitatis augumentum, robur, figuram, vires, molem. Eſt in fluidis fermentantibus Nutritivis reperibile totum illud opportunum, atque neceſſarium ad augumenti motum, ac molem; ſcilicet Roſciditas Balſamica, Oleoſa, Lucida, Elaſtica, Saporifera, Figurata, Mota, Applicabilis, Unibilis, Aſſimilabilis, Annectenda, Uniformanda, Ideizanda, Identida parti, cui ſuccurrit, quam nutrit, auget, roborat, conſervat, vitalizat ſpiris aereis.

N Agunt

XX. Agunt fluida Naturalia Nutrientia in debita figuratione modulata, vero sapore dotata, motuque univoco prædita: Id omne quod reperibile, necessariumque est ad augumenti actum, rosciditatem balsamicam, luminosam, elasticam, applicabilem, associabilem, ideizandam, uniformandam partibus singulis propriis nutriendis, augendis, perficiendis in statû consono naturali: Retinendo ritmum gyromatis universalis, vitalitati omnimodè necessarium delativum, filtrativum, & ultimatæ cognationis auctivæ.

XXI. Certissimum Anotomicum Experimentum ostendit, ova cujuslibet viventis uniformari, ac concipi à fœmellis secundum proprias species, & construi ex illis fluidis nutrientibus corpus organicum vivens generans ova, & ovarium, sivè uterum, in quo fit formatio, textura ovorum à mare fœcundandorum: Intrà in Viperinis, scilicet Viviparis sensitivis delineandorum, & in fœtus molem ducendorum; Nec quidpiam alienum in ovulis reperibile, quod à fluidorum nutrientium structura, sapore, & figura non fit: Imo in omnibus Viviparis intrà uterum genitis, & ad perfectum exclusionis actum deductis; iisdem fluidis nutritur, augetur, crescit, perficitur fœtus, ac fuerunt fluida ovum struentia. In Oviparis vitellum substitutum loco pabuli necessarii, continui successivi, ad mensuram, & graduationem temporis, exclusioni, & perfectæ structuræ Viventis necessarii, tam ordine nutritionis, quam perfectionis corporeæ molis. Sunt ergo Productiones ovorum in quolibet genere, & singula specie Viventium, usque ad vegetantia ipsa, quorum ovula sunt eorum semina perfecta, tempore consono, decisa ex fluidis propriis naturalibus nutrientibus, & opus vitalitatis conservantibus, atque perficientibus: Ovorum distinctio specifica fit à Viventium distinctione, & hæc à fluidis id totum perficientibus, tam ordine vitalizationis, quàm specificationis, figurationis, modulationis, & ideationis universalis, ac individualis: Non exclusis ideationibus occasionalibus in quolibet genere, activo, moroso, molesto, morboso, salubri; Deveniendo ad nevi, cicatricisque impressionem, occasione, contingentia notabili movente, sed capaci tamen impressionem idealem modo suo præbere; & propria figura, motu, ac appositione transmittere in corpus primo fluidum, indèque successivè solidum; cujus capacitas receptionis, sive passibilitatis renuens non sit, sed patiatur, impressionis occasionalis idea affici, causa Agentis sufficienter moventis, Mobilis moti, & ideati, partisque aptitudine, & consona omnium figuratione, & saporifera univocatione.

XXII. Diversitate Nutritionum Naturalium Explanata. Punctum

ctum primaruim est, Vim Seminalem, & Fœcundantem Verminationis opus, in ovulo structo à fluidis naturalibus, aliqualitèr alienatis ab idea nativa, quis tribuat, & quale agens, aut organum sit præcipuum in tali productione. In alveolo, uti Apes, Vespæ, & similia, generantur verminationes, vel unius, vel plurium: Ovula à fluidis: Locus à partium, sive partis vacuitatibus naturalibus, quibus deferuntur fluida: specificatio à partis structura, & univoco fluido delato: Motus fermentativus à saporibus, figuris, & spirali elasticitate componentium, compositorum, contentorum, continentium: Fotus, seù incubationis extricantis fermentum in fluidis, à naturali crasi, & partis continentis ideatione: Nutritio, Auctio similis Oviparis in, & ex ovo genitis; Seminalis fœcundantis vis movens prolificationis, & structionis actum generativum in fluidis ovariis, undè petenda sit?

XXIII. In Generationibus æquivocis, & tertii generis, ut ostensum numero nono, & sequentibus hujus Iconismi: sufficit saporum, figurarumque associabilitas inter fœcundantem, & fœcundatum, ut Genitum tertii generis habeatur; quod etiam in plantis ad oculum observatur in artificiali insitione ingeniosa: Duarum specierum insitiones unitæ, arctissimæ, & diligentèr modulatæ in oculatione; rarò tamen imperitia Artificis, sed accidit certè: Uniuntur, annectuntur, coalescunt oculationes, seù gemmæ duarum distinctarum specierum, præcisè uvarum, & colliculus, sive surculus enascitur producens fructum tempore suo tertiæ speciei. Consistit ergo Seminalis Ideatio, & Vis in fluidis naturalibus intrinsecè prolificis, & fœcundantibus, ita structis, ac ideatis in corpore eodem, cujus fluida sunt ipsa; licet fœcundationis vis sit specificata ad eandem similem univocationem propagandam, scilicet structuræ illius, cujus fluidum est: Hoc tamen in ordine naturali inviolabilitèr est, & univocis actionibus. Asinus asinum, equa equum, sed ex utroque mulus, sufficit in Oviparis sola incubationis diversitas aliqualitèr mutare externam texturam, & operationes etiam aliqualitèr, ut infrà paulò post: Fungorum productio in ramis, ac corpore plantæ; Nonnè à succis nutrientibus plantiferis? Cicatricum, & monstruositatis impressio occasionalis in Libiæ Flumine Tremate inter diversas animalium species habita cognatione ideali: Generantur Horrida monstruosa animalia, & annexione idealis cognationis, quamvis diversarum specierum copula sit: sic in Carpalo Flumine Scithiæ; Ircaniæ Cambise: Arabiæ Betio, Ecana, Cyno, &c. multiplicitas impressionum monstruosarum tantæ diversitatis in viventibus genitarum repræsentantium minutim corpus, vel alìud qualecumque

concupitum, & ita in fœtum deductum, unde? Sola mentis fortis agitatio, sensus communis, animique motus sufficiens ad novam, dissimilem, eterogeneam: monstruosam generationem struendam, ac texturam perfectè similem cogitationi Generantis assimilandam, data impressione fluidis nutrientibus maternum corpus, & successivè partum utero contentum. Qua majori efficacia, & præstantiori modulatione in fluidis elasticitate præditis, rosciditate, motu, ideatione vegetativa, intrinseca, auctiva, lucida, & omnibus singulis annexis, atque opportunis affectis ad perficiendum, restaurandum, nutriendum, augendum, undique sufficienter celebrando perfectas ideationes, impressiones, operationesque vitales, naturales, & animales in organo, & organico vivente perfectissimo? Eadem fluida, Viventis gyremate pervadendo ovarium, & ovula in alveolo structa, causa morositatis, & depressionis, non possunt fœcundationis motum extricantem producere, & perficere? In Nascente de novo porrigine, porro, nodulo, alioque occasionalitèr, & præternaturalitèr in brachio, crure, pectore, aliaque parte: Quale Agens Fœcundans, & univocè movens tales præternaturales impressiones generando erit, nisi fluidorum saporifera compages, figuratio, ac motus? Primò partem ideando intrinsecè, & uterinam; pro tali occasionali producendo, struendo, & successivè subministrando omne id, quod ad extranei producendi structuram necessitat. At hoc ad unguem demonstrant nuper tractanda in specificationibus tantis diversis verminosis in eodem corpore ex diversitate partium, quarum sinum vermes occupare solent, in distinctis Caseis ovillo, caprino, bubulo, vaccino, parmensi, pumicoso, &c. In Verminatione distinctarum specierum humanæ, equinæ, ovillæ, suillæ, & nonnullarum avium, sat demonstratur. Diversæ, distinctæ partes ejusdem Viventis diversis, variisque succis restaurantur in statu naturali; & inæqualibus, eterogeneis ideantibus gaudent, afficiuntur in opposito, molesto neutro Agente, Mobili, & Motu.

XXIV. Vermes generari ex putri, corrupto vocabulo; scilicet non determinatum esse Agens univocum fœcundans: Oppositum est observatione patens. Videntur Vermes specificari ex distinctione fluidorum nutritientium, & corporum mistorum, quibus verminatio accidit, ut clarissimè demonstrabitur. Vera sunt fluida figurata consona in motu, & sapore apta extricari, & fermentationem recipere generativam; aut mista talibus fluidis nutrita, ac in eorum soliditate retinentia saporiferum, figuratum, & extricandum, uti sunt omnes partes germinales, seminales, & movendæ: Nec to-

totalis dissonantia, & alienatio univocationis potest inveniri inter agens, ideans, & corpus, vel fluidum corporis ideandum, generandum, ut patet in omnibus generationibus tertii generis: At si omnimoda oppositio esset vel saporum, vel figurarum, aut motuum; nulla insurgeret fermentatio, generatio, nec tertii, nec univoci geniti. Aliqualis alienatio in fludis nutrientibus insurgit, eamque dicimus esse, quæ aliena fluida reddit, nec nutrire partem sanam, attamen verminosam reficere, extricare, augere. In formatione generativa oviparorum, nonnè omnia fluida contenta in ovo fæcundata alienantur à sapore, & motu nutritivo ovi non incubati, sed tantùm exclusi ab ovario gallinaceo? Ova cujuscunque speciei fuerint sunt potissimum alimentum restaurans, nutriens ocissimè corpora, & animalia, eis vescendo, immo proximum fluidorum restaurativum; dum verò incubantur, non solum non restaurant corpora nostra, sed nauseabunda, fœda, inquinata, sordida, & molesta viventi comedenti. In Generatione Apum ex mellifluo, roscido liquore, quo utimur, vescimur, ut delectabile palato, ac jucundo condimento, & conditione suavi; si post ovulationis actum, & fœcundationem in alveolis servatum inspicimus, aut gustamus initio ipsius verminationis apicularum; quid non insuave, ac nauseosum gustandum non erit? Fluida ergo nutrientia, vel mista fluidis modulata, ideata, & genita alienantur ab univoca antecedenti nutritione corporis, cujus nutrientia erant; sed non alienantur à nova fermentatione, & ideatione, genita, ac novitèr organica modulata, & modulanda, perficiendo, nutriendo, augendo, & opportuna sequentia patrando, sic in cæteris speciebus generationum Insectorum, Vegetantium, Maritimorum, Sensitivorumque. Id ipsum optimè experimur in fermentatione diversorum liquorum oppositorum, quid tertium produci, alienatione nutritionis, & actionis antecedentis, sed non consequentis. Alienatione quadam habita antecedentium, at non totali omnigenerica, causa ideationis primoprimæ, sequenti calamo sat annotanda elucidanda.

XXV. Experiri licitum sit, & observatione dignum, Verminationis actum fieri in specificatione diversa frumentaceorum, leguminum, innumerorumque fructuum, ut ideatio talis semper servetur specifica in tali specie leguminis: Sic talis modulatio, saporis, & figuræ, textura corporis, capsula, ventriculus, uterus, alveare vermis generandi semper reperiantur, & extricentur in motu fermentativo generationis. Est æquivoca productio, nulla data similitudine inter legumen, ac vermen genitum, inter triticum, ac

cur-

curcullonem, & in singulis nuper partim enunciandis, partim eadem proportione patentibus. Univoca ordine suo tamen, dicenda esset habita duplici proportionis medela; una quod inter fluidum, seù ovulum, & vermem proportionalis ordo interesse debeat, alitèr nulla fermentatio generativa fieri posset, nec in, & ex fluidis Oviparis, Insectis, Viviparis, omnibusque. Consonus Motus ex univoco sapore, ac simili associabili figura nutritionis, delineationis, & structuræ, opus perficere debet; & oppositione habita fieri nequiret. Secunda medela univocationis esset, ut ex tali frumento, legumine, corpore, parte individua corporis, misto, planta, sensitivo, volatili, maritimo, &c. talis semper, & non diversus specificatus vermis producitur; & tale agens, tale mistum, talia fluida, partisque modulatio hanc, & non aliam specificationem deducere possent; & hoc non alia causa, nisi ex permanente intrinseca ideatione talium specificatorum saporum, figurarum, & motuum, ut in omnibus fermentantibus fluidis experiri licet ex intima eorum mistione. In Tritico semper Curcullus, in ligno Cossus, distinctus distinctione plantarum, sed genericè idem; Tinea blattalis in paginis, Midas in Faba; Troces in leguminibus, sed diversi distinctione specierum, ut distinctus in piso, lentibus, viccea, cicerculis, hordeo, ac cæteris aliis. Retinent ergo producta ideationem intrinsecam, ex determinatis fluidis habita sit, licet verminosa; agnoscuntque motum extricantem univocum inter talia producentia, nutrientia fluida, aut corpora modulando, & per consequens agnoscunt proprium agens hac ratione univocum etiam; aliter aliæ diversæ vermium species oriri, & generari possent ex eodem tritico, faba, &c. si agnoscerent putridum universale pro eorum agente, fovente, movente, nutriente. Intelligitur universale, illud necessarium elasticum spirale primum initium cujuscumque salientis puncti, & extricanti motus generativi.

XXVI. Retinent Oviparorum fluida in ovo naturalitèr sistentia ante incubationis motum, ac initiantem organici pulli delineationem, ideas saporiferas proprias nutrientes, & omne id aptissimum nutritioni comedentis, & viventis utentis dictis fluidis ovo contentis; in quibus servantur sapores, & modulationes, licet rudes non solum alimentitiæ, sed propagationi annexæ. Incubantur ova fœcundata, vel ovum; & motu extricationis, ac delineationis generativæ alienantur fluida illa nutrientia à modulatione ovaria, saporifera alimentia; & ex ipsis successivè conficitur, struitur corpus organicum pulliferum; ut tempore exclusionis post vigesimum diem in-

incubationis, non ſit locus, nec ſapor, nec figuratio albuminis, & fluidi, ex quo genitus pullus, omneſque partes formatæ: At in tanta alienatione antecedentium impreſſionum, & ſaporum ovariorum, non amittuntur, nec alienamur à corpore novitèr genito ideationes pennarum, coloris, ac nevorum in fluidis antecedentèr ſiſtentibus, & impreſſis ab agente materno, & maſculeo fœcundante; ita fortitèr, minutim, ac perfectæ deferuntur à fluidis ovariis in fœtum pulliferum genitum motu generationis, & ſucceſſivæ perfectionis. Modulantur, figurantur, mutantur in corpus organicum, amiſſis antecedentibus ſaporibus, & figuris; & in tanto opere transferuntur ideationes, non ſolum ſpecificæ in fluidis naturales, tempore ovationis; ſed etiam impreſſiones occaſionales cicatricum, colorum, pennarum, figurationis externæ, uſque ad violentas, & contingentes impreſſiones modulatas ac ortas ex turbata generantium ſenſitiva cogitatione. Ideationes ergo fluidorum degenerantium in radicali, & naturali impreſſione ſiſtentium, ſucceſſivo motu fermentativo generationis, etiam conſervantur in genito. In Vermium generatione id ſingulari ordine experiri licitum ſit; ſcilicet ſpecificationes, ac modulationes determinatas fieri à fluidis ſpecificis, & diverſis, eadem cauſa, atque impreſſionis ſtructura ſervata In corpore verminoſo; quæ vermium uterus, nutrimentum, fotus, & ſequentium annexorum movens, delineans: Semper tamen habita irradiationis, elaſticitatis ſpiralis, vibrationis diaſtolicæ, & ſyſtolicæ impulſione. Ritmo vitalizationis neceſſario initiantibus viventibus, & vitalitati ſucceſſivæ continuæ conſono, & motùs fermentativi univoco conſenſu, minimè ſecluſis.

XXVII. Sinus, ſivè uterus ovarium, ac ovum verminoſum continens in viventibus, non indigent novo aditu, & efflatione, & ſufflatione aeris neceſſarii pro vitali motu, & viventis generatione. In viviparis inſpirant, reſpirantque ordine fluidorum maternorum componentium, & perficientium: quæ fluida, quia in motu perenni ſunt prægnantia, & aere neceſſario gaudent, eodemque utitur ſucceſſivus fœtus primis menſibus, ultimis vaſe ovali ad inſpirationis opus neceſſarium in vivente peragendum; & quod petit intùs habet in ſuis metipſis fluidis, quibus nutritur, ac perficitur: Quod idem fit in oviparorum incubatione, foraminulis innumeris putaminis ovalis; undè ſi ova incubanda cera, reſina, alioque obducerentur occludendo illa minutiſſima foramina, certè nullum eſſet, atque nullius roboris, ac activitatis incubationis fotus, motus, ac extricatio, ex denegata aeris intromiſſione, & efflatione neceſſaria principalitèr viventis generandi ſtructuræ, & motibus omnibus vitali-
bus,

bus, naturalibusque. In frumentaceis, lignosis, aliisque seminibus, ac corporibus vermescentibus, non actu talibus fluidis utentibus, & prægnantibus sufficienti elasticitate aerea, qua indigent singula viventia generanda, quamvis parvissimæ molis sint: Duce opere naturali in seminibus prædictis, ac lignosis vermescentibus, fiunt foramina proportionata ad suscipiendam aeris intromissionem spiralem; & sicuti successivè augentur vermes, sic pariter majora apparent, & dilatantur foramina proportione Viventis majoris, & capacioris molis, usquequò perfectè structa verminosa foràs excludantur, ac omniplenam spiralem aeris copiam inspirent: In lignosis vegetantibus, non carentia totali, sed penuria particulari idipsum contingit, quamvis lignosa sint virentia, plantifera, dum fluida nutrientia non subministrant necessarias aeris spiras sufficientes pro vermium generatione, & inspiratione; undè parva, & graduatæ capacitatis foramina struntur. Indigent elasticitate, inspiratione, & irradiationis efficacia, Generanda singula; licet Im perfectissima sint Verminosa: Spirali vibrante Expansione ducuntur Viventia in motu quocumque.

XXVIII. Arctatur morosè in porulo quodam, sive ductulo fluidum aptum nutriens, aut aliud simile ordinem fluidi antecedentis, licet actu talem non habeat, ordinem; uti sunt mista non viventia, sed à vivente decisa, vel decidenda. Semina, Lactifera, fimosa, lignea, cujuscumque generis, ac species sint, semper connexionem ducunt à viventium motu, ac nutritione; & hoc ex relictis, & præsentibus ideis, atque saporibus fluentibus, vel fluxis à vitali structura (de viventibus actualibus nullum dubium est). Moroso facto fluido, paulispèr incipit alienari à figura, saporeque suo naturali, & in sinulo incipit ovulari, & figuram uterinam insimul conficit cum suis tunicis proportionatis, ut vermium generatio in fructibus ocularitèr ostendit quotidiè: Ex fluido moroso fit ovulum tenuissimo moroso fluido nutriente prægnans; Indè fermentationis motus, partim ex intrinseco fluido ovulato, partim ab irradiatione paterna solari, & spirali aerea elastica, & delineatio subtilissima capillaris in ovulo, sive fluido moroso ovi figuram habente: Quales delineationes subtilitèr modulatæ augentur, formantur, nutriuntur; & generandum, ac initiatum vermem generant: Insidens reclusum parvum nutriens, & adjacentia contigua, & annexa sinulo generationis: Quibus circum jacentibus veluti tenuissimo funiculo adhæret aliquando, & interdum ovi foraminulis quidpiam subministratur: Crescit, augetur, perficitur paulatim in tali sinulo; acquirit majorem molem, & sinus capacior fit æmulans uteri

la-

latitudinem in fœtùs accretione. Multi multoties Gemelli, Tergemini fiunt, ut feminarium oviferum figuratum, fœcundatumque fuerit; fluidum modulatum in figurâ, sapore, & motu extricante præcipuo irradiationis ac elasticitatis solaris; quibus ideale punctum spirale seminale fervescit, movet, excitat; quale formationis initium, quamvis alterius generis planta, vegetans, sensitivum, aliudvè mistum erit, & dissimile à vermium specificatione. In fructibus cerasis, malis, ficubus, aliisque, quorum vermes specificè diversi imitantes distinctionem fructuum, ideamque seminalem in propriis fluidis repositam, modulatam impressam, observandi veniunt. Fluido terminato, fermento æquali, saporibus, figurisque consonis, spirali motu, aereo motis, vibratis: Prima salientis Puncti Idea, motio, impressio deducitur. Peritis, virtuosis viris, nimis clara exarantis calami notio videbitur.

XXIX. Sic infimis terreis, & vegetantium, sensitivorum, &c. fit vermium productio, si seminalis idea abscondita fuerit, & tunc perficietur, dum elasticitate spirali, & irradiationis motu extricantur fluida;quale tempus in fructibus viridibus observatur illud maturationis. In organicis copia seminalis impressionis; qua causa semina frumentacea, leguminum faciliùs verminatione afficiantur, lactifera, caseosa. In arefactis, defœcatis, vappidis ob senectutis onus, & inopiam fluidorum naturalium seminalium: vel rara, vel tarda, vel nulla. Nec prætereundum est in arefactis ope agentis deprimentis saporum motum, & seminalis ideæ alienationem, ut solari agente nimis activo assumendo a mistis omne fluiditatis munus, aut igne actuali exurente, ac annihilante seminalem ideam corpori insistentem; tunc nullam verminationis speciem spe consequendam esse. Quotidiè frumentacea, legumina, cæteraque semina vegetantium clibano, artificioso igne excalefacta intrusa, & sufficienti tempore morantia, ampliùs nec virescere, nec verminescere, neque germinare, nullumque motum vegetationis perficere possunt. Destructis fluidorum veris saporibus, figuris depressis, & abolita seminali idea spirali, cujus beneficio extricans motus erat, spiralis primus motus obtineri nequit, ni elastico ipso.

XXX. Fieri verminationis specificas diversitates in vegetantibus, seminibus frumentaceis, cæterisque novum non est; sed talem in eodem organico in partium diversitate. Vermes dissimiles in corpore equino mortuo, & vivente. Distincti in homine ab illis, & cæteris animalibus tam in statu naturali, morboso, atquè putrescente; sic in plantis, herbisque innumeris distinctæ verminationis species, ut diversa sunt fluida nutrientia talium organicorum, & mi-

ftorum; uti in Volatilibus, & Maritimis idipſum experiri licet: Habent propria ovaria, & conficiuntur conſona fluidis ovulandis, & ſeminalibus; quorum idea modulantur corpora eis nutrita: Ipſorum fœcundatione, aeriſque elaſticitate, irradiatione patris moventis coadjuvantis, annexorumque opportunorum præſtantia fiunt generationes. Nimis apparet, illiſque patefactum eſt, in eodem vivente tales diſtinctiones pati, obſervari, fieri. Eodem ſpirali elaſtico, attamen diſtinctis fluidis ſaporibus, figuris, varias, diverſas verminationes conſequi nulli dubium eſt.

XXXI. In eodem Vivente Vegetativo, vel Senſitivo diverſitas talis annotatur. In Plantis, veluti in utero radicum orbiculari generantur vermes, & innumeros ſinulos, ac uteros obſervamus in radicibus braſſicarum omnis ſpeciei, in quibus vermes orbiculatim producuntur, multoties gemelli in eodem nodulo, ſed indumentis, & pelliculis diſtinctis, & ante generationis actum reperitur in dicto utero, ſive nodulo liquor quidam retentus ejuſdem braſſicæ ſubminiſtrantis. In trunco ejuſdem alii vermes enaſcuntur, ſed alterius ordinis, & durioris ſtructuræ, & nova ſpecies in ſeminibus marceſcentibus ejuſdem herbæ. Plantæ ſingulæ retinent in radicibus, in medullis, corticibus, fructibuſque tot diverſas vermium diſtinctiones, quot partium differentes ſtructiones; & hoc cauſa nutritionis, & fluidorum ideatorum diverſimodè, cum quælibet perfecta organica pars ſuum contineat peculiarem ventriculum, ordine ſuo tamen. Vaſa ſugentia nutritionis gratia implentur ſuo conſono fluido, & univoco; ſed ideante ſeminali impreſſione, ideoque ovulatio fit in capacitate univoca partis nutriendæ, cui inſidet. Qua partium diverſitate, & fluidorum nutrientium diſtinctione ideali ſaporifera, figurativa & motrice, inſurgit verminoſa diſſimilitudo, varia ſpecificatio.

XXXII. Experimenta non pauca, & obſervationes anatomicæ teſtantur vermium diverſitates; ut multi circa cordis machinam inventi, præcordiorum ſedem, aliorumque viſcerum orbiculationem; & nunquam ſimilitudinem retinendo. In oſſium carie inventi ſuut tineales, & diverſi ab illis genitis in dentium molarium eroſione ſemiblattearii: ut in cornubus jepes; in lingua lyttarii; in longitudine, & intercapedine muſculorum alia ſpecificatio. Unum probat omnes ſpecificationes, & ſufficiens documentum. Lumbrici teretres, platiæ, aſcarides in capacitate, & longitudine inteſtinorum; nonnè ſola diſtinctione, & locatione fluidorum nutrientium ideatione, diverſiſſimi producuntur? Ventriculi ſedes, Inteſtina

Je-

Jejuna, Colon, Ileon, Rectum, Inæqualitate nutritionis, atque Sedum; distinctarum fermentationum diversas species lumbricorum gignunt, etiam in statu naturali præcisè in puerili ætate. Locatio, Sinus, Capacitas ferè similes, non sufficiunt univocationem struere, sed fluidorum ideatio minutim totum perficit. Variæ fluidorum, partiumque nutriendarum ideationes, & ventriculorum vacuitates in saporibus, & figuris signatæ, tantas diversas pariunt specificationes verminosas.

XXXIII. Respiciendæ Caseorum species. Bubulus, Caprinus, Ovillus, Vaccinus, Caseus mollicosus, &c. In nonnullis innumerabilia ovula milliaria, & in singulo ovulo motus inspicitur, talemque intrinsecum retinent: Fœcunditatem, & ovulationis figuram habendo, vermes excluduntur; at semper in propria determinata specificatione. Ex præcisis saporibus, figuris, & motibus fluidorum lactiferorum sequentium ideam viventis lactiferi, ejusque chylificationem, & principalem annonam lactis generandi in mammis cujuslibet viventis lactantis: sic sequitur ideatio diversa fluidorum lacteorum, & caseorum coagulatorum, & in modulationem caseosam redactorum. Ni distincta fluida essent, & diversæ eorum impressiones seminales; in omnibus caseosis lactiferis etiam esset univoca verminatio, nec distinctio vermium; licet non tanta notabilis sit, attamen est, quia in eodem genere lactis specificandi. Quod magis prætereundum non est in speciebus: aliæ citiùs verminescunt, aliæ morosiùs, & sunt tardissimæ; quamvis eodem die, eodem loco, iisdem pabulis nutriantur corpora. Vermium varietas sequitur fluidorum specificationem.

XXXIV. Inest fluidis nutrientibus, licèt alitèr modulatis, impressionis ideatio diversa, & seminale extricans nobilius præstantis, celerioris, mediocris, & morosi motus, aut vappidè fermentans; uti sunt figurationes, sapores viventium; quibus insunt, atque adhærent: ex quorum alienatione à naturali in verminosam, non alienantur primitivæ impressiones totalitèr; servando in radicali esse quidpiam modulandùm in successiva futura, molesta productione verminosa; quamvis ab eodem coagulo ovillo, vel caprino lactea caseosa redacta fuerint, & sequente coctione artificiali in mollicosum caseum, ricotta dictum. Quod in caseosis ocularitèr ostenditur oriri ex fluidorum ideatione, quotidiè in medela morborum contingit; scilicet febrium distinctiones dependentes ex præcisis fermentationibus fluidorum diversorum in figuris, atque saporibus; uti forsan dicetur. Parit diversas vermium specificationes, & figurationes distinctas, fluidorum nutrientium seminalis successiva, & continua

ideatio extricans, perficiens, ultimans productum.

XXXV. Sit præsentis loci Historia. I. comprobans antecedentium causam idealem. Virgo ætatis 38. post longam potationem lactis caprini pluribus mensibus, ob morbum truculentum renum, quo libera jam facta, pristinæque saluti restituta, & post quatuordecim menses ab assumptione lactifera mane, & vesperi, pro unico cibo; Incidit in dolorem intestinalem, plurimisque hebdomadis affecta, cui multa opportuna adhibita; sedando tantam intolerabilem convulsivam affectionem topicis, & internis; sed totum incassum: Tandem per alvum excrevit platiam vermem in figura contortum, & verticosum longitudinis septem palmorum, veluti intestinalem figuram repræsentantem, cujus caput assimilabatur ranæ, & statim dolor evanuit. Convalescens tribus annis; at simili non tam diro dolore, iterum pressa; paucis diebus, excrevit alium vermem trium palmorum longitudine exuperando. Adhuc vivit, sed tantam vermium copiam excernit ascaridum sæpè, & multotiès teretrum modulationem, & specificationem sapientium, ut centenum numerum exuperet. Ideatio lactis multis mensibus habita, fortique ideatione, & impressione intestinalem compagem modulando, ut in mammaria lactifera vasa videantur structuræ intestinorum redactæ, & fluida intestinum quodlibet nutrientia sint ideata, modulata, ac saporizata in lacteam crasim: quale fluidum multis causis in verminosam texturam migratur. Infantes, Pueri, & qui lacte nimis vescuntur, & mollicosis caseis; vermium generationi magis subjacent; & hoc ob peculiarem proximitatem coagulationis in fluido lacteo repertam. Coagulatio in fluidis agit moram: morositas alienationem, & localem ovulationem: ovulatio in vivente fermentationem; & fermentatio aliena, vel naturalis sequitur ideationem seminalem fluidi. Hinc copiosum coagulum in caseationis modulatione reddit caseosa fluida proximissima verminationi, ratione celeris morositatis, & fermenti extricantis motum in dictis fluidis. Observamus, & vulgares homines canunt, experientia ducti, caseum esse verminosum coagulum, & coagulum parere verminosum caseum. In muliere antedicta occurrunt omnes specificationes lumbricorum, tam duarum monstruosarum platiarum, quam continua excretione teretrum, & ascaridum in excessu notabili. Intestina omnia, singulaque vasa crispationes, & figurationes ex longissimo lactis usu susceperunt indelebilem lactiferam ideationem, ut fluida occurrentia pro eorum nutritione afficiantur in vasorum nutrientium capacitate; lactifera idea, morositate, & opportunis singulis aptis capacitatibus vermium motum excitare, & in diversitate intestinorum omnium ideatorum,

om-

omnes quoque lumbricorum diversas ducere species. Sunt fluida distincta, variaque ideatione prægnantia, quibus correspondent ventriculorum capacitates uterinæ ordine suo. Sapores, Figuræ, Motus fermentativi cognatione similes.

XXXVI. Ex Incubatione Mirum non est, aliqualitèr diversificari occasionales ideationes oviparorum, ex ciborum, lacteorumque assidua assumptione; ut in præcedenti historia, multisque similibus notandum venit. Quodlibet agens potens, efficax imprimendi, & movendi fluidum; sufficiens est ideationes parere, intromittere, modulare. Ova fœcundata, simorum fotu exclusa, non concedunt pullos pingues, sed clamosos; si gallinacea incubentur à pavone, pulli exclusi nec clamosi, nec tristes, sed magni corporis, & præcisè in figura pedum; si à columba, erunt pipientes gruendo: retinent pennas aliqualitèr modulatas ad similitudinem incubantis alienæ speciei; sic cantum, figurationis molem corpoream incubantium (aliqualem tamen ideationem suscipiendo) ut passim observare licet. Aliena incubatio suscitans spiritum salientem seminalem, imprimit in ovis fœcundatis suisque fluidis notas aliqualis ideationis, cujus impressione fluida agunt in fœtum generandum pulliferum, semper servata speciei propriæ ideatione, & individui structura. Quid non præstantius in fluidis propriis?

XXXVII. Majora operantur annitemporum stationes, aerisque spiralis luciditas, elasticitas; & his sequentia annexa. Non tantùm in volatilium exclusione, mayali tempore, æstivo, autumnali, hyemali, quorum irradiationes, elasticitas distinctæ non ultimum præstant auxilium ideationi; quamvis occasionale. Singulæ motiones in aere, & cum aere fiunt; nec motus vitales, omnesque generativi intrinsecè perfici possunt, aere secluso. Quis unquam vivens inspexit, etiam petrosum conchylium, ac saxis, scopulisque affixum inspiratione, respirationeque carens? Ideantur ergo aliqualiter occasionali impressione producta, & genita; elasticitatis, & annitemporis distinctione, & spirali varietate.

XXXVIII. Incubationis distinctio, Annitemporis, Loci, aliorumque efflatio, valent motum aliqualem ideationum variare in sensitivis. Quid non majoris graduationis in fluidis nutrientibus partes singulas diversas organicas non considerandum? Specificatio intrinsecis specificatis fluidis nutritur, restauratur, conservatur; pariterque dum alienantur fluida talia, diversam sortiuntur modulationem, impressionemque in verminationis ordine. Vegetantium verminationes, saliumque extractiones ab eadem specifica herba diversis locis affixa Orientali, Boreali, &c. distincto tempore eruncata; salium,

spi-

ſpirituum copia, luciditas erunt patentia documenta, & demonſtrationem explanabunt.

XXXIX. Nec Generationis qualecumque opus perficitur in corporibus, & ex corporibus fluidis, aut ſolidis totalitèr, vappidis, effœtis, ſalibuſque, ſaporibus, & figuris naturalibus, aut aliqua modulatione aptis omnino deſtitutis, omnique ſpiritu, & motu ſpoliatis. Talia corpora carent fluidis nutrientibus, aut capacitate quadam capacibus nutrire, fermentari extricari. Sunt veluti mortua, omnique ideatione ſuppreſſa in receptione, vel tribuitione. Obſerva truncos arborum novellarum, ut populeonis reciſos in gyptis, aliiſque humidis aqueis locis ſervatos, ad tempus producere fungos ſimiles propriæ ſtructuræ, & præcipuè, dum madefiunt ab annitemporis cauſa, aut cultoris, vel locationis activitate. Primo fluido aqueo ſucto à porulis, modulatione plantifera ſtructis, adhuc ideam ſeminalem retinentibus; & primordiis naturalibus non dum alienatis; ideando fluidum occaſionalitèr ſuſceptum in figuram, ſaporem, motumque fungorum univocorum ſpeciei talis plantæ: fit productio talis, ut in populeone, ficubus, ſambuco, quercubus; & qualibet ramoſa reciſio plantifera apta fungos parere, idipſum agit: dummodo, & uſquequo ſpiritu modificante, idea ſeminali, ſalibuſque non omnimodè privata fuerit. Si enim areſcat Solis radiis, vel actuali igne, vel nimis flacceſcat, & relictis partibus ſeminalibus ideantibus, & omiſſis præcipuis figuris, & ſaporibus conſonis ad nutritionis opus; certè impoſterum fungos minimè producet; effœto trunco, vappido inerti. Uſnea Cranii humani malleo fracti argumentum firmat.

XL. At obſervatione non ultimum eſt in fungorum productione. Primum eſt, talem generationem fungoſam in vegetantibus, vel propè ideam vegetantium retinentibus eſſe, & imitari productiones verminoſas ſenſitivorum; in quibus alienatis fluidis naturalibus aliqualitèr è craſi proprla; verminationis ſpecies inſurgunt diſtinctæ, diſtinctione partium organarum, & ipſorum modulantium fluidorum. Non producuntur vermes in ſalubritate viventis ſenſitivi, ſed moleſtia; nec generantur fungi in plantis vegetis, ac omni ex parte perfectis; ſed alienatis in ſtructuris plantarum, & determinata aliquali figurarum, ſaporumque diſtinctione à naturali; uti in ſenſitivis ſimili metro contingit. Verminationis in his opus inſurgit; in plantis fungorum productio, habita ideatione ſeminali terminata: tantummodo ipſa tolerabiliter alienata à modulatione ſaporifera, & figurativa proprii naturalis organici, cui ſpiralia univoca nutritionis opera tribuebantur ordine vegetationis individuæ ſpe-

fpecificatæ. Secundum non prætereundum. Eft temporis ordo, ut fimilitudinem vegetationis germinantis verno tempore, florefcendo, & fructificando modulationemque fequendo. Sio etiam fungorum apparitio, & eruptio oritur tempore fervefcentiæ fluiditatum plantiferarum; undè aliquibus annis, & ftatutis temporibus fungi enafcuntur ex fucceffiva alienatione faporifera fermentativa. In lapidibus fungofis montanis fungos producentibus eandem medelam, ordinem, ac ritmum obfervamus. Tertium non negligendum eft, fpecificationem fungorum diverfam fieri diverfitate plantarum: Caftanea producit fungos dictos, linguas canis, fimilitudine linguæ caninæ; fic etiam propè radices quofdam racemos fungofos flevefcentes, grues nuncupans. Populùs amphifias, vulgò rocelle; ita fambucus; & in ficubus alia fpecies, uti in quercubus magni, ac ponderofi fungi auriculares, & pondus quinquaginta librarum excedendo aliquando; ut pulchri vifu fint, nuncupantur gallinacei. In omnibus plantis fungos generantibus, fingulæ fingulas fervant fpecies proprias, & non alias producunt, caufa ideationis plantiferæ, nunquam difcedentis totaliter à præcifa fua modulatione. Vermium generatio in fenfitivis eandem diftinctionem fpecificationis tenet, non folum in fpecie, fed etiam in diftinctione diverfa partium organicarum, ut fat in fuperioribus oftenfum eft. In eodem fenfitivo diverfas vermium fpecies produci, ut diftinctis fluidis partes enutriuntur; quibus varium verminationis opus fit, diftinctufque ventriculus.

XLI. Licitum fit in præfenti parum immorari in Extricatione fermentationis perfectivæ, & defectivæ; ut clariffimè patefcant vermium generationes ex vegetantibus ortæ. Perfectivam dicimus illam, qua generatione perficiuntur fluida in corpus nobilioris ordinis organicum vivens. Effent Generationes oviparorum fluidorum in pullum organicum deductorum; & ex eorùm ignobiliori ftructura fluiditatis, actus fermentativus feminali ideatione extricante, ftruit perfectius, præftantius, nobilius corpus compofitum vivens carneum. Sic paritèr omnes fenfitivorum generationes, & fingulæ delineationes, modulationes, ab ordine fluiditatis mutantur motu fermentativo generationis in corpus perfectum. Nutritiones, augumentum, reftaurationes, & ftructiones viventium omnium funt; atque perfectivæ nuncupantur. Pariterque ciborum in chylum fermentationes, & chyliferæ in cruorificas modulationes, & ideas. Uno verbo, omnes perfectivæ dicuntur, dum excellentius, præftantius, nobilius opus perficiunt ex fluido, vel folido corpore antecedenti fermentando, facto tranfitu in perfectius ex perfecto tam

cau-

causa organizationis, quam vitalitatis, vel genericæ, vel specificæ. Defectiva Fermentatio oppositum gignit. Perfectum omittitur, imperfectius insurgit. Præclarum, Nobilius, Pretiosius id, quod fermentationi subjacet, minùs præclarum, minorisque structuræ, & defecatæ modulationis in quod migratio, sivè mutatio fit. Fermentum musti in vinum perfectivum; vini in vappam, & rancíditatem, vel acetum defectivum. Chyli in sanguinem perfectiva fermentatio; sanguinis in pus defectiva: sanguinis in optimam corporis, partiumque nutritionem perfectiva, in liquamen defectiva. Fluidorum nutrientium naturalium in vitalizationem partium corporis organici, cujus fluida sunt, perfectiva fermentatio; at si eadem fluida opus restaurationis, nutritionisque naturalis corporis in verminosum deducant, defectivus motus fermentativus. Omnia, singulaque fluida cujuscunque ordinis sint Biliarii, Lymphatici, Pancreatici, Chyliferi, Nervei, Sanguinei, si in nutritionem, & conservationem naturalem viventis organici referantur; tunc motum perfectivum habemus: sin minùs in causas morbificas, alienos motus, & molestos ducantur: defectivum fermentum adipiscimur. Fluida quæque deducta alicui organicæ parti nutriendæ, si loco dictæ nutritionis naturalis, deferantur generationi verminosæ; tunc affecta defectivo motu formentativo dicuntur. Hoc partium solidarum ordine, & fermentationibus fluidorum fermentabilium, & mistione effervescentium tribuendum venit. Occurrit fluidum nutriens pro nutritione partis, & nutrit apostema, vel carbunculum inflammationem, abscessum, &c. defectiva fermentatio, defectivus motus. Præbetur fluidum pro nutritione vegetantis, & transit in vivens sensitivum, licet imperfectum, dicitur perfectiva fermentatio: ab ignobiliori ad præstantiorem speciem deductio. Sicut in oviparis fluidis accidit perfectivus motus in perfectum organicum sensitivum vivens; ita æquali pondere corpus vivens sensitivum substituitur pro fimo plantifero, vel herbaceo, ut in appositione corporum sensitivorum estinctornm propè plantas pro illarum nutritione copiosa; uti in perfectivo motu sunt omnes species fimorum in nutritione plantarum, herbarum, & modulatione lumbricorum terrestrium, aliorumque imperfectorum sensitivorum (servata semper graduatione specierum præstantium, & minùs præstantium), in quas, & à quibus transitus, mediante motu fermentativo fit.

XLII. Ita antecedentium fermentationum motibus explanatis: Datur, concediturque locus dubio forsitan faciendo in vermium generatione. Videntur vermes geniti ex fructibus, plantis, truncis, aliisque vel vegetantibus, vel fimosis, quamvis seminalibus ideanti-

bus

bus ſtruentibus impreſſionibus dotatis. Attamen videntur agentia fermentantia, moventia extricationem, motumque fermentativum delineationis primæ, & ſtructivæ ſecundæ, eſſe inferioris ordinis, & diſparis ſpeciei, ſcilicet vegetativæ in ſenſitivam; fimoſæ in lumbricalem; fructiferæ in ſenſitivam. Nec eſſe ſufficientem, & efficacem talem ſeminalem extricantem, moventem, fœcundantem ideam aptam, capacem generandi nobiliorem ſpecificationem, ſcilicet ſenſitivam, quamvis verminoſam: ſic etiam in defectivis à nobiliori in minùs præſtantem.

XLIII. Undique patet ſolutio, cognitis anatomicis obſervationibus allatis, & innumeris adducendis. Motus fermentativus ſeminalis ideans in plantiferis, fructibus, caſeoſis, herbaceis, ſingulisque ſimilibus; eſt motus perfectivus fermentativus, licet in aliena ſpecificatione fuerit. Frumentacea, cibi caſeoſi; & ſimilia, ſunt infimiſſimæ ſpecificationis: comparatione muſculorum, oſſium, ſingularumque partium viventis reſtaurandi; & chylificatione, ſanguificatione, aliiſque fermentativis motibus perficiuntur, & ſubſtituuntur loco fluidorum nutrientium, & ſucceſſivè annectentium, uniendorum, & in ſtructuram organicam viventem ducendorum: & hoc motibus fermentativis perfectivis conficitur; & dum fluida ſingula tranſeunt in ſtructuram organicam ſolidam, etiam perfectivo motu ducuntur. Defectivo motu fiunt Generationes ex nobiliori in depreſſam ideationem, ſtructuram, & organizationem. Ut Cruoris in pus; Corporis viventis perfecti in verminoſam compagem, & cujuslibet, ſingulique fluidi ferveſcentis ab idea præſtanti in minùs præclaram, non ſolum cauſa termini acquiſiti, miſtionis, & ſtructuræ; ſed non viventis in vivens, fluidi in ſolidum; imperfecti in perfectum; vegetantis in ſenſitivum; ſenſitivi ignobilis in nobile (dicimus nobile ratione ſpeciei; & diſtinctione operationum, & organizationis, aliorumque annexorum ſequentium ſpecificationis medelam & perfectionem). Vermium generationes aliquando habentur motu perfectivo, & multoties fermentatione defectiva, comparatione cujus, & in quod, & quod, à quo ſua primordia fert. Defectivus motus in alienato. Perfectivus dicitur ſemper in quolibet novo ideato.

XLIV. Methodo eadem arguendum in generatione fungorum, verminationis ſpecificationem aſiqualitèr æmulando. Multoties fungorum productio ex terræ ſinu non pauca venit, inſurgit; In quo caſu cogitandum, & ſcrutinio ducendum fluidum fungos producens, ſi fuerit otioſum; minimèque plantifero, herbaceoque generi ſtatutum. Tunc motus dicitur perfectivus ſpeciei, & fermenta-

P tivus

tivus præstantiorem ideationem incipiendo. At verò, si fluidum erit pro nutritione vegetantis perfecti plantiferi, herbacei, & vegetantis; tunc debiliorem, & imperfectiorem ideationem figurationis, & saporis occupando, in defectivo motu constituendum est. Arborum fungi sunt, fiuntque defectivo motu fermentativo, dum alienata fluida nutrientia plantam, in fungosam speciem modulantur; sic figurata, saporifera, fermentata pro totius corporis viventis structura, & nutritione præstanti, dum alienantur in verminosam imperfectam modulationem. Lumbricorum viventium, in vivente organico; generationis defectivus motus. At verò eorundem, sed terrestrium ex fimis seminali idea prægnantibus generatio, & productio perfectiva est, & non defectiva: Iisdem causis, rationibus, anatomicisque observationibus initis habitis; distinguitur Motus elasticus-spiralis fermentationis, & generationis cujuscumque primum punctum saliens, delineans, perficiens, ultimans genitum in defectiva, vel perfectiva specie, ex graduata comparatione productorum.

XLV. Quod observandum venit in fungorum, vermiumque productione est: Vermes eo fluido nutriri, quo geniti fuerunt simili, nec alio dissimili, vel proximè permutabili; ut extra alveare positi, & ab utero, & sinuositate exclusi nesciant alimonia uti, nisi in similem sinulum eiciantur, ut in lumbricis sensitivorum, caseorum, frumentaceorum, singulorumque. Sic fungus si extirpetur à proprio sinu, quamvis novitèr figatur terreo utero, nec crescit, nec nutritur. Sunt imperfectissima viventia, tenuissima idea, nutrita producta genita; & ex illis fluidis pariter ideatis tenui efficacia, & ab agente elastico spirali eorum tenuissima moles, structura, compositio demonstratur: Nequeunt ulterius progredi, nec naturalitèr ducuntur; ut deficiente alimento, possint aliundè petere; uti singulorum sensitivorum species aliæ agunt; Muscæ, Vespæ, sensitiva Insecta alterius graduationis, & perfectionis molis, & compositionis figurarum, saporumque. Quibus motus progressivi univocantur: ipsorum ideationem sequuntur consequentia naturalia annexione naturali.

XLVI. Utuntur tali fluido, illoque vescuntur quamdiù reperitur in sinulo generationis, aut propinquiori. Extinguntur, pereunt; illo deficiente, nec ipsis conceditur locus petendi, & novos sinulos longiores penetrare; nisi aliorum sociabilitate. Osseis partibus carent, sivè solidis ac durioribus, spinosisque, causa fluiditatis seminalis infimæ notæ, & activitatis. Fluidum, ex quo fœcundatio, & productio intrinseca soliditate caret.

XLVII. Erudimur denique in his verminationibus, nullum fieri

ri ab hisce vermibus semen, nec in eis construi partes, organa, ductus, neque canales, & alia operi generativo, & fœcundationi dicata; nec seminant, neque seminis motum continent; carentque omnibus fœcundantibus organis. Eadem causa est generationis ab agente non univoco, minusve generante organico vivente; alitèr non essent à fluidis verminationes, sed univocæ, vel tertii generis parentum generantium: simili ratione annotantur seminis defectus; nec fœcundationis impressiones reperibiles in tali genere verminoso. Coeunt reliqua, muscæ, pulices, vespæ, omnia, singulaque ovo genita, fœcundata, exclusa, producta ideatione parentum generantium. Nec Vermes caseosi, plantiferi, simosi excludi, generari possunt, nec nutriri; nisi incubationis fotum, & nutritionis munus ab ipsis fluidis, & in eisdem alveosis terminatis uterinis suscipiant, habeant, recipiant; & totum id, quod elasticum spirale vibrans tali viventi consonum opportunum erit.

ICONISMUS IX.

Ideæ Seminalis Quidditas, & Efficacia.

I. Idearum seminalium dilucidatio, eruditio, atque sermo, non esset præsentis paginæ, sed sequentium. Consona esset methodus, priùs de Ideis universalibus ratiocinari; indeque particulares inquirere. Genus primùm, secundariò Species. At quia de Seminali Verminationis Ideatione aliqualis notio idealis tradita est, licet transeuntèr: Quod sit impressio tributa fluido, indèque solidis ab agente movente, alioque modo imprimente, &c. Ideoque nunc de Seminali Quidditate, & ejus Efficacia agere visum est, ut antecedentis Iconismi notæ undique pateant.

II. Dilucidatio in præsenti non est ideæ similitudinis specificæ, vel occasionalium, aut individualium; sed seminalium impressionum, modulatione fœcundationis aptæ, natæ, constructæ, deductæ in fluidum naturale omnis generis, ut fermentatione determinatorum saporum, & expressarum Figurarum, inducatur Motus fermentativus ex consonis, vel propè univocis fluidis in terminatum fluidum, vel fluida fermentanda, in quorum intrinseca structura latet, & absconditur ideatio introducta tali fermentatione; ut adveniente agente capaci movente, vel elastico, vel irradiante, vel incubante, suisque congruis annexis, possit extricari Motus fermentativus fœcundans generativus spiralis primus in puncto saliente.

III. Extant innumeræ comprobantes fermentationes fluidorum

naturalium. Chyliferæ, Pancreaticæ, Lymphaticæ, Nerveæ, Sanguiferæ, aliæque, in quibus deductis saporibus consonis, appositis debitis figuris, & modulatis ab agente capaci univoco intrinseco, vel extrinseco potenti capaci, apto fiunt fermentationes, & generationes omnigenæ, atque finitæ, & præstantis compositionis, structuræque naturalis. Generantur Succi Cystici, Oleosi, Sulphurei, Roscidi Chyliferi rudes primò; sed successivis fermentationibus, & his chylosis, uti ex polychresto deducantur, variis fermentationibus. Lymphatici, Nervei, Salivales, Subacidi, Cruorizati, impetum facientes succi omnes, singulique inter ipsos dissimiles, distantes, fermentantes; dum uniuntur, diversis operibus signati, & dicati distinctas partes nutrire, & munera præstantia dissimilia perficere. Sola distinctione saporum, figurarum, ac modulationum id totum perfectissimè agitur, perficitur; & hoc agentis moventis intrinseci, vel extrinseci; organi, fluidi insidentis, saporis, figuræ, modulationisque motu fermentativo. Fermentatio Chylosa non fert munera, nec onus cysticæ. Nec hujus opus peragitur à Lymphaticis, Pancreaticis, & horum minimè à Nerveis, vel cordialibus. Omnes, & singulæ sunt perfectissimæ fermentationes, diversæ, distinctæ; distinctas proprias individuas ideationes, & vires univocas principalitèr habendo: non prætermissis fundamentalibus ideis primo primis, vel specifico fermento intromissis, & universali spirali elastico dilucidatis, diffusis.

IV. Attamen univoca generantia coeuntia peculiare organum, membrum, sedem possident; quibus, in quibus, & cum iis tales seminales fermentationes, ideationes, & impressiones celebrantur, aguntur, perficiuntur, tam oviparis, viviparis, insectis maritimis, volatilibus singulis, ac sensitivis perfectis. Hæc sub nomine seminalium, genitalium, pudendarumque organicarum partium, atque testium, uterique. Ovarii structura, figura, modulatione, & motu individuali; semina productione fœcundante ideando, struendo, perficiendo; quorum sermo in sequentibus fusiùs habendus.

V. Realis Quidditas seminalis Ideæ est impressio facta in fluido nutriente depurato, lucido, roscido, præstantiori existente in corpore organico vivente, & priùs multis gyrematibus filtratum, cribatumque fuit universali spirali motu diastolico, peristaltico, & systolico, invadendo singulas partes organicas successivis intrusionibus, atque expulsionibus anastomaticis, totalemque luciditatem spirituum nerveorum, & impetum facientium retinendo. Quibus invasionibus, transitu, itinere, suscipiendo similitudinem aliqualitèr fermentativam, ac ideationis universalis, ducitur organo ultimante fœcundationis

cundationis actum; nunquam amittendo primitias impressiones, & ideationes perfectas, rudes imperfectas, salubres, insalubres, molestas singularum partium, quas sæpius gyrematibus successivis invasit, occupavit, usque ad precisas individuales; non exclusis occasionalibus habitis tempore fœcundationis, vel morositatis in organo prolificante. Organa præcisa huic operi fœcundationis retinent naturale insitum fermentum seminale; nom minùs ac organa sanguifera cruorizandi chylum. Cystica modulandi succum proximioris figurationis, ac saporis in succum felleum. Lymphatica lympham, & ita de cæteris fluidis ideandis motu fermentativo distiucto, diverso. Ideatione seminali ab agente fœcundante ultimato introducuntur sapores, figuræ tantæ, talisque modulationis, ut sint capaces extricari, moveri, & fermentationis generativæ motum exercere. Quæ omnia continentur in parte fluida nobiliori. Respice in seminibus, seù ovulis vegetantium, germinisque seminalis ? sedem, & compagem esse servatam in præstantiori seminis parte, qua remota, aut graviter læsa, nullus germinationis actus. Deficit spirale elasticum fœcundans, sapores, figurasque fluidi intromissi, & à machina viventi decisi extricans, & in motum generativum ducens.

VI. Uti fungorum Ideationes seminales fiunt in Plantis, Vegetantibus aliquibus, producendo fungos ex fluidis modulatis nutritioni plantiferæ, vel truncis arboris recisis non vappidis, sed adhuc aliquales præteritas ideas retinendo, dum alienantur ab univoca nutritione; & illud seminale nutritivum pro restauratione servatum, & à structura figurativa, sapore, & modulatione vegetativa specificata impressum, & ideatum movendo, extricando, alienatione quadam à naturali crasi deductum in fermentationem fungosam alienam à nutritione plantifera, sed univocam plantæ generanti ordine præciso, ut ab hac planta talis fungornm species, & non alia fiat, æmulando verminationem diversam viventium, & partium etiam distinctarum viventis, causa structuræ, & distinctione succorum nutrientium, ut supra probatum, aliam in osse cariosos vermes generantem adesse ideam dissimilem in musculis; diversam distinctione intestinorum, ob tantas distinctas, diversas figurationes, sapores, partiumque nutriendarum fluiditates nutritivas; ut etiam in alienatione, id insitum seminale nutritivum conservetur. Fermentum Tritici extricans motum fermentationis in diversis frumentaceis, & uti topicum appositum apostematibus, tumoribusque suppurandis, etiam motum fermentativum inducit in carnibus diversæ quoque specificationis; & quidpiam dissimile producendo, & introducendo, univocatione tamen partis supponendæ. Confirmat ad unguem hoc explanatum

natum fermentum ſeminale nutritivum, & ejus efficaciam; fungus enaſcens craniis humanis malleo ferreo fractis facinoris horrore à carnifice. Talia crania à corpore abſciſſa, & præciſa; publicis locis delictorum atrocitate expoſita inclementiis annitemporum pluviis, nivibus, ventis, fervidiſſimis ſolaribus radiis, omnibuſque injuriis; poſt annos aliquos, & aliquando breviori tempore, producunt fungum in loco fractionis à carnifice facta ibidem mallei intruſione intenſa. Uſnea fungus dictus, figuram æmulans fungi populei; uti vidimus annis elapſis, cranio enatam uſneam talem non parvam cavea ferrea incluſo. Reliqua membra, femora, brachia, coſtæ, pedes, omneſque partes talis flagitioſi, iiſdem injuriis annitemporum, & longiſſimo tempore morata, & pendula, nunquam fungos, ſivè uſneam producent. Verminationi ſubjacent multiplici, & diverſæ; diſtinctione partium alienatarum. Cauſa in his Idea ſeminalis fluidi adhuc ſiſtentis in parte tabulata cranii fracti, ideantis, & producentis figuram, & ſtructuram uſneæ. Præſtans auxilium ſiſtendi ſanguinis fluxum, ex ideatione oſſea deductum; & pavore, & fixactione omnimoda ſpirituum in tanto flagitio introducta, atque impreſſa in omnibus fluidis miſelli trucidati; triſtinuncio, & ſupplicii atrocitate ſuppreſſi, extincti.

VII. Multum, altiuſque demonſtratur efficacia ideationis ſeminalis, anatomica quotidiana obſervatione; eruptione morbillorum, variolarumque omnibus adveniente; aliquibus infantili, aliis puerili, nonnullis pubertatis ætate, multis juventutis tempore, paucis ſeneſcentibus. Seminale fermentum extricandum; receptum impreſſum partibus ſingulis organici viventis tempore geſtationis, quo non depurantur totalitèr fluida naturalia nutrientia, nec cribantur, impuritatibuſque ſpoliantur minimè (menſtruationis motu tunc recluſo) dum non omni, ac totali copia fœtus indiget delata formationis, & nutritionis cauſa; maximè primis menſibus. Undè fœdato polychreſto alimento; eoque dùm nutritur, augetur, perficitur machina viventis; omnes, ſingulæque ejus partes tali fœdata, atque contaminata ſeminali ideatione afficiuntur, & retinendo tamdiù abſconditum fermentabile virus in ſinu proprio, ut occaſionali elaſtica cauſa, vel alia movente; motus fermentativus depurationis occurrat, modulatione, & eruptione morbilloſa; variolacea, & expulſione alieni moleſti vitioſi expellendi à tota maſſa fluidorum, & ſpoliando partes ſolidas, in quarum ventriculis, & ſinubus diù, & à primordiis generationis, tale fœdiſſimum virus retentum fuit. Sic ideæ ſeminales podagricæ, gallicæ, epilepticæ, & ſingulorum ſimilium morborum; parentum generantium vitia in generationis ordine,

dine, & structura a fluido seminali, motu fermentativo in singula fluida nutrientia, & successivo motu nutritionis in solidas partes deducuntur; ideando partes illas magis aptas recipiendi talem molestam ideationem, & similem deferendo, univocatione, & structuræ consonam, ut à nerveis morbosis in nervas natorum & à morbosis osseis parentum, in osseas filiorum, &c. sed quod mirum est tales seminales ideas longo tempore ascondi, & ætatum progressu moveri, extricari, fermentare; ut in podagra, reumatica affectione, aliisque similibus, continuus usus demonstrat. In fluidis terreo sinu contentis, & occasionaliter nova nonnumeraturali impressione ideatis; idipsum observare licet, sed infallibili usu: in seminibus specificis (abscondita vi seminali) patefit ejus efficacia tempore germinationis, successivis nutritionibus, usque ad fructificationis opus; delineando tenuissimo nevo, lentigine crispatione, vel cicatricula productos fructus; similitudine ideationis seminalis, multis annis elapsis, plantam propagando servata. Phalangii, seu Stellionis, Tarantula dicta, venenum absconditum, suo tempore tarantismum movet; sed quod mirum requirit, exigitque diversa instrumenta musicalia, distinctione objectorum veneno affectorum, ut si fuerit virgo, vidua, vir hilaris, serius, juvenis senex, &c.; ideantur fluida demorsi venenoso fluido Lucertulæ Phalangiæ, ordine crasis patientium: ut suo loco forsan diceturlargius. Nerveæ partes depravantur, & veneno præciso: fundamentales seminales ideationes, uti nobiliores, lucidiores, præstantiores cujuslibet viventis organici perfecti, modulati, structi: tempore extricationis moventur, fermentant, agunt.

VIII. Vis, & efficacia seminalis ideæ, est tanti supremi ponderis, ut reperiri nequeat actus vegetationis, nec motus generativus fermentativus ullus absque seminali impressione. Quod Primum Saporiferum, & Figuræ Præstantissimum, & Lucidissimum, Nerveum, Extricans, Movens, Fermentans in seminali structura reperibile fit, ordine vegetativo, & sensitivo tantum; nam generationis opus est motus vegetativus, sive germinationis; & perfectissimo ordine non excedit sensitivi limites. In seminibus, sive ovulis herbarum, & plantarum reperitur nobilior, præstantior, efficacior plantæ, herbequæ saporifera, figurata, germinisque structura; ut in tanta angusta capsula seminali reperire liceat rudem herbam, totamque plantam imperfectè delineatam. Triticum, Faba, Cucurbita, Pinus, quercus, Castanea, Cerrus &c. fluido aqueo, vel simili, omnique propinquo, ipsa prægnantia id pulchrè ostendunt; ut suscepto motu extricationis saporiferæ, & figurarum, ex solutione filium à

fati-

fluido intromisso, & Elastico Spirali Expansivo Diastolico id totum obtineri possit. Nimia luciditate gaudet Seminale Fluidum, ut non dissimilem texturam retineat nervei depurati spirituosi fluidi: & hoc non solum propagationis specificæ causa; ut non inferioris, sed supremi ordinis esset propagativum specificum respiciens successiva generatione, universalis machinæ viventium conservationem, ejusque perfectam structuram, ac perpetuitatem; & occasione contingentium, vel causa terminatæ durationis tempore deficientis, ætatum longitudine, senectutis naturali deficientia, aut occasionali morbifica. Structa sunt semina conservantia in propria capsula seminale fermentum, præstantis efficaciæ, cujus motu fermentativo vegetationis ideam, & vitalitatis successionem instruere possint: hoc in qualibet specie vel vegetantium, aut sensitivorum perfectorum, imperfectorumque, & generali omnigena vitalitate inveniri, conservari illis deficientibus; congruè, naturaliter, & consono ordine esset: quo nobilissimo, necessario, & universalissimo opere peragendo, ac propagando, opportunum, præclarum, præstantissimum eligendum, formandum erat; cujus efficacia, compositione, sapore, figura, activitate motus generativus fermentativus exequi, fieri, atque ultimari posset: quod semen fœcundum fœcundans: idea ideans esset. Omnia semina, & singula seminis actum repræsentantia, prægnantia, vicemque exercentia seminalem; tantis dotibus luciditatis, præstantia, & efficaciæ sunt; ut in ipsis extricationis motus fieri possit, & productionis initium.

IX. In parte nervea lucidissima potissima, activissima, ac omni ex parte depurata, cribata, & modulata; seminalis vis recondita, servataque fuit ex rationabili causa. Quod Lucidissimum, Nerveum spirituosum est, non tantummodo gignitur ex validiori, ac lactico roscidiore fluidorum nutrientium; sed quod in hoc opere negligendum non est: Depuratio, Luciditas, Spirituositas talis minime haberi, ac consequi potest in quocumque fluido; nisi innumeris gygrematibus tribetur, filtretur, depuretur à quocumque alieno inquinante; nec spoliari omnimoda opacitate, ni multiplicibus fermentationibus, invadendo singulas sedes fermentativas fluidorum nutrientium, & aliorum naturalium; & tantis circuitibus in quolibet emunotorio depuratio fiat. Hinc tantis circuitibus non solum contrahit ideales similitudines, & impressiones singularum partium invasarum, sed omnes salubres, insalubresque ideationes individuales cujuscumque nutriti, organici. Morborum, cicatricum, aliorumque occasionaliter, aut naturaliter partium structuram occupantium; in seminale fluidum translatio, appositio, delatio; & à seminali fluido taliter idea-

ideato; deductio fit motu generationis fermentativo in subjecta fluida fundamenta partium formandarum materialia, & totius generandi corporis organici; talium impressionum, idearumque seminalium delatione.

X. Servatur in hoc opere struendo distinctio ideationum maris fœcundantis, feminisque prolifici, ac fœminei fœcundandi diversitate imprimentis, & moventis, moti, & impressi. Fluida muliebria, vel ovipera putaminibus ovarijs contenta, & in proprio ovario uterino considerata, atque genita, vel vivipara proprijs tubulis, & seminarijs producta, servata tempore fœcundationis localiter movenda, ducendaque in plicas, & structuram uterinam. Locus fœcundationis, conceptionis, formationis; compositionis, nutritionis, perfectæ structuræ, debito tempore, motu naturali excludendæ, ratione partis incapacis continentis uterinæ causa fœtus jam perfecti structi, & nutritionis insufficientia; petendo alimoniam majorem, copiosiorem, validiorem, ac munera inspirationis, respirationisque copiosiora, clariora, vibrantiora, elasticiora; corporis, organorumque compositione solidiore sic indigente, & requirente. Undè matris, fœtusque simultanea exclusio: fœtus petit excludi, uterus quærit onere præssus se exonerare, & conceptum partum foras detrudere, lucique committere. Omnibus his ritè, rectèque à Summo Infinito Opifice sic ordinatis, rectis, atque servatis, perpetuatione specierum omnium, tanto, talique tempore, ut suæ immensæ sapientiæ placet. Considerantur ergo muliebria fluida fœcundanda passivè ideata: passivè dicimus ideata, quatenùs ex se solis nullum motum generationis, & extricationis retineant. Sunt capacia pati, moveri, extricari, delineari, formari in corpus organicum à fœcundante semine masculeo, apto structo, ideato, intrinsecè motum fermentativum agere. Retinent tamen omnes ideationes, figuras, & sapores partium struendarum, quales recipiunt, habent, continent ab organica vivente materna; ut partes non sint deficientes in ovo fluidis muliebribus formato. Necessariæ, opportunæ futuro generando,& augendo usque ad perfectam exclusionem,& sufficientem organicam structuram. Hac structura, modulatione, figuratione, & tali fundamentali materialium fluidorum præsentia, fiunt, comparent, deducuntur maternæ ideationes, & similitudinis impressiones à matre in suos natos, præcipuè in oviparis. Quibus exclusis ovis ab ovario fœmineo, non ampliùs materna alimonia intrinseca indigent excludendi, generandique pulli, nisi sola incumbatione, vel propria, vel aliena; ut motus fœcundationis extricetur in ipsis componentibus, formantibusque fluidis. In viviparis alitèr fortiùs cogitandum,

Q dum,

dum, scilicet successivum alimentum præstandum nato concepto pro illius formativa delineatione, compositione, & ultimata perfectione. Quibus mensibus gestationis, & alimenti delatione, omnimoda partium similitudo perfici posset; uti de facto monstruositates, desideria, concupitus alienorum, appetitus sylvestres insolitarum rerum, ciborumque, funestorum, neutralium, & morbosorum accidunt; ex quorum privatione, & denegatione, aut imprudenti exhibitione; motis, & ideatis fluidis deferendis pro fœtus nutritione, talem impressionis conceptæ, & concupitæ maculam, partui, fœtuique tribuunt, ut dicetur in posterum. In oviparis hoc deficit, non indigentibus successiva materna alimonia; dum opportuna, sufficiensque retineant in annexo vitello alimentum formationis successivæ, & nutrimentum. Incubatione antedicta apposita, totum agitur: sic diversitas incubantium diversimodè afficit, similes tribuit ideationes, quamvis rudes pullis excludendis. Sunt ergo fluida passiva fœminea, ut in subventaneis ovis observatur, fœcundatione carentibus totali, vel non sufficienti. Aliquando seminis masculei efficacia, & seminalis vis non clara, non lucida, non spiralis ad debitum pondus activitatis, & graduationis fluidorum fœcundandorum; aut alterius, vel utriusque vitio, & læsione remanent effœta, vappida, subventanea, inepta generationi. Idem contingit sensitivis, reliquisque generandis, ut in operis progressu sat ostendetur.

XI. Efficacia fermenti seminalis ostenditur in fermento panificio, in coagulo lactifero, in molestia, & gravi læsione veneni cujuslibet majoris, minorisque activitatis. Fermentum panificium suis saporibus, figurisque extricat motum fermentatiuum in quacumque massa farinacea frumentorum; tardiori, celerique motu, ut passibilis farina fuerit. Coagulum hædinum, ovillum massæ lacteæ bubulæ, vaccinæ, ovillæ, caprinæ impositum mistum proportione æquali, & graduatione temporis, & annitemporis habita: in quibusdam celeriùs, in alijs tardiùs caseatio conficitur. Venenorum introductio viperini, scorpionis, rabidi canis, &c. distinctione ætatum, locorum annitemporum, aliorumque; morosè, aut celeritèr fluidorum naturalium fit fœdatio, contaminatio, coagulatio, alienatio. Omnia tamen fluida succesivè ideantur, deturpantur, afficiuntur, læduntur que; hoc ordine tamen, ut non nulla fluida primario, alia secundario alienentur, ut veneni species erit, ratione figurationis, & saporis capacioris, vel durioris impressionis. In spiritu seminali, & fluido seminis fœcundantis, extricantis, moventis, ideantis fluida fœminea passibilia, id totum contingit univocatione faciliotis, difficioris,

cioris,

tioris, proximæ, minusvè proximæ impressionis suscipiendæ. In ovis maternis robustioris, & junioris matris celeritèr, & masculei partus oviparorum. In senescentibus, & debilioris structuræ, morosè, & fœtus debiliores pennarum colores nigri, misti, albi, rufi, crocei, similesque, in exclusione pullorum, incumbatione ejusdem matris, distinctionem temporis denotant, quamvis horarum, & aliquando dierum; & in reliquis idipsum observare novum non est.

XII. Fit præstantiori motu generatio sensitivorum ex vi seminalis fermenti in sensitivis singulis: Equus robustus primis copulis cum equis habitis, facit celeriorem motum pariendi, ut brevius tempus dierum gerat, & pariat; eadem equa annis præteritis, & antecedentibus cum eodem equo copulata, sed non primis lascivientibus stimulis; tardiùs parit. Multa hic annotari possent, & non paucæ considerationis; nisi locus modestiæ paulispèr fraudaretur. Non erimus deficientes in sequentibus notatu dignis, & opus confirmantibus. Sufficeret sola varietas gestationum in sensitivis tardior, & celerior id probare.

XIII. Fungorum celeris productio in apicibus, ramis, truncis plantarum. Celerissima observatur in plantis parùm alienatis, & à crasi vegetiori distantibus. Validiores, majores, & celeri motu germinationis in his; debilioris, paucioris, vappidæ productionis in antiquis, marcidis, debilibus. Ideæ seminalis vis, efficacia id operatur, roborata à fluidis, plantisque; qualium ideatione licet tertii generis alieni, tales productiones aguntur ex motu extricationis.

XIV. Imbecillum fermentum seminale testudinum; oppositione omnimoda demonstrat antecedentium notas. Fæcundantur ova à mare in ovario fœmineo copula duarum horarum continuarum coeunte, nec discedente ab actu venereo, licet ratione corticum utriusque, tam maris præmentis, quam fœminæ pressæ, laboriosus sit actus copulæ; attamen causa terrestreitatis, & imbecillæ spiritualscentiæ, tanto longissimo tempore indigeant. Sunt torpida animalia, & sequentia singula enarranda torpidissima. Habita tali fæcundatione, discedit mas, & post decem, vel duodecim dies (tempus requisitum, ut in ovario fæcundata ova, duritiem necessariam contrahant) fœmina tribus, vel quinquè diebus præcedentibus exclusioni ovorum, sive partui eorundem, petit locum consonum, opportunum incumbationi, illumque eligit, qui primis radiis orientalibus matutino tempore gaudeat. Hoc ordine pedibus posterioribus excavat foveam in sinuositate terræ, capacem recipiendi omnia ova excludenda, & ad figuram ingeniosi clibani eam excavat. Hoc accidit propè solstitium

æstivum, & circa horas meridianas. Peracto loco opportuno, parit ova omnia successivo conatu, nulla data temporis morola; & sunt sæpè decem, duodecim, ad minùs septem, vel novem; inde ijsdem pedibus posterioribus singula disponit ova secundum latera, ut in fotu terræ rectam, æqualemque locationem recipiant. Modulatis, & locatis ovis, irrorat prædicta quodam liquore æmulante urinarium serum, & statim replet ijsdem pedibus superstitem foveæ locum eadem terra antecedentèr ab eadem fovea excavata; sed tali ordine, tantaquè industria, ut nec minimum vestigium appareat operis peracti. Ità terra ovis coopertis, & veluti à radiis solaribus, incubantis terræ uteri vicem exercentis, motus fermentatiuus, & spiritus salientis vestigium, & delineatio sufficiens apparentèr fit, successiva perficitur organizatio, & spatio settuagintaquinque dierum excluduntur, uti pulli ab ovis testudines, æmulantes exclusionem avium. Prima exclusione, reperitur in cortice ovi lacerato quidam albus liquor exili quantitate dotatus, quo infantilis testudo suo angusto ore illo statim vescitur, & tempore, quo funiculus umbilicalis adhùc recens exporrectus aliquantispèr extrà, & in medio corticis subjacentis plani, non dum exiccatus est. Quo ducente funicolo suxit in, & ex ovo alimentum vitellinum, quo nutrita, aucta, structa spatio 75. dierum fuit. Hoc totum plurimum à nobis observatum diligenti scrutinio. Quod curiosa indagatione multotiès experti sumus, ne fallaciis affecti essemus à quodam rustico, villico assiomate, scilicet, Testudines oculis incubare propria ova; ut omnimoda veritas in tali generatione undique patefacta esset. Accepimus ova statim ac ab ovario exclusa, & in fovea reposita, & eadem incontinenti actu in olla, alioque vase figulino posuimus, eádemque irrorata terra cooperuimus, radiisque solaribus orientem respiciendo exposito testacio vase ova continente, & terra simili repleto, proportione trium digitorum exuperantium locationem contentorum fæcundatorum; & quod mirum fuit, eodem temporis spatio 75. dierum pulchræ testudines exclusæ, genitæque fuerunt, dummodo vas à solaribus radiis irradiaretur, noctu, diùque ibidem, nec unquam amotum. Infæcunda, & subventanea fiunt ova tempore pluvioso; dum enascuntur horis meridionalibus potiùs, rumpuntur ova, & attollitur parva subjacens terra, vescuntur exili, paucoque albo liquore, statimque itineri se committunt. Cessatque vana, & futilis opinio, ova testudinum fœcundata aspici, & continuo à matre propriis oculis incubari. Seminalis ideatio imbecilla, torpida in motu coitionis longissimo, delineationis, formationis, & exclusionis. Serpentes, lucertulæ, reptilia consimili fermento seminali tardioris motus, & extricatio-

nis

nis afficiuntur. Terreo ſinu incubanrur, delineantur, excluduntur ele-ſticitate, irradiatione agentibus, & celeriori motu, vel moroſo, ut horum efficacia graduata fuerit ex annitemporis itinere, ac diſtinctione. Sufficit quælibet incubatio, etiam in aliis reptilibus, ut generativa formatio, & excluſio perfici poſſit perfecta, data ſola ſeminali idea fœcundante, & mota à patre ſolari extricante, ſinè quo, ejuſque diſtantia, vel moroſa irradiatione, fermentatiuus generationis motus nequit fieri. Ideatio ſeminalis ergo graduat, contaminat, præbet corporeitati fluidorum capacium ſufficientiam, & fermenti efficaciam, verminationis opus certo certius perfici nequit, ſine ſeminalis ideæ fœcundatione in fluidis aptis, modulatis, capacibus ſapore, figuraque ordinatis; ut ſpecificatio illorum requirit, corporiſque ſtructura.

XV. Celeriſſimo motu coitionis ducuntur volatilia, ut momentanea copula uniantur. Gallus gallinam præmens, aves celeriſſimè etiam volando. Inter terreſtria Cuniculus, Vulpes, & ſimilia; & totum id ex efficaci, volatili, lucido, activiſſimo fermento ſeminali. Eademque cauſa tam geſtationes, quam perfectæ horum generationes breviſſimo perficiuntur tempore. In avibus vigeſimus dies, vel vigeſimus primus; in Cuniculis breviſſima quoque geſtatio, & partus trigeſimo die; licet nonnulla animantia celeritèr coeant; & longo tempore, & menſium numero geſtent. Sunt enim horum corpora magnæ molis, cujus delineatio, partiumque compoſitio, & ultimata perfectio longitudine, menſiumque numero indigent. Sagaciora animantia ex clariori, lucidiori, ſpirituoſo ſeminali fermento, obtuſiora opacitate dotata oppoſita his.

XVI. Attenta ideatione, vi, & efficacia ſeminalis fermenti, obſervanda venit ſingulorum generandorum diſtinctio, temporiſque diſtantia. Aſellorum, millepodum, lubricorum terreſtrium productio ex propriis ovulis, vel à fœmina genitis, & fœcundatis à mare univoco, vel propè conſono; aut ex fluidorum nutrientium modulatione, ſaporifera fermentatione, figurarumque coalitione; ſic ranarum, bufonum, ſalamandræ, cæterorumque, ſemper inſpicitur univocatio genitorum, & productorum ſimilis, conſona, æqualis, graduata ordine, & modulatione ſeminalis fermenti univoci in ſpecie determinata. Tertii generis, vel purè, ſimpliciterque verminoſa neſciens univocos parentes ſpecificos, ſed horum vice agnoſcendo fluida metipſa debitè, & ſufficientèr alienata, & deducta in moroſam ovulationem fermentabilem, & verminationis, alteriuſque animantis organicam ſtructuram formandam, producendam, ſtruendam. Lumbricus terreſtris totus quantus eſt, nervinus exiſtit cauſa tantorum ſalium, & multiplicium nervinorum ſuſceptorum ex co-

piosiſſimis

plosissimis spiritibus fimorum; quorum fotu, fonte, fluiditate enascuntur, generantur; uti prægnantium nervinis seminalibus ideis. Habent motum omnigenum; gaudent universali motu progressivo, retto, cubico, arcuato, vibrante, reptili, contorto circulari, nec motus excogitari, & motuum diversitates experiri, quibus terrestres lumbrici non gaudeant. Figuris, saporibus univocis nerveis, singulare tantum opus præstantibus. Præcipua præsidia læsionibus, morbisque nervinis affluentèr præbendo.

XVII. Confluunt Apes vernó tempore propagationis naturalis stimulo in constructione alveolorum, & industri artificio, ad capacitatem, & figurationem futuræ prolis generandæ; ut quælibet suum alveolum cereum conficiat, indè melle roscido mayali rorifico implent alveolum, & illo mellirosicdo sucto pugilionis arte à diversis floribus: indè singulæ, habita coitionis copula priùs fœcundante masculea, ordine avium, muscarum, vesparumque, pariunt suum ovulum fœcundatum, reponuntque in fauulo melleo succo repleto, & nova cera obsignando, claudunt alveare. His peractis post tres, quatuorque dies ab exclusione ovuli in alveolo, & obsignatione facta, verminescit ovolum; & paulatim delineatur apicula, augetur, nutriturque mellifluo liquore, quo repletum fuit alveare, loco uteri constructum. Imitaturque pullificam in, & ex ovo generationem suctione vitelli in oviparorum productione, tempore incumbationis; & in apibus mellis roscidi in fauulo contenti. Sufficiens fit apis modulatio, & structura veluti in utero; paulatim successivè augetur, perficitur in corporis ritmo, alis, pedibus, pugilione, non minùs ac ovum fœcundatum incubatum à materno fotu, alioque ordine, vel fovente, agente, movente punctum salientem seminalem, uti apud Ægyptios artificiali fornace; apud nostrates villiticos fimo animalium. Totalitèr constructa Ape, & melle jam evacuato ex alveolo, causa nutritionis peractæ, & formatione organicæ apiculæ, & sic in toto universali alveare, quo non una, non centum, sed exercitus gignitur. Incipiunt diebus duobus, vel tribus antecedentibus omnes bombigare, sivè unitim susurrare, ut novus militum exercitus discessurus ab una in aliam urbem invadendam, diebus antecedentibus omnes milites, commilitones sua singula utensilia itineri faciendo, disponunt; sic Apes, duce facto, qui majoris molis, corporeæque structuræ est, relinquendo maternas cullas, alium petunt locum ad mellificandum. Jam jam detrusis à propriis parentibus, ut de novo iidem favuli novo melle repleantur, novaque ulteriori fæcundatione, ovulatione, & exclusione perfecta, quæ mensis spatio lunari peragitur; & à veris principio, usque ad Augusti mensem apum pullulatio, & ge-

generatio fit; quibus mensibus capere possint propriis pugilionibus mellifluum liquorem ex floribus, fructibusque. Id omne opportunum sufficiens alimentum, cereumque domicilium; ut possint hyemali tempore uti pro earum conservatione. Sufficit seminale fermentum, Idealis seminalis impressio, & sivè fotu incubationis, solaque aeris elasticitas movens, motumque spiralem fermentatiuum extricans, ut Apum generatio fiat. Vappida, subventanea fit aliquando pullulatio, si tempore delineationis, & motionis puncti salientis in ovulo; molestum erit annitempus frigidum, brinosum, nimis pluviosum, minimèque radiis solaribus, consona aeris elasticitate affectum. Ideæ seminalis vis, efficacia, robur motûm fermentationem, delineationem suscitat specificam, & individualem in fluido ovulato figurato, saporifero. Congruo tempore vesparum, serpentum, lucertularum, & similium determinato etiam; ut in sensitivis gestatio trium mensium, quinque, novem, duodecim, &c. uti ideæ seminalis luciditas, rosciditas, vivacitas erit. Novi mulierem nuptam celebrasse nuptias, & munera maritalia primis diebus Aprelis, & peperisse marem, primis diebus Decembris, sine suspicione clandestini actus forsitan antecedentis; locus tutissimus, aliisque condictionibus dotatus, nec distantia, nec mulieris dubium esset; sicuti actu viget, & argutus vir est. Simili opposita crasi alia primo partu enixa peperit famellam undecim mensium à die certæ conceptionis cum certissimis signis suppressionis mensium, vomitibus, nauseis, insuetorum appetitus, mammarum exuberantia, & laboriosa semper fuit gestatio à primo die conceptionis. Femellam luci dedit in partu labor oso, & periculo non carente, ob partus magnitudinem, & trium dierum spatio molesta, & trucidantibus doloribus præhensa. Vivit adhuc, giganteam structuram retinens. Amborum fœtuum parentes disparæ crasis: primi nimis salaces, & molesti; secundi morosi, & parvi momenti: in illis copula avium, gallorum; in his testudinum, serpentum, lucertularum, coclearum. In Pavonibus trigintaquinque dies tempus formationis, & exclusionis, in quibus longior, morosior copula observatur, & solum sine veris, & principio æstatis; semel in anno ova pariunt, & eorum pullulatio accidit; in reliquis avibus salicioris crasis multoties à verno tempore ad solstitii æstivi finem. Testudines omnium oviparorum longissimo tempore dierum 75. ut observatum multoties; lucertulæ, & serpentes morosa copula utuntur, & longiori tempore enascuntur: ideæ seminalis, fermentique modulatione, tantæ, diversæque oriuntur distinctiones. Cocleæ terrestres multis diebus continuis coeunt, nec separantur; sic longissimo tempore earum ovula excluduntur. Generans, fœcundans

dans, fluidum, ſapor, figura, motus, idea ſeminalis univocè ducuntur.

XVIII. In Scarabeorum generatione, ſeminalis efficacia maximè latè patet. Scarabeus principio activorum dierum ducitur motu propagationis propriæ: eligit ordine naturali locum declivem, ſed fimoſum; ibique paulatim incipit ſuis pedibus lutum, ſeù cœnam involvere quodam liquore ſeminali: involuit, revoluit talem maſſam terream, in cujus centro ſeminavit ovolum, & tali cœnoſo luto replicatis motibus, ac vicibus augendo globulum ad figuram parvæ pilæ, & continuis ſucceſſivis revolutionibus ex declivi loco in altum ducit, uſquequò ovulum, ſperma Scarabei in determinatam molem ducat: conſona mole aucta, intrinſeca miſtione ovuli, cœni, & ſpermatici liquoris voluit, præcipitemque agit globulum per dies integros, nunc in altum ducendo, nunc præcipitando; & hoc ut aliqualis motus in globulo talitèr miſto, atque modificato inducatur. Hinc ſepeliendo in terra pilam fœcundatam loco incubationis, & facta motus fermentativi extricatione in fermento ſeminali, fluidoque miſto; radiorum elaſticitate, aeris, & terræ fotu fit delineatio, ac finita Scarabei, ſtatuto tempore, perfecta productio. Idea ſeminalis Scarabei fluido, & terreo conſono unita in figura, ſapore; inducto motu extricante punctum ſalientem; eſt tanti ponderis, & efficaciæ, ut motu fermentativo ſpecificatio Scarabei fiat. Globulus ſeminalis, & cænoſus continens ovuli fœcundi modulationem, nutritur fluido, & terreo conſono uſque ad Scarabei excluſionem. Omnia generanda, vel vireſcentia, vegetantia, animantia, inſecta, maritima, & ex ovo prodeuntia, plantifero, erbaceo, aut ſentitivò oviparo, in viviparis alius ordo nutritionis, per intus ſuſceptionem retinent pabulum conſonum, ſufficiens ſtatutum ad ultimatam generationi ſtructuram in pondere, figura, ſapore ideatum. In ſeminibus vegetantium faba, tritico, hordeo, cicere, & plantis ſemina, fructuſque producentibus; caſtanea, pino, cerro, ficubus, malis, pyris, &c. circa punctum ſalientem ſeminalem germinationis, tanta copia alimenti nutritivi, quanta indiget ſemen excludendum, vireſcendum uſque ad perfectum ſtatum productionis radicalis. Radicibus patefactis, indè munus, opuſque eſt fluida nutrientia è terreo ſinu ſugere, elaborare, ideare, perficere pro plantæ, herbæque nutritione ſpecifica, & ſequentium partium ſimilium plantæ originali, principalique, ſtruere totum univocum, individuale, & occaſionale retentum; uti in nevis, cicatricibus moleſtis, ſalubribus, aliiſque annexis propriis, vel alienis. In oviparis ex vitello, aut vitelli locum occupando.

XIX. An-

XIX. Antecedentium comprobatio, & obſervatione non ultimum eſt in ovulis bombycum ſine incubationis fotu; tempore veris excludi, vermeſque ſpecificos generari. Oritur eorum pullulatio initio veris, medio, fine, ut loci craſis, & irradiationis vis, aeriſque elaſticitas fortior, vegetior, moroſa, tardior erit. Fermenti ſeminalis intrinſeca vis, aeriſque moventis efficacia; cauſæ preciſæ fermentativæ generationis bombycum, uti in ſeminibus multis fluido naturali non carentibus, ut caſtaneis, quercubus, ſimilibuſque accidit, contingitque germinatio, licet terra non cooperiantur, nec novo fluido committantur. Sola intrinſeca germinis ſeminalis idea mota, & ſpiralis ex aeris efficaci elaſticitate: vappida, minuſvè fœcundata bombycis ſemina nec motu elaſtico extricantur, minimèque opus fermentationis ſuſcipiunt in fluidis ovo contentis; & veluti ſubventanea, effæta remanent. Abſconditur ſeminalis idea in arctiſſima capſula, nec ejus motus patratur cauſa agentis extricantis moroſi. Non germinant plantæ, ni Verno tempore, ratione moventis, ſed non deficientia movendi paſſi. Extricatio agitur in miſtis, fluidis, ſeminibus, dum ſapores liquantur, & alio, vel aliis ſaporibus etiam tunc moroſis copulantur, uniuntur, commiſcentur; & tali diſſolutione fluida fiunt, vel in fluidus fluidora fiunt intrinſeca ſaporifera fermentabilia; qua cauſa, & occaſione miſcentur, & tali miſtione diſſona ſaporum, & figurarum, ſed conſona fermentativo motui, fit extricationis motus. Acidum, & Alchali coagulata, vel minimè diſſoluta, licet contigua, non fermentant; diſſolutis, & unitis vehementem concipiunt fermentum. Uvæ non depreſſæ, nec diſſolutæ, maceratæ, certo certiùs fermentum non agunt, neque ebullitionem, nec quidpiam; fractis, contuſis, maceratis, diſſolutis, & oppoſitis ſaporibus extricatis, & figuris; ebullitionis fermentativæ motum ſuſcipiunt, muſtique ideam. Eædem uvæ, iidem racemi, liquores, cortices, arilli continebantur, uniti erant in racemis; quia tamen quodlibet contentum, & continens ſua diſtincta locatione, veluti in propria capſula ſervabatur; ideò miſtioni ſaporiferæ locus denegabatur, oppoſitis ſaporibus fermentatio. Artificiali opere extrinſeco in uvarum preſſione hoc agitur, uti etiam in fermentatione aliorum fluidorum, arte miſtorum alkalium, acidorumque, amarorum, auſterorum, &c. At intrinſecè contingit fermentatiuus motus oppoſitis fluidis unitis vi propriæ ſaporiferæ ideationis, & figurarum ſtructura. Sint ſeminales ideæ documentum univerſale.

XX. In motu generativo naturali nutritivo ſalubri, & moleſto morboſo, defectivo, venenoſo, requiritur intrinſeca ſaporum, figurarumque diſſolutio, ſeù liquatio ab antecedenti poſitione,

 & mo-

& modulatione, qua oritur mistio, & sequens extricatio; & fermentatio; & hæ fiunt motu necessario irradiationis universalis agentis, aereæ elasticitatis, prætcrquam nulla extricatio, intrinsecaque fermentatio vegetaiva, sensitiva cujuslibet generis, aut speciei excogitari, perfeci, agi, initiari, ultimari potest.

XXI. Nullus fermentatiuus motus attollitur, insurgit in fluidis. & salubre, insalubreque opus agentibus perfectiuum, aut defectiuum; non precedente saporum extricatione. Hæc agitur in solutis salibus, figuris mistorum, ac intima miscela distinctorum saporum, partium subtilium, impetumque facientium torpidas attollentium, ut univoca ideatio fiat in misto fervescente, seù motum fermentationis suscipiente. Non soluuntur salia afficienda sequenti extricatione, nisi agentis moventis ope; quale movens nunquam reperitur elasticitate carens, irradiationisque lucida spirali efficacia prægnans, ideatum, dotatum. Possunt sapores, figuræ fluidorum prope manere, nec fermentationis motu affici, causa solutionis, liquationisve non factæ. Undè oppositio saporifera non sequitur, non deducitur (extricatione prorsus remota) ut in omnibus seminibus, fluidis ovariis, cæterisque vegetationis mòtum capacitate aptis, suscipiendique modulationis ordine idoneis accidit.

XXII. Motus extricationis initium recipit ex primordia intrusione elastici vibrantis aerei, cujus carentia nec cogitari potest, ulla qualiscumque motio; indè sunt annitemporum mutationes spontè extricationis modulationem producentes, ut accidit, contingitque multis ovulis, sivè seminibus germinationis, & vitalizationis motum recipientibus sola aeris elasticitate, & spiralem vibrationum actum stimulante. Bombycum, Vermium, Seminum nonnulorum structura nos certiores facit. Agens soluens, movens, ideans semper uniri, copulari, annecti debet aereo elastico, roscido vibrante, & luminoso, spirali; & hoc ex se solo potens, efficax, validumque existit ad extricationes singulas peragendas. Sunt motiones, & idem dicere esset. Sunt vibrationes, elasticæ: sunt aeris actuales motus celeres, celeriores, celerissimi, morosi, minus morosi; ut annitemporis ordo, irradiationis vires currunt; quibus spiræ aereæ in extricatione motùs proprii naturalis, majori, & minori graduatione celeritatis ducuntur; tantæque varietatis necessaria distinctio.

XXIII. Oritur salium liquatio, saporumque dissolutio fluidi consoni appositione; quo imprægnantur salinæ seminales partes, & solutis vinculis figurationis constructivæ, saporumque capsulis propriis, fit omnium eterogenea mistio: qua eterogeneitate, & sequenti miscela, oritur extricationis motus: ut fluido aqueo immisso calci

calci virgineæ. Acidum, & Alchali ad invicem agunt, extricantur, & crepitationis motus insurgit. Borborizat abdomen mistione acidi, & amari à fluido extraneo, similique dissolvente figuras proprias, & insimul miscendo oppositos sapores, diversas figuras; & tanta extricatione facta, insurgit fermentationis motus, vel perfectiuus, aut defectiuus, ut saporum textura naturalis, neutra, aut morbosa fuerit. Fluido apto primo aqueo, rorido, vel consono seminibus intromisso, paulatim salinæ compactæ seminales fœcundæ germinant partes arctissima capsula in quolibet vegetantium semine contentæ, & à reliquis propria figuratione, & locatione seclusæ, licet contiguæ, intumescunt; earum saporiferæ germinantes fœcundæ figuræ, & ideationes explicantur, solvuntur, extricationis actum adipiscuntur: eterogeneæ mistione fiunt, & fermentativo motu afficiuntur naturali, germinationis actum perficientes. Irradiatione universalis moventis, aeris elasticitate, & adiuncta quadam incubatione materna, vel consona, dissoluuntur partes seminales in ovulo contentæ, & naturali copula, maris motu coitionis intromissæ. Initium dissolutionis, sivè separationis concipiunt, extricationisque impulsum, & mistionis utriusque fervescendi saporis, consequentisvè generativæ fermentationis in puncto saliente, & ab hoc in reliqua fluida modulata consona, apta fœminea, capacia recipiendi motum fermentatiuum generationis, delineationis, formationis, compositionis deniquè ultimatæ perfectæ. De generatione sensitivorum perfectorum suo loco sermo erit. Extricatio ergo, saporum distinctione, & figurarum diversitate concipitur; sed nequit fieri in sapore univoco sapori, in figura univoca figuræ. Insipidum non extricatur, nec fervescit cum insipido, nec univocum acidum, simplex tamèn, cum univoco simplici acido; ita neque amarum cum amaro undique univoco, nec alitèr ideato. In seminibus sunt sapores totius, singularumque partium partitè decisi, universalitèr uniti.

XXIV. Totum semen vegetantium quantum est, struitur ex perfectissimis fluidis vegetantis, animantisque. Omnes singulas partes organicas talia fluida invaserunt pluriès; ex quibus circulantibus claris, lucidis, spirituosis redditis; denique seminis corporeum fluidum fit, vel solidum seminis vegetantis conficitur: sic triticum, faba, hordeum, conus pini, castaneæ, &c. de sensitivis alibi fusiùs. Dum fluida organicas partes invadunt, non solum tribuunt roscidum nutritionis; sed afficiuntur ideis, saporibus, aliisvè annexis à parte qualibet nutrita, undè similitudinis propagatio, morborum delatio in natos, propriosque filios. Hinc est quod semen sit constructum ex fluidis ideatis partium omnium nutritarum, & tali ideatione,

& rudi figuratione ducuntur sedi organicæ fœcundanti in sensitivis; & in vegetativis à radicibus sapientibus totam structuram plantæ, vel herbæ. In radicibus anatomica observatione patet (ut superiùs ostensum) omnes medullares, corticales, ligneas partes, singulasque contineri. Ducto seminali fluido à radicibus in vegetativis; à toto in genitales structuras in sensitivis; fit ut non solum duce circulatione partes fluidæ nutritivæ ideentur impressione univoca similitudinis; sed sapores quoque earundem sedum educentur, & ita distructos, diversosque, rudes tamen deferendo; ut partium singularum crasis structa, modulata fuerit; uti evidentissimè totùm hoc in ovis volatilium, reptiliumque observare licet. In ovo continentur fluida ideata, & rudi impressione continentia omnes partes matris parientis, ut fœcundationis motu, & seminali vi, in actum delineationis, & successivæ formationis ducantur. Sic in feminibus, sive ovulis herbarum, plantarumque. Sapores tales diversi in feminibus, delati abiisdem fluidis formantibus semina retinentur. Non ammittuntur, vel vappescunt, dum fluida talia in modulationem seminis deveniunt, fœcundationis opere; alitèr similitudinis, & univocationis specificatio deesset; immò fœcundantur similia, ut simile generanti producatur. Næc causam similitudinis, originem, basim à fermento seminali, & partibus fæcundantibus agnoscimus tantùm: multiplici ratione, & fundamento; neque testes unquam generant cordis, capitis, intestini, hepatis, alearumque partium texturam, nimis ridiculum esset; sed in oviparis tale dubium omnimodè cessat, ex subministratione fluidorum ovo contentorum, ex quibus partes singulæ perfectæ formantur: similitudo à fluidis, & in fluidis continetur maternis, à motu fœcundæ seminalis ideæ in, & à masculo. His ità anatomicè servatis. Fœcundantur fluida seminali idea, iisdem susceptis distinctis saporibus, figuris, modulationibus singularum partium, quæ, elasticitate, irradiatione, alitèrque, ità fœcundationis vires suscipiunt, contrhaunt, recipiunt, & ab organo prolifico afficiuntur perfectivo motu, & non-defectivo. Motus fœcundationis perficit, non destruit sua fœcundanda fluida in ordine seminali; uti sunt omnes fermentationes naturales chyliferæ, cruorizantes nerveæ, lymphaticæ, nutritivæ, &c. & quia ducuntur cum illis saporibus, figurisque dissonis inter se, sed consonistoti misto; ideo tempore explicationis, solutionis, mistionis, fit talium saporum, & figurarum extricatio, quam consequitur fermentationis motus causa eorundem saporum distinctorum, diversorumque, tanta distinctione, talique diversitate, quali constant omnes partes organicæ, quarum fluida saporifera fuerunt. Constat igitur, quomodo extri-

extricationis initium fiat in feminibus, reliquifque capacibus fermentum, motumque fermentationis habere, eoque sufficientèr affici. Motus à fœcundante; extricatio à saporum turgentia, & solutione facta. Fermentatio vivificans, delineans, struens à motis, mistis iisdemque saporiferis figuratis. Fiunt hæc, agente intrinsecè, extrinsecèque ducente; irradiationibus, elasticitate, annexisque opportunis appositis, & spirali moventi semper unitis.

XXV. Undiquè nimis clarè patet causa, qua semina multa spontè germinare videantur, etiam remoto fotu, aut incubatione manifesta sensibili. Non desunt agentia elastica motuum insensibilium origo; sine, & præter quam elasticitatem diversis roscidis, & vibrantibus prægnantem, germinatio, generatio, vermiumque productio fieri potest. Omnia hæc motu perficiuntur de necessè, & motus qualiscumque intrinsecus spiralis nec cogitari, initiari, remota elasticitate universalissima; uti intrinsecum vibrans singularum vegetationum, vitalitatum, intrinsecorumque motuum. Hæreditarii morbi ad tempus apparentes, uti podagrici, epileptici, vespertinis ætatibus, & horis affligentes; morbillorum, aliorumque innumerorum molestantium, dum multo tempore absconditi fuere. In promptu causa est, in aeris elasticitate stimulante, motumque spiralem celeriori extricatione dissolvendo proprias spiras; & separando sapores morosos silvestres. Quis cogitat, quale sit movens seminum germinationem tempore veris, ni elasticitatem cognoverit? Fluido morboso quomodocumque soluto in organico, vel organicis, sequitur extricatio saporum, eorundem mistio, sequens fermentatio, morbusque productus; & hic talis, qualis fuerit succi depravati motus fermentativus. In demorsis à Phalangio, Stellionica lucertula (quale venenosum animal in Apuliensi regione frequentiùs invenitur) in terminato tempore, sæpè sæpiùs, Veris, & Æstatis tarantismus apparet, eòsque cruciat aliquibus diebus; & hoc quomodo? nisi fermento diù morante, tunc elasticitate soluta, extricato, fermentante. Quale [illegible]gens veneris vestigia prodit, ejusque flammeos stimulos non solùm in lascivientibus avibus, piscibus, sensitivis perfectis, imperfectisque, sed ordine suo, etiam acuit lascivientes herbas, plantas apes, muscas, insecta, nisi solutis salibus, separatis ad invicem saporibus, dissolutis figuris in propria capsula antecedentèr morantibus, & morosis, & eterogenea mistione secuta ex eorum extricatione, & sequenti fermentatione saporum nimis effervescentium, & nerveas, sentitivas, pudebundas partes stimulantium? Animi motus, cogitationum agitatio, organici viventis actus salaces, aculeati, dum Veneris æstro undique flagrant; ut venerei aspectus, imagines, colloquia, & similia undè?

So-

Solvuntur fluida, extricantur spiritus nervini, agitur cogitatio, afficiuntur sensus, insequitur fermentatio, flagrat vivens. Eruto expulso, depresso agente movente, suppressa elasticitate, depauperato roscido, detracto salino, amoto spirituoso, & singulis solutionem agentibus. Extricationem impellentibus, cessat motus fermentativus, & evanescunt motum impellentia. Accidit remotio, causa ætatis torpidæ, ut in plantis antiquis; & morosa, tardaque germinatio yerno tempore. In sensitivis præstantiori ordine, omnibusque animantibus operatio retardatur, ratione elasticitatis, & irradiationis; & hoc annitemporum distinctione. Hyemali tempore sola simplex conservatio agitur ex insufficientia moventis. Fit etiam carentia, & inopia fluidi, vel fluidorum opportunorum, & necessariorum ad opus dissolutionis, extricationis, mistionis, & fermentationis; & talis deficientia, vel in sapore, vel in quanto saporifero, uti paritèr ex figuris nimis complicatis, arctis, contextis, difficultèr solubilibus, atque patefaciendis, ut in durissimis plantis, vetustissimis animantibus; dummodo non fuerit specificationis actus, sed occasionalis appositio.

XXVI. Generativæ copulæ actus omnia declarat. Gallus salacitate lasciviens, aliudvè animal ducitur ad venereos stimulos, fluidis in motu positis præcipuè nervinis, multiplici causa. Prima ex animali cogitatione concussa, veluti in furorem ducta, & opus animalium lucidorum fluidorum impetum habentium, subtilissimis figuris acuentibus, & saporibus nimis elasticis pregnantium ducendo. Alia etiam est causa nervinorum copia. Spasmedicus est motus coitionis dependens ex parte capaci convelli, quod nerveum est. Lucidissimum, depuratum est seminale fermentum, nec lucidius, clarius fluido nerveo; & hac occasione primoprimo sola imaginatione movetur, turgescit, flagrat statim animal, & in salaces actus ducitur, & hujus deficientia, vel impendio organa, operationes, & animalia agenda defecantur, [illegible]appescunt, & primariò offenduntur talibus lascivientibus operibus. Omne masculeum coitione fœcundando fæminea ova in utero, sivè ovario; in oviparis excludenda; in viparinis, seu viviparis intrà uterum delinenda, formanda, & in fœtum ducenda: primò turget in fluidis seminalibus, secundo extricantur dicta seminalia. Qua extricatione, veluti motum fermentatiuum suscipiunt, ebullitionem, spumescentiam spirituosam maximè elasticam, qua continent præcipuas ideas animantis similitudinis, & impressionis singularum partium generantis, quibus multo continuo gyremate affecta redduntur, usquè ad nevos, cicatrices, impetigines, & tali actù fæminea ova etiam turgescentiæ, & salicitatis motione affecta, in

in suis fluidis moventur, extricantur, & modulantur figura suscèptiva, receptiva, veluti in propria capsula. Semen ideatum maris fœcundantis adhærendo singulis ovis in oviparis utero alligatis, ut unica copula plura ova in ovario à gallo fœcundentur: illa tamen structa in capacitate, & perfectione fluidorum, tam in copia, quam figuris, & saporibus consona, structa, modulata., capacia; ut in quolibet, & à quocumque excluso fæcundato ovo delineari, formari, fætusque pollulatio perfici possit causa seminalis ideæ, & fermenti intromissi, & fluidis fæmineis adhærentis, & his ultimata similitudo, & formatio fiat motu incubationis suscitantis punctum salientem ad temporis distantiam; ut agentium parentum robur, & speciei designata, naturalis modificatio, structura, ordo requirunt.

XXVII. Et licet in capsula non pauco tempore, sed annuo aliquando, ut in ovulis locustarum (flagellum Ægyptiorum in sacris paginis enunciatum) in sinu terræ conserventur, antequam excludantur in figuram gryllorum, exercitum vastissimum repræsentantium; agra demolientium; & pariter bombycum ova undecim mensibus in fluido seminale fermentum absconditum, ac morosum servant; nec vappescit sapor fœcundans seminalis ovulo singulo contentus, ut in reliquis, cæterisque ovis volatilium contingit. In his enunciatis antedictis, similibusque, non contabescit seminale fluidum extricandum, dissolvendum, fermentandum, causa magni crustosi corticis servantis pusillam seminalem impressionem, sed magnam in activitate explosionis; ut non ovum, sed vegetantis seminis modulationem, figuram, structuramque, æmulari videatur, & excluso vermiculo bombycis, locustæ, remaneat cortex, putamen custodiens; & antecedens continens fluidum ovarium ferè ejusdem ponderis, paulò minus ante exclusionis actum; quamvis ova quæcumque propè exclusionem pulliferam sint minoris, leviorisque ponderis, ratione elasticitatis majoris intromissæ, & spatiositatis productæ intra ovum excludendum, inspirationis, respirationisque necessitate, ultimis diebus constructionis, perfectæque compositionis. Idem in diversitate specierum vermium singulorum, si breviori, longo, tardissimo spatio generentur, semper inspicere oportet corticalem, putaminisque texturam duram, duriorem, durissimam. Sic vermis rodetusvites, voluera rodens longissima mora, durissima inolvitur ovaria crustula. Trox verminans legumina, breviori tempore, tenaciore putamine. Cossius rodens ligna, durioris custodiæ. Curculus molestans triticum longioris moræ. Termo corrumpens carnes. Ita de Blatta tineali, Lepso, Tubrico, &c. Idea seminalis univocationem figuræ, saporis, & motus imitans, mistique, cui adhæret, & vestigia sequens.

Struun-

Struuntur hæc ordine, & ideatione fluuidorum, quibus consona fiunt subsequentia; ut partus, incubationis mora, coitionis, eruptio, fermentationis celeritas, pullulationis ordo; semper, & in singulis primariò elasticitatis efficacia servanda spiralis est. Vidimus testudines excludi 72. diebus, dum radiis solaribus fervidioribus, nec pluviosis diebus unquam tempore exclusionis non subjacent. Semina singula frumentaria, quo duriora, eo longiori tempore erumpunt, ut triticum, viccia, &c. Seminale fermentum in ovulis, sive seminibus talibus longissimo spatio indelebile servatur. Imago herbæ, idea plantæ rudis in germine vegetantium observatione digna. Principalis originis vestigia calcant seminale saporiferum fermentum, motu consono spirali elastico ex propria capsula in figura extricandum.

XXVIII. Necessarium propagationis opus fieri nequit, ni fluida fœminea intrinsecè ideentur actu coitionis. Afficiuntur motu perfectivo fœcundationis, non dissimili, sed majori efficacia; & in defectivo fluida naturalia sensitivorum à parentibus morbosis podagra, epilepsia, gallica lue, rheumatismo, &c. in altis annis absconditur morosum in natis fermentum podagricum, ut occasionali causa interna, externaque solvantur saporifera salia, extricentur, fermentationis motum suscipiant, morbumque patefaciant. Sola ideatione seminalis morbifici fermenti, tam diù morosi, ut in aliquibus celeritèr, & primis virilitatis annis, in aliis primæ senectutis diebus; morositate, & celeritate habita, tam agentis moventis graviditate actionis, quam passi afficiendi saporifera structura, & figura. Fermentum panificium celeriùs agit in farinam tritici albi, levis, non ponderosi; morosiùs in fabaceam, &c. sic in singula frumentacea, causa compositionis, figurationis, & saporum modulatione. Fœdantur fluida ovipara (dixi fœdari, sive contaminari) proportione majoris claritatis, & explanationis; nam revera à fæcundatione masculea perficiuntur omnia fluida ovo contenta; uti à luminoso, spirituoso, nervino fluido incubantur ab eadem matre volatili ova eodem die enata, quorum aliqua sint fœcundata, alia minimè. Fœcundata pluribus diebus, quamvis afficiantur puncto saliente generationis, retinent fluida incontaminata, tam albumen, quam vitellum, sivè albuginea, & vitellina. Quod mirum, ova infæcunda, eodem fotu incubationis affecta iisdemque diebus supposita, redduntur depravata, fœtida, molesta; & hoc carentia spirituosæ, licet exilis copiæ, fermenti fæcundi seminalis. Videtur in tanto hoc opere masculeum semen exile quantum, sed magnum elexipharmacum resistens fædationi, & alienationi fluidorum incubatorum. Magnum argumentum demonstrans semina fæcunda à masculo in actu copulæ generativæ, ità fortitèr extrica-

trica-

tricari, moveri, ideari, imprimi in tota substantia; ut tempore incubationis, solutionis fluidorum, extricationis, & sequentis fermentationis generativæ, patrent quod susceperunt; & quo affecta fuere spirituoso fœcundo fluido, eo etiam præserventur à celeri fœdatione. Eunuchorum corpora in tanto opere Lapis Lydius.

XXIX. Expressum est, ly fœcunda, semen nonnunquam masculeum intruditur infœcundum in fluida fœminea, & tali casu incubationis fotu, licet semen alligatum erit, sed quia infœcundum in fluida ovaria, oritur fœdatio, alienatio; fœtida, subventanea fiunt, dum non recta à nerveo, lucido, præstanti seminali fluido, tale existens fœcunditate ideatum: immò in apparitione puncti salientis, conspiciuntur subtilissimæ delineationes rubræ occupantes intrinsecam structuram albugineam, qua formari organicum pulliferum debet; & hoc seminis ideantis efficacia actuali, & copulæ moventis, solventis, extricantis aliquantisper; quantum fert actus generationis fluida fœminea intrinsecè ideare, & futuræ generationis, fermentationisque motum ducendo; superiorem partem in capsula occupando. Nec prætereundum est in ovo servari semen maris figuratione quadam radicali, ut per quasdam radiculas, sive seminalia filamenta radicetur in fluidum albugineum, propagatione quadam sensibili, ut tali intrusione totam molem fluidam generationi futuræ servatam, reticulari figura intrinsecè serpiet; qualia delineamenta seminalia, tempore incubationis sanguinea conspirant, ut primordia generationis sint. Successiva organa, ductus, canales, capacitates, vasa perficiuntur, omnesque primariæ, & majores rudes partes patefiunt, solutione fluidorum, extricatione, mistione, & motu fermentativo. Unde ad formicam ductu naturali operantem, dum æstivo tempore frumentacea semina colligit, ut hyemalibus diebus fame minimè pereat; ne semina in antrulis, & gryptulis reposita, germinationem patiantur; primis diebus singulorum seminum, seminale fermentum in strictissimo germine servatum rodit, tam diligenti arte, ut ne quidpiam germinis resideat. Opus demonstrans efficaciam seminalis ideæ in pusillo repositam, sed efficacissimæ, & præstantis activitatis. Si in ovo fœcundato pars deturpetur, qua servatur ideale fermentum, & ferro ignito paulatim apposito externis putaminibus continentibus intùs seminale fluidum, sed tali diligentia, ut semen intromissum igneam impressionem recipiat, & tantispèr in propria naturali structura durum fiat; quia redditur incapax solutionis, & extricationis ex sequenti incubatione, nec fermento, nec mistione ducitur: insufficiens, incapax redditur, ineptumque pullulationi, futuræque generationi reprobum.

S XXX. Re-

XXX. Requiritur in generatione vegetantium, & pullulatione ovipara continuus succeſſivus, nec interruptus incubationis fotus, aliter perit motus initiati organici viventis, nec de cætero reviviſcit fermentationis inceptæ actus. Negligitur elaſticitatis aereæ vibratio tam neceſſario primoprima in ſpirali motu quocumque vitali. Imperfectæ, rudes, imbecillæ ſunt inſpirationis partes, nec actum elaſticitatis ducere poſſunt; cauſa inſufficientiæ ſtructuræ organicæ, requirentis omnimodam, totalemque modulationem, & perfectionem inſpirantis, reſpirantisve; quæ non dum ante excluſionis opus reperibilis eſt. Incubatione matris, vel maternum opus exercendo, elaſticum intromiſſum, quod continuò efflatum à matris incubantis fotu, non ſolùm in continuo ducitur motu, ſed motu fermentatione generativa intromiſſus, ſucceſſiva ſpirituaſcentia materna perficitur, augetur. Fluida omnia, tam compoſitioni dicata, quam nutritioni ſuppoſita à naturali ideatione ſpecifica indigent agente modulante, movente, fermentationeſque neceſſarias coadjuvante; cum initiationes, & rudes delineationes incapaces, imbecilles, inſufficientes ſint fermentari ab incepta, rudique formatione partium, & ipſorum fluidorum paſſibilitas ſit altioris, majoriſque reſiſtentiæ, ac agentis motus. Eſſet chylus plurium librarum formandus, ideandus à puſillo ventriculo. Hinc incubationis fotus maternus undique excedit paſſibilium fluidorum delineandorum, & nutrientium pondus, reſiſtentiam, fermentationis intromiſſæ ordinem. Ulteriùs indigent agente conſervante non ſolùm elaſticitatem immiſſam, ſed majorem, copioſiorem introducendam, ut organici corporis major, capacior, copioſior fiat inſpirationis motus, qui introduci nequit, niſi materno, vel vices maternas exercendo opere. Ova ſemidelineata, vel pluribus diebus incubata, ſi cera, alioque opaco obducantur, licèt incubationis fotus non ceſſet; attamen pullulationis motus vitalis deficiet, remota tranſpiratione poroſa, & patula à corticis ovarii ſtructura, neceſſaria pro ſufficienti intromiſſione elaſtici vibrantis. Figuræ, ſapores neceſſarii, primariò debent, requiruntque continuam ſucceſſivam motionem, dum perfici, ideari, modularique opus neceſſitat, & motu ſit moventis ſuperioris ordinis, qualis peragitur ab agente fovente. Deficerent motus fermentativus univerſalis vitalis, omneſque particulares efferveſcentiæ ab illo emergentes, & extinguerentur; nec vitales, nervinæ, impetumque facientes; quia puſillæ tunc partes lucidiores, clariores fierent, neque conſervari, ullumque opus tam neceſſarium exercere poſſent, remoto pabulo, ex quo, & agente quo moverentur; pabulo ex quo ſuſcipiunt efflatum, tunc ceſſante incubatione, ineptum coagulatione inſtantanea

red,

redderetur. Incubatio non solùm motum fluidorum imperfectorum successivè perficit, aptosque reddit compositioni peragendæ omnes succos naturales, alibiles, fermentabiles sapores amaros, acidos, lymphaticos, nervinos, cæterosque; sed consona homogeneitate partium singularum texturas rudes struit, perficit, ut naturalem structuram adipiscantur, & compositum totum quantum est, tam ordine, modulatione, figura, & saporibus, fluidis, solidis homogeneis, eterogeneisve intimè, externè, intrinsecevè perficiatur. Cuniculorum generatio in sensitivo genere miranda ostendit in ovorum internorum fœcundatione, quorum partus agitur trigesimo primo die. In oviparis pullulatio gallinacéa, ut successiva incubatione minutim, & graduatim de die in diem punctum saliens, delineatio sensim, fluidorum extricatio, motus, fermentatio, partiumque dilucidatio, separatio, comparatio, compages, figuratio, saporumque traductio perficiatur. Sapores, figuræ, & motus successivè in organico ultimantur.

XXXI. Attendenda universalis incubatio elastici aerei, valens, operans, movens, extricans seminum vegetantium, aliorumque similium sapores, dissolvendo salium figuras, ut concipere, idearique possint, extricationis ope, mistionis copula eterogenea, suscipere fermentationis germinativæ motum; partesque plantæ, ac herbæ efformari ex iisdem fluidis capsulæ seminali annexis, unitis, alligatis; omni alio extraneo, externoque incubante remoto. Aliorum, cæparum omnium, castaneæ, cerrorum, bombycum, aliorumque germinatio: sola aeris elasticitas sufficiens, valens, potens est omnia opportuna spirali motui germinativo necessaria intromittere; & adjacentia solida constructa germinationis futuræ causa, solvere, extricare, & in modulationem fluidam nutritivam ducere. In seminibus, cæpisque primariò radices turgescunt, inde stimulis elasticitatis affectæ sensim, & successivè germinationis actum in capsula seminali introducunt, augendo, nutriendo germinis specificam molem iisdem annexis, tamdiù, quousque pabuli vires, adjacentia præbeant. Efuga, vappida reddita, perit herba, vel planta, nisi radicibus novum alimentum fugatur è terreo sinu. Motum solutionis, extricationis, fermentationis, & germinationis: sufficientèr elasticitates aeris operantur; spirali aucto motu, roscido nutriente soluto, & in motum fermentativum ducto.

XXXII. Tempore incubationis, aereæ mutationes, & elasticitates non parum agunt: præterimus hic generationem sensitivorum perfectorum, quorum nullum dubium, & alibi sat. In oviparis, vegetantibus simplicibus, uti annitemporis ordo fuerit, sic idea-

tionis; germinationisque aliqualis adnectitur, & consequitur distinctio. Primis diebus vernis, & mayalibus insequuntur fœtus majoris, grandiorisque molis, & fœcundiores; æstivis clamosi, vertiginosi: autumnali pavidi, parumque effœti, quamvis ab iisdem parentibus sint, incubentur, custodiantur. Elasticum roscidum balsamicum vibrans intromissione necessaria, in motu fermentativo distinctiones, irradiatione solari diversa parit; eo prorsus modo, & modulatione afficit mota, uti affectum fuit spirale ipsum inspiratione, vibratione, & elasticitate movens. Ideat ideatione recepta, distinguit distinctionibus susceptis, movet diversa, varia, spirali intromisso.

XXXIII. Inspice innumeras herbarum species, earumque semina, licèt ab eadem individua herba decisa, iisdem sulcis terreis sata: distinctione annitemporis, validiores fructus, frondes, radices producunt sapidos, insipidos, duros, molles, vacuos, teneros, dulces. Elastici intrusi opus ex solari irradiatione distinctum, & spirarum solutione varia habita.

XXXIV. Ut Incubatio diversæ, distinctæque speciei hoc palàm ostendit, ideando fluida generationi supposita, ovo fœcundo contenta; ut si incubentur à simis, fiunt carnis lividæ, minimèque palato jucundæ: si eadem gallinacea, fotu pavonis enascantur parum pipillantes pulli, magni corporis, parumque salaces: ut à columba gruentes, nec corporis, molisque gravis, &c. Potissima causa elasticitatis, fotusque maternæ incubationis spirituosæ moventis, & transmittentes occasionales ideationes proprias in supposita delineanda, excludenda, pullulanda fœcundata ova.

XXXV. Opus præsens seminalis quidditatis, ejusque efficaciæ, nimis longum foret; si cujuslibet, singulique annexi seminali thesauro enarrare vim, & distinctionem demonstraturi essemus: multa passim enarrata, & de cætero ostendenda veniunt. At seminalium Idearum ærarium locupleta volumina, integerrimum calamum, ævum, sapientem, sapidumque virum requirit.

ICONISMUS X.

Aquatilium Pullulatio, & Ideationes Annexæ Patefiunt.

I. Singulorum generandorum genericè diversorum, tam sinuositate terrea, quam incubatione specifica, vel aliena fovente ova fœcundata; vermium, serpentum, reptilium singulorum productio, generatio, germinatio fit. Elasticitate primordia in his generandis agente ut sat antecedentes paginæ ostenderunt. Piscium pullulatio non ultimum

mum occupat locum in fœcundationis modulatione in proprio ovario, oviductibus fœmineis tempore idoneo germinantibus, mensibus generationis consonis: in sacculo uterino ante fœcundationis actum innumera ovula figurata ad piscium generationem structa, molis seminum papaveris, cannabis, ciceris, & distincta, & repræsentantia formicarum acervum. Dicimus pisces ovatos, pingues, plenos: exonerati, vacui, nuncupantur sicci, debiles. Quælibet fœmina, piscisve maritimus, saxosus, fluviatilis, cartilaginosus, levis, mollis, turbinosus, testaceus, locustis, amphibius, squamosus, &c. copiosissimè concipit, distincto tempore, intra ovarium fœmineum ova fœcundanda, ut in singulis jucundum inspicere sit. Sic in pisce lolligenæ, canicula maritima, lupo, fura, anguilla, raja, sgombro, mustello, hirundine, murena fluviatili, halice, gladiatore, pulpo, barbo, squilla, gibba, thinno, solea, gallo, alburno, lucio, &c. In omnibus, tempore opportuno, ovorum copiæ mense generationis inveniuntur, & observantur. Aves, reptilia, insecta, sensitiva perfecta, statutis temporibus ad speciei successivam propagationem, stimulo generativo, salaci, venereo capiuntur ex solutione, turgenscentia, fermentatione, extricatione seminalium saporum, fluidorumque nervinorum, impetumque habentium: ova concipiunt, pariunt statutis diebus, præcisè ii pisces, qui aeris elasticitate lucidiori, roscidiori, vibrantiori spirali gaudent: quia maximè fluida nutrientia, & agiliora, lucidiora, subtiliora, nervea extricantur, moventur, solvuntur, & aptiora redduntur motui fermentativo, expulsivo, salaciori, venereo, coitionis opus petendo, & repetitis generationibus operam dando, ut in volatilibus accidit. Plurēs nidificant, concipiunt, ova excludunt, fœcundationis opus patiuntur. Piscium ovulatio fœcundatio, pullulatio, generatio ab antedictis non dissona.

II. Idea seminali, fœminea piscium ova à specificis maribus fœcundantur in loculis, alveolis univocis propagationi. Volatilium nidificatiò distincta, diversæ constructionis, & figuræ, materialiumque consequitur avis specificationem; quin etiam locationum ordinem, mansionem, distinctionem. Singulæ species servant proprias nidificationes consonas motibus specierum, ut montanas, riposas, palustres, arboreas, in collibus, duramentisque vitium; in foraminibus turrium, vel parietum, sepimentis, &c. Piscium alveoli sinus servantes ova excludenda, sunt in scopulis. Erinaceus marinus, Locustæ, Ostracæ, Ostacus, & crustacei omnes, apud nostrates piscatores fructus marini nuncupati, & hoc similitudine figuræ modulantis, & ideationis aliqualitèr perficiendæ à locationis

po-

positione. Pisces molles neutiquam in scopulis generantur, sed in sinu aquoso; crustacei crustosos, saxeos petunt sinus. Omnes aves durissimarum pennarum, & muscularium carnium, ut grues, corvus, aves feræ, præpetes rapinis deditæ montanas, saxosas conficiunt nidificationes, & univocatione specifica iisdem vescuntur cibis consonis propriæ naturali compositioni, figuræ, & saporibus, quibus pullulatio, nutritio, conservatio agitur; idemque in vegetativis, sensitivis observatur. Terræ sinus idoneus, univocus herbis, plantis, seminibus proportione saporum, fluidorum, figuræ, & motuum, quibus germinatio, vegetatio, & sequentia annexa deducuntur. Nonnulli pisces navium carinis affixi, rostris, sentinis. Specificatio universalis requirit universalia loca, ut in sensitivis, volatilibus etiam. In Mare Adriatico teneriores, suaves, magis dulces. In Tirreno, Erythreo, Ligustico, Ibero, Scythico, Balcario, Oceano, Helespionto, Jonico, Lybico, in sinu Arabico, Ægeo, &c. habitant, morantur, generantur, causa structuræ, habitaculi, alimenti permutabilis facilius in saporem, figuramque univocam, rosciditatem nutritivam consonam fluidis nutrientibus. Conficitur corpus organicum à fluidis homogeneis vinculo saporum, figurarum, & motuum; quorum gyremate partes singulæ nutriuntur, augentur, crescunt, conservantur; & hæc affici, ideari debent à specificatione, & specificari à fluidis idea seminali intrinseca dotatis. Idea seminalis à parentibus univoca regulariter fit in speciebus perfectis: in verminosis, monstruosisque, ab antedictis, & infra dicendis; nec fluidorum nutrientium fortibus impressionibus seclusis, neque à tanto opere remotis.

III. Nec inferioris efficaciæ in Piscium pullulatione est seminale fermentum, & idea fœcundativa, ac in oviparis. In utroque genere ex nobilioribus, singulis, principalioribus totius viventis aquatici, fluidisque lucidioribus est, & impetum habentibus, figuratis, roscidioribus, in sapore fervescentibus, activioribus, motum agentibus, impulsione, susceptione diastolica, perisystole morosa, sed momentanea distinguente diastolem à systole; dotatum, ideatum impressum perfectissimum contentum in fœcundo excitante diminutas, rudes figuras absconditas, non expansas; sed struendas, patefaciendas, perficiendas motu germinationis in vegetantibus; pullulationis in his. Solutione saporum, extricatione eterogeneorum, fermentatione seminali initiativa in punto saliente. Piscium fœcundata ova successiva delineatione seminali fermentativa, aliisque unitis, & necessariis, actum pullulationis adipiscuntur, & motu excitante spirali, seminales ideas susceptas à mare fœcundante, & fœmina præbente,

te, & modulante. Fluida ovaria figurata, saporifera capacia, aptaque affici motu, & fermento seminali prægnante sufficienti elasticitate; qua peristalticus, vibrans spiralis, & universalis vitalis fit; particulares singulos fermentativos motus adimplent in tòto organico, & partibus quibuscumque formandis, nutriendis, augendis, conservandis: uti simile id ipsum in cæteris generationibus perfectis obtinetur: Hæc idealis vis specifica generativa delineationis, structionis, & perfectionum organici, & organicarum omnium conficiendarum in piscium pullulatione; remota actuali aeris elasticitate, vibratione, & intromissione, obtineri nequit: immò nullus spiritus, nullumque fluidum impetum faciens, agere potest. Incubatio, fotus, amplexus, motus concipi, vel concedi permittitur, ni aeris elasticitate, vibratione intrinseca movente, nec fluidum quodcumque sive nutritivum, fermentativum, extricans, solvens ducitur, aptumque fit, carens intrinseco spirali elastico. Hypotesi facta: si construi posset sinus, sive pneumatica machina aere carens, si ovorum fœcundatorum incubatio fieret; minimè pullulatio sequeretur: subventanea, licet fœcundata evaderent. Aeris diffona, nec omnimoda univocatio idem ageret. Testudinum ova subtilissimo aeri commissa, & avium ova palustrium delata ad cacumina montium, & ex opposito à lucidissimo ad cænosum; licèt incubationis actus duceretur, ex aeris non totali univocatione locali, idem sequeretur. Aereæ spiræ univocari debent inspiranti genito, & generando. Non iisdem vivunt aves, pisces, & terrestrium animalium diversæ species; verminosa insecta.

IV. Gaudet luciditas, rosciditas fluidorum nutrientium puriori elasticitate etiam in aquis. Unde puriores, meridionales frequentiori irradiatione præssæ producunt pisces sapidos puriores, argenteos squamosos. In Mare Eucrino parum agitato, penè stagnantibus aquis referto, pisces vappidi, pravæ nutritionis, tardioris motus. Virtute elastica diminuta; imbecilla, inerte, uti animalia degentia in regione meridionali, orientali, luminosa, balsamica, rore roscido dotata, sunt activissima, velocissimi itineris, vivaciora, præstantiora. Species Equorum, Simiarum, Leonum, cæterorum sat testantur, in his fluida nutrientia lucidiora, depurata, elasticiora, ut in singulis vegetantibus idipsum est; aere impellente intrinseco: motus vitales exercendo, graduatione perfecta modulata à patre solari irradiante subjecta corpora solida, terrea fluida adjuncta, & successive ideata. Spirituum, saliumque copia major, copiosior in his, minimè in cænosis, opacis, vappidis.

V. Utilis alimentorum, escarum sapor, nobilior jucunditas, sua

ſuavior dulcedo ex aeris elaſticitate, roſciditate, terræ ſitu, ſolis irradiantis aſpectu, graduatione in ſingulis vitam agentibus vegetativis, maritimis, volatilibus, ſenſitivis perfectis, inſectis. Univerſaliſſimo, neceſſario elaſtico, balſamico aereo agente, diſtinguente chylificationes, nutritiones, fluidaque omnia nutrientia, quibus fermentationes vitales aguntur. Piſces nonnulli multis in locis, quibus flumina inſunt; & horum aquæ ſinum maris petunt, & ſunt non pauca, tam profunda, & vaſta, ut ſinum maris æmulentur; dum gaudent aquis pluvialibus, tunc laxioris figuræ, vappidi: ſubintrant maris undas, & ſicuti degentes in flumine erant lividi, obtuſi, molles, vappidi, fiunt paucis diebus ſapidi, ſquamarum argentum imitantium; hoc non falſedine maris tantùm, ſed concuſſione undarum aere prægnantium, quibus piſcium nutrientia fluida perficiuntur. Herbarum tranſplanatio à cœnoſo in montanum, fert quotidiana experimenta. Fluida primò ideantur: à fluidis partes ſolidæ: ab utroque ſeminalis idea, & fœcundum fermentum. Ex univoca reactione fluidorum, & ſolidorum elaſtica, ſaporifera, figurata, modulata, oritur univerſalis perfectus motus, idea, ritmus; & ultimata occaſionalium imprimentium Ideatio.

VI. Latet in genere aquatico vivente diſtinctio, & innumera ſpecifica diverſitas pullulationis. Multi piſces longiori tempore excluduntur, nonnulli breviori; ſic arenoſis ſinuoſitatibus, ſaxis, ſcopulis: cruſtacei largiori ſpatio, teneríoris ſtructuræ, breviſſimo tempore. Imitantur ſenſitivorum, volatilium, verminantium modulationes diverſas, diſtinctas; ortas partim ex diverſitate ſpecifica primaria, quam molis figuratione, locorum incubantium, cæterorumque ordine adjacentium. Id principalitèr à ſeminali vi fæcundante, ſolvente, extricante, movente fluida delineanda in corpus organicum vivens; & hoc perfectiſſima modulatione ideali ſuſcepta in ovis à mare fœcundante. In puncto ſeminali retinetur, & veluti in capſula ſervatur idealis, ſaporoſa, figurata, & id omne neceſſarium aquaticæ pullulationi. Conficitur horologium viventium, in quo ſpiritus movens, figuratio partium, & conſona proportionata temporis, aeris elaſticitas; ut ſingula ex uno ſint, in unum conſpirent, & conſenſiant omnia. Idealis ſeminalis vis efferveſcentiam ſuo tempore, & loco modulat, extricat tali, tantoque opere, & robore, ut ejus vitio, vel inopia; vappiditas, læſio, ſint præciſa cauſa removendi pullulationis qualiſcumque ſpeciei, & ordinis punctum. Reliqua fluidorum vitia corrigi, emendari poſſunt aliquantulum; at ideale ſeminale fermentum graviter læſum, talem non ſuſcipit depurationis ritmum. Subventanea omnia fiunt ova, non

ſa-

fuſcepta ſeminali ideatione perfectæ compoſitionis, ferveſcentiæ ſaporiferæ motrice. Redduntur inertia, nullius efficaciæ in pullulationis, generationisve opere.

VII. Opus perfectiſſimum eſt piſcium pullulatio, requiritque opportuna, aſſidentia omnia, tam cauſa motus elaſtici vibrantis, balſamique, roſcidi, ſpiralis, quam ordine motus fermentativi fluidorum occurrentium generationi; quibus extricatis punctum ſaliens primo apparet in fluido ſeminali; & ſubſequens rudis delineatio fit; & formatio, figuratio totalis ſingularum partium ſucceſſiva ſpecifica in mole, ſapore, figura, & motu, uſque ad minimam ſquamulam, æmulando parentum generantium ſtructuras univocatione fluidorum, ſolidorumque ſubjacentium principali moventi, à quo deciſum ſeminale fermentum, & à ſingulis homogeneis, etrogeneiſque componentibus. Aguntur hæc motibus fermentativis, nutritivis univerſalibus, & individualibus, auctivis, conſervantibus, perficientibus, ſubjacent vitiis continentium aquarum, elaſticorum vibrantium, omnibuſque occaſionalibus moleſtiis, aeriſque impreſſionibus; licet debiliori impreſſione: habita cauſa reſiſtente ex aquis ipſis.

VIII. Refluit, fluit, vibrat aquas aer, undaſque parit motu proprio ſpirali naturali elaſtico, & propria præſſione; nec fluxus, refluxuſque maritimus, remoto aere cogitari poſſet. Præſſione vaſtiſſimæ molis aereæ, intrinſeca vibratione utrumque agentis, & motum, & pondus, modulantur in undas aquæ, & ad litura fluunt, uti vibrationis ſpiralis figuram undæ demonſtrant; & veluti aere turgentes ſeipſas exonerant ad litus, aereas ſpumas: excreando majori, minorique ſpumaſcentia, motu celeriori, aut tardiori; nimis longinguas, diſtanteſque, vel proximas, vicinaſve ſignando veſtigiis arenas; ut aeris turgeſcentia, vibratio, elaſticitas, præſſio, ponduſque fuerint. Sic fluctuum, undarumque tranquillitas, procelloſus motus ſequitur: nec ſola præſſio inſidentis aeris, ſed intra ipſas aquas reſidentis, ipſiuſque elaſticitate vibrante intùs poſita, inſurgit maris procelloſitas, altitudo, motus fragoſus in montes, ſcopulos, obviaque corpora ſingula; nec motio talis, ni ex aere turgente, impellente, vibrante, & in tempeſtatibus naufragia obſervare licet: illo nimis movente, diſcuſſo, agitato, ventorum ductore. Præmens vibrando agit fluxum intùs ſuſceptus à profundiſſimis, imiſque ſinubus aquarum: pondere refluxum perficit, proprioſque ſinus, declivitatem, veſtigiaque quærens. Refluxæ fiunt undæ fluido pondere ductæ.

IX. Undè obſervare licet annitemporum diſtinctiones, & veſtigia ſignata à ſpumantibus undis. Diebus Solſtitii hyemalis, æſtivi-

que, & placiditate, tranquillitate, serenitate dierum existente, remoto vento, cessante nebuloso aere, fragoso, turbido, aliisve molestiis minime affecto, sed prorsùs sereno, claroque existente in utroque tempore. Signant æstivo solstitio vestigia, arenosa litura undæ nimis breviora, parumque spumescentes aquæ apparent; at hyemali longiora, distantiora, celeriori motu, & inter undarum eruptiones brevior etiam morula, sivè temporis intercapedo agitur; ut unda post undam erumpat; diebus æstivis longior, tardior mora inter fluxum primum, & secundum, cæterosque sequentes, observantur duo vinculo alligata opera, scilicet signatio maritimi spatii, longioris distantiæ lituris; & celerior fluxus, & refluxus hyemalibus annitemporibus. Hoc graduatione temporum successiva augetur, formatur longior, brevior, brevissima; tarda, tardior, tardissima. Gravidiores undæ hyeme, quamvis serenum currat tempus, altiores, propinquiores inter ipsas: æstate depressæ, distantes inter se, leves, minusque spumantes; talisque turgentia, depressio graduatione temporis æstivi, autumnalis, hyemalis, vernique crescit, decrescitque: cæteris paribus in serenitatis ordine, & modulatione habitis.

X. Magnopere ostenditur, id totum oriri ex aeris elastico motu, pondere, & sequenti præssione subjacentium aquarum. Quodcumque corpus præssum ab insidente ponderis majori, minorique gravitate; afficitur magis minusve passibile, & receptivum impræssionis à præssiva gravitate insidente: præstantiori, efficaciori, validiorique passibilitate, ut agentis præmentis robur, motus, activitas erit; talique graduatione servata æquivalenti; ut gravitatis proportio, & subjacentis resistentia habeatur. Nimis resistens causa molis, soliditatis, alteriusque adjacentis, vel annexi; mutat, imbecillamque reddit agentis præssivam actionem, ut in singulis motibus, fermentationibus saporiferis accidit; ut etiam causa figurarum valdè oppositarum, id omne contingit. Dum corpus præssum fluidum fuerit, ut simplex aqueum, validiori motu præssio perficitur; & licet præmens diaphanum fuerit, minusve ponderosum, sed activum movens vibrans, elasticum est; unde suo pondere, licet inæquali, sed motione superius fit. Documento demonstrans suas validissimas vires in ventorum eruptione, undarumque quassatione procellosa æffrena, invincibili, crudelique trucidatione; ac dissipatione solidissimorum, saxeorum, durorumque lignorum, navium, arborum, ædificiorum, quorumcunque lignorum, navium, arborum, ædificiorum, quorumcunque obviorum corporum. Aeri frementi quis resistit? Tempore æstivo lucidior, leviorque minùs ponderat, leviterque premit; quia causa minùs aquæ, undæ maritimæ fluunt, parum agi-

tatione

tatione præhenduntur intrinseca; ratione carentiæ alienorum intromissorum solis activitate, & irradiatione solutorum, dissipatorumque; & hoc non tantùm longiori successiva operatione solari, diebus æstivis habita longitudine horarum, & numero majori; sed quod maximum est, nec oblivioni committendum, scilicet actionis irradiantis proportio; oppositio diametralis, & penè perpendicularis horis meridionalibus; ut evenit habitantibus inumbris, torridæque regioni. Non lateralitèr, sextili figura, dum Sol Capicorni, Antarticive gradus, & polum signat in nostro, quolibetve horizonte, & cætera Zodiaci signa majoris altitudinis, minorisque respiciens. Agentis proximitas successiva longior actio, aspectusque proportio major æstivis diebus, ponderis gravitatem, elasticitatis suavem vibrationem inducunt; & id solis irradiatione Zodiaci signatura, & graduatione delata in horizontis situm. Horarum hyemalium, dierumque sollicitus, celerrimus ordo; ut quidpiam longioris, & gravissimæ considerationis, nostrum opus non attingit; & causa aliqua non minoris, nec prætereundæ investigationis esset petenda, assignanda, explananda, ac invenienda; reponendaque in præssione, gravitate, levitate, elasticitate, vibratione aerei universalissimè agentis spiralis coagentisque cum annexa, inseparabili irradiante movente. Horum strictissima copulatio, annexio, & subsequentia modulata proportio, non parùm affert; immò ut universalissima causa distinctionis annitemporum, & innumerorum effectuum diversorum, tali distinctione productorum. Ita Summo Infinito, Immenso Primo Motore regente, ordinante tale tantumque admirabile opus; paritèr temporis mensuras, dierum, horarumque ritmum, longitudinem brevitatem majorem, minorèmque: ex horum irradiatione, elastitate, pondere, præssione. Agunt talibus graduationibus Zodiacis tanta majora, diversa, miranda; annitemporum distinctæ diversitates illuminationis, aspectus, præssionis, ponderis, figurationis, ideationum universalium, particulariumque, singulorum producendorum, & fermentationes, vegetationes, germinationes, omnesque productiones dependentes ab annitemporum distinctione, & efficacia; licet non totali, sed partiali, & ad minus, sine quibus non. Quamvis quidpiam non adhuc plenè patefactum, & apud nos omni ex parte notum, vel clarum, sed dubium, vel suspicione, alitèrque investigandum sit. Morum capacitas, varietas, diversitas agendi, & universalis creata activitas à Summo Increato Opifice recta, dirigenda venit; ut quid non inferioris ponderis antecedentium, servata semper omnimoda evidenti veritate intrinseca; insufficientiæ, & terminatæ nostræ capacitatis culpa, defectuque; & apud nos non habitum

tum opus. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.

XI. Generandorum maritimorum, fluviatiliumque opus non ultimò confirmant Lunationes. Conchylia, testacea, crustosa, omniaque saxis, scopulis, arenis, navibusque affixa apud nos nunc fructus marini nuncupati. Clarum enim est talia crustacea, testacea, amphibia ditiora, pleniora, turgentiora fieri, & efuga, vacua, diminuta, gracilia apparere, & esse: distincto tempore Lunationis Plenilunii, & Novilunei inspecto. In Plenilunio apparent pinguia, ponderosa, plena, jucunda: immo in Lunæ silentio, sive coitu diminuissima sunt, & accretione, diminutioneque illuminationis successiva, sic graduantur & ipsa. Omnia hæc ex modulatione, & ideatione balsamica, roscida aeris præstantis in maris sinum, illud balsamicum roscidum suum nutriens majori, minorique copia; subjecta maritima saxis arenis, scopulisque affixa viventia afficiendo. Quid in sublimiori solari motu cogitandum?

XII. Et plantæ, & herbæ ab intrinseco crescentes in maris capacitate, ut vegetationis motum exerceant, aëre indingent. Fluidorum nutrientium ideatio, appositio, auctio in nutritionis opere vibratione, & roscididitate agitur impulsiva aerea; nullusque intrinsecus motus sinu intromissione elastici. Crescunt, nutriuntur; augentur in sinu maris virentia, & affixæ radices saxis, scopulis, consonisque locis. Omnia innumera escarum, pabulorumque genera motu propriorum fluidorum nutritivorum; & hæc præcipuo elastico motu, & modulatione: quibus motibus inspirationem, respirationemvè, ordine vegetativo exercent, ut singula vegetantia in sinuositate terrea, suctione succorum nutrientium univotorum transmutabilium in proximam, proportionatam specificationem, figurationem, sapores, & motum: dum nullum vivens sine motu, nec motus carens vibratione, nec nutritio sinè fluidorum intrinsecorum motu; nec motio excludens præcedentia. Marcescit, obit, extirpatur, perit vivens omne, & luminosum vitale, privatione aeris; diminuta elasticitate, vitiosa, præternaturali, molesta, offensiva existente: qua fluida nutrientia motu primariò defraudantur: saporibus, figurisque alienis intromissis, oppositis vitali restaurationi. Non excluduntur crustosa, reptilia, insecta, omniaque virentia vegetantia, sensitiva ovipara, cæteraque ab inspirationis munere, & opere, ut Pneumatica machina denotat. Restrictis vasis viventia contenta, graduatione inspirationis breviter, diuque vivunt.

XIII. Necessitate locationis sunt Maria Eucrina mortua nuncupata; & causa remotæ, vel diminutæ elasticitatis, & vibrationis.

Vita dicuntur privatá, scilicet intrinseco vibrante aere analogicè. Lacus omnes tanto munere non plenè affecti, sed diminuta elasticitate moti, sunt pessimæ structionis. Pabula cænosa, pisces, fluvialia omnia vappida, mollia, livida, pravæque constructionis; depravatæ alimoniæ, molestique nutrimenti; & hoc sola præcisa aeris motrice elasticitate, vibrationeque; quibus motionibus, vibrationisve aeris depurarentur aquea fluida; essent roscida, balsamica modo suo; & viventia fluvialia in aquarum sinu degentia, pari ordine, & modulatione nutrirentur, restaurarentur. Quibus aeris diminutis, abolitis; cessat motus, deficit depuratio, depravantur nutrientium aquatilium sapor, figura, medela, ritmus. Spirali celeri, vel moroso motu habitos oriuntur perfectivæ, vel defectivæ viventium nutritiones.

XIV. Elucescit elastica vis in Amphibiis in utroque foro viventibus, terrestri aereo, & aqueo, fluvioquè; nec exclusis testaceis, crustosis, locusticis, ostracis, erinaceis, omnibusve saxo, scopulo; arenæ, imoque solo affixis. Omnes piscium species inspiratione indigent, respiratione propria aquatica. Amphibia in foro terrestri aliquando degentia in gyptulis, cavernosis apendicibus saxeis, inspirationis opus habent mediante quodam pugilione organico; & diastolicum expansivum, diastolica visibili dilatatione; systolicum constrictivum subsequentem adnotant motum. Nec vivens, ullum aere circumpositum, respiratione caret, inspirationeque præcedente. Reptilia, serpentes, insecta, testudines, glires, & his annexa viventia, tempore hyemali, licet sinu terreo reclusa, & dormientia; attamen perfectissima inspiratione, respirationevè gaudent. Tantæ innumeræ avium species hyemalibus diebus, in maris profunditate, imisquè locis degentes, quia vitam agunt, respiratione, inspiratione, motuque vitali perfecto, & ritmico afficiuntur. Nullus vitalis motus fluidorum nutrientium sinè gyremate, nec gyrema absque aeris præsenti elasticitate. Fluiditas, figuratio, motus, modulatio ab aere præcisè fiunt; neque circuire aptum est fluidum quodcumque, non intimo intromisso, associato vibrante aere. Est vita in motu; est motus vitalis cum aere maris undis contento spirali.

XV. Respirant in aquis, inspirant etiam saxis, scopulisque associata; retinentque organicas partes inspirationi necessarias, opportunasque; scilicet nares, sequentesquè narium ductus, canales, cavitates, aere replendas: fistulosa capacitas ab æsophago, palatoque usque ad umbilicales partes. Omnibus concessæ narices, & pinnæ ad figurationem laryngis in dextro, sinistroque capitis organo ad inspirationis,

re-

respirationisque opus agendum. Erinaceis, crustosis in umbilicali centrali parte corporis, modulatio, figuratio, structura organica miranda huic operi inspirationis dicata: nec frustaneum, ullumque otiosum inutile in organicis viventibus componitur, perficitur. Sunt organicæ, & fiuratæ partes inspirationis, respirationisque sequentis; quibus utitur vivens imis, profundisque aquarum capacitatibus: inspirationis necessitate, ordine, aqueo, sequentisque respirationis, spiris aeris elasticis indiget quodlibet vivens aquatile, ut motus vitalis agi possit; & fluidorum gyrema.

XVI. Attrahunt propriis radicibus vegetantia ex terrea mole fluida nutritiva, & trunco ramis, frondibus, floribus, fructibusvè tribuunt motu ductivo, aere prægnantia ex sinu terrestri, & radicibus profundissimis radicatis terræ capacitati; ubi nullus aeris motus sensu percipitur (adest tamen) nec ponderosi, & levis puerile dogma obest; ut leve sursum, grave deorsum proportione intrinseca, proportione corporis ad corpus, non modulatione mistica, ac vivente organica, in qua partes levissimæ impetum agentes, gyrematis necessitate; modo imas, modo superas, mediasque petunt, occupantque locationes. Motus vitalis hæc omnia corrigit.

XVII. Nec invenire possumus mistionem eterogeneam fluidam nutrientem, impetumque habentem in organico vivente, cujus partes non sint leves, leviores, levissimæ. Ponderosæ, ponderosiores, intimèque non reperiantur copulatæ ordine fluido, ut chylosæ cruentes, lymphaticæ, nervinæ; petantque diversa emunctoria in figuratione diversa; uti sunt Urethores, Alvus, Hares, Universa cutis. Fit unum corpus plurium miscendorum, quorum mistio universali gaudet aeris elasticitate. Unumquodque sua vibrante rosciditate, & aerea mole affectum. Corpus aereum suo spirali elastico motu eterogeneitatem ponderis naturaliter fert.

XVIII. Dari nequit motus fermentativus generationis, remoto aere, immò initiata generatione, si notabili mora, temporisque longitudine, intercapedine, aeris intromissio occasionaliter molestà cesset, statim deficit initiata generatio, neque opus regreditur, etiam de novo si intromissus fuerit. In profunditate notabili excluduntur incubatione terrea ova locustarum flagellum Ægyptiorum olim. Ova serpentum, insectorum lumbricorum, aliorumque; & uti major fit organicarum partium, & perfectior compositionis structura; sic copiosior intromittitur aer. Leve fit ovum, majori, abundantiori indiget genitum vivens inspiratione, respirationeque: quod non alienum ab his est in viviparis intra uterum gentis. In illis ergo perficitur generatio in sinuositatibus terreis ponderosis proportione elastici corporis

poris. Fiunt Piscium pullulátiones in aqueo fluido, scilicet in singulis proportionatis sinubus; & delineatio, exclusio, formatio, generatio motus sunt, & motiones intrinsecæ viventium, cujuscumque modulationis sint. Indigent primoprima elasticitate aerea, ut gyrematis impulsio, vasorum apertio fiat; & ordine, graduationeque aeris celer, celerior, tardus, morosior fit vitalis etiam motus; in aere cænoso gravior, in lucido tenui levior, & proportione corporum inspirantium, & aeris inspirati patratur. Uno verbo, nec motus generationis, neque naturalis intrinsecus nutritionis augumenti, conservationis in regno volatilium terrestrium, fluviatiliumque agi potest, spirali aereo elastico remoto.

XIX. Omni remoto intrinseco motu fluidorum naturalium à machina organica vivente, successiva introducitur separatio, atque distinctio inter levia, leviora, ponderosa, gravia, graviora, Dum à machina vitali motu reguntur unitim grave, leve, minùs grave; dum alienantur, unumquodque suum petit locum. In cribatione, & filtratione naturali, quia molestum separatur impulsu movente à roscido naturali, vel naturale opus agente; tunc ratione saporifera, & præcisa figuratione ad univocum emunctorium detruditur, scilicet ad alvinum, urethicum, sputionem, mucum, lacrymale, cutaneum, &c. Tunc aeris elasticitas vibrans, spiralis decurrens, movens intrinsecè cessat. Mistio depravatur, & motus regens, dirigens omnino deficit, uti mortua corpora non diriguntur; & proprio pondere ad congrua loca decidunt. Abecedarium carens compositione, & dirigente proprias notas, nil aliud denotat, demonstreat, nisi sua separata elementa, literasvè Abecedarias; dum compositione uniuntur, diriguntur, copulantur; pulchras dictiones, ingeniosa, virtuosa volumina, animique conceptus exprimunt. Totius dictionis pondus, at non distributarum notarum gravitas ducitur.

XX. Rem plane demonstrat Pneumatica machina, artificio Boylensi, omni prorsùs aere exonerata: Qua ingeniosa, præstantique machina ostenditur non solum cujuslibet viventis inspiratio, aerisque necessaria intromissio; sed graduatio majoris minorisque copiæ; & eorum non viventium, sed elasticitate indingentium. Ut lumen statim extinguitur in dicta machina, ni aer introducatur, ut in piscinis oleosis, quotidiè accidit luminis extinctio; ex depravatione elastica aeris, olei pernicie, & opacitate introducta. Horologium viatorum in Pneumatico artificio, depleto aere, non signat horas, neque movetur. Sic etiam idem horologium in aere cænoso, apendice montis aliter signat horas, ac in summitatibus montium; licet ad minutarum numerum tardius, proportione elasticitatis aereæ, & ipsius gra-

vitate, & præssione agente. At seclusa omni machina: augustissimo vase viventia posita, magis, minusque vivunt, aeris indigentis, & necessarii graduatione diversa.

XXI. Viventia maritima saxis affixa longiùs in dicta machina vivunt, sequuntur crustacea, reptilia diversæ speciei, & sensitiva; quibus datum est respirationis opus tenuissimum, tenue mediocre; sic graduatim in dicta machina vivunt. Quæ magis copiose inspirant, brevissima minuta agunt, quæ minima inspiratione gaudent, longiore spatio; sed omnia pereunt, ni aer intromittatur. Serpentes, aves, amphybia, cæteraque diversitate respirationis indingentia aere; sed singula inspirant. Extinguitur lumen detracto oleoso pabulo. Pereunt viventia quæcumque remoto, vel diminuto aere spiralique elastico.

XXII. Meliori demonstratione idipsum. Ova incubata, & delineationis figuram, ac motum deperdunt, marcida fiunt notabili temporis spatio ibi servata; nec musca vivit, neque vermis, lumbricus, aliusque non obit. Quanti ponderis, & necessariæ activitatis aer est sua rosciditate, spiriæ, elasticoque motu.

XXIII. Impositis intusve seclusis cocleis terrestribus, aut marinis, sive nudis caricibus indutis, pomariis, cavaticis, quæ tam diminutissimè inspirant, respirantque, ut, adhæreant scopulis, saxis, parietibus tanto arctissimo glutine, ut intimentur, identificentur penè talibus durissimis corporibus. Plurimis abdomadis ità metipsigatæ vivant, ùt quadam vi non parva avellantur à saxeis, durisque marginibus, & unum corpus repræsentando tali adhæsiva annexione. In Pneumatica vacua machina, aliquantisper vivunt, sed tandem transactis aliquibus minutis moriuntur marinæ, terrestres durissimis caricibus servatæ, uti in parvo domicilio viventes. In his seminalis motus fermentativus, extricans, delineans est morosissimus, & penè insensibilis, minimissima elastacitate indigens; attamen inspiratione utitur, indigetque: qua remota, quamvis morosè, sed illius carentia perit; nec forsan reperibile vivens amphybium, saxis annexum, durissimisque sinubus incubatum, quale morosius, tardiusve sit in fœcundationis opere. Testudines pluribus horis copula seminali indigent, sed cocleæ pluribus diebus continuis non interceptis ad seminationis, fœcundationisque opus, necessariis utuntur structura glutinosa, vestigia, salivalia, itinerando similia imprimunt, viscida gummosa, ideamque glutinis morosi possident, figuras fluidorum, saporumque consonas, pariterque propria domicilia; sed his morosis fluidis, ideis, figuris, saporibus, minimissima elasticitate affectæ, tardissimoque motu præditæ inspirant, respirant in aquis, marinisve

sa-

ſaxeis, ſcopulis, undis, fluviis. Nec vita ſine motu, nec motus præter aerem. Conchylia, corallia alba, rubraque virentia maritima ab intrinſeco creſcunt, ſingula cruſtacea uſque ad minimam externam impræſſionem parentibus aſſimilantur, corticeſque ipſis viventibus univoce unitis, ab intrinſeco augentur; ut cutis inſenſitivis. Creſcunt, nutriuntur, augentur, conſervantur in aquis, ducuntur motu nutritivo intrinſeco fluida nutrientia: ſufficiens cauſa inſpirationis, reſpirationiſque in omnibus, ſinguliſque fluvialibus, maritimis, vegetantibus herbis, plantis, reliquiſque generibus, indigentibus primoprima intrinſeca elaſticitate aerea vibrante, movente, impellente, omneſque actus vitalitatis ſpecificè diſtinctos exercente. Undæ vibrationis figuram demonſtrant in earum fluxu: hic major, minor, levior, turgidus, depræſſus, qualis aerei intromiſſio, vibratio, elaſticitas ſpiralis. Undulationis motum, ſpiraſque nudæ cocleæ imitantur in earum ſtrioſo motu, uti corporis, textureque aqueæ ſolo ſpirali intrinſeco elaſtico duci videantur, undas maritimas æmulando in vibrationis turgentia. Hæ ſpumas in liture ſignant lucidas: cocleæ propriis argenteis ſpumoſis ſtriis ſolùm, ſubjectumque corpus afficiunt. Elaſticum ſpirale ferè totum itineris motum impartitur & illis. Reſpice, & crede tibi.

XXIV. Dubitandi ceſſat cauſa. Piſces non amphibii, nec utroque regno viventes extra aquas cauſa inſpirationis moriuntur; eadem ratio. Senſitiva in altiſſimis montium ſummitatibus pereunt, tenuitate aeris, miniſſima elaſticitate gaudentis; ſin pariter lucidiſſimo aere conceptum, ac nutritum longiſſimo tempore: cœnoſum petens, moleſtè afficitur, vel perit. Fluida nutrientia cujuslibet viventis ſuſcipiunt præciſam elaſticitatem ab organo vitali, vel vitalem vicem gerente; qua elaſticitate præcipua ſuſcepta, & modulata, & figurata univocatione viventis reſtaurandi; fluida naturalia ducuntur motu diaſtolico, & ſucceſſivo ſyſtolico, undè depravata notabili impræſſione, & alienis fluidis, motuque vitali; certo perit vivens. Fumo denſiſſimo gratiatus aer nonnè enecat viventia illum inſpirantia? Sufficit fumus carbonum apoplecticos morbos inducere, mutulos, comatoſos, oppræſſos in reſpirationis, inſpirationiſque motu: offenſis nerveis ſuccis, vitalique fonte; coagulatis fluidis nutrientibus, indèque inevitabilis obitus. Scio non paucos, ſed pluſquam viginti, mortuos, extinctoſque ſolo fumo carbonum; omneſque apoplecticos obiiſſe, Facto moroſo, vappido motu diaſtolico arterioſo à vitalibus organis læſis, dependente. Aphonos, oppreſſos, veluti laqueo reſtrictos periiſſe, ex defraudata elaſticitate neceſſaria ad fluidorum naturalem motum. Mira, diverſa expertus ſum in fumo carbonum,

V ut

ut integer liber capax non eſſet tantas hiſtorias enarrare. Spirituoſis, volatilibus, viperinis, ſuccinatis, elixiribus, capitalibus hirundinum aquis, omnibuſque veris nervinis, ac ſpirituaſcentibus uſi ſunt illi, qui ab hoc truculenti fumo affecti fuere. Lumen candelæ vidimus extinctum in piſcina oleo olim, vel actu plena. Experimentum unicum donans veſtigia oleariis, ut in piſcinam deſcendant. Immiſſo lumine magno candelæ in illam: ſi extinguatur, deſcendens quoque perit: ſi graviter lumen offendatur, etiam perit, ſin minùs aliqua ſpes, tamen dubia erit. Lumen non pabulo unicè nutritur, ſed elaſtico aereo. Habet lumen motum vibrationis, & aer nimis luminoſus dicendus eſſet: perficitur aere, diſtinguitur, læditurque ex illius diverſitate, locatione, & ſpirali elaſticitate, ut antecedentes paginæ ſat edocuerunt. Spiras ſpirantibus viventibus univocari neceſſarium eſt. Sic piſcium fluida nutrientia alienantur à conſono motu univoco opportuno, & neceſſaria fluidare aquea indigente. Nimis volatilis purus aer inſufficiens propriæ inſpirationi; ut evenit petentibus montium altiſſimorum cacumina; hinc ſi in gyptas humidas, aqueas piſces è maris ſinu ereptos, ſtatim immittantur, non tam celeritèr pereunt cauſa craſſioris elaſticitatis ſpiralis. Non ſolum piſcibus, ſed viventibus, ſingulìſque vegetantibus diſtinctione, & diverſitate ſpecifica propria accidit. Requirunt locorum diſtinctionem, aeriſque præcipuam perfectivam, non defectivam elaſticitatem; uti experimur uno in loco vireſcere, copiosè fructificare, ſalubritèr vivere; alio oppoſita contingere viventibus, vegetantibus ipſis aer. Aqua, Terra conſona ſunt, regione ſociabilia fiunt. Aquei puritas, ſpiralis elaſtici roſciditas balſamica illuminatione fiunt, & locali ſitu terreſtri.

XXV. Eſt in regno aqueo eadem ſociabilitas, ac in terreſtri, & aereo. In viſceribus terræ cauſa vegetationis, fructificationis, propagationis, alimoniæ univerſalis viventium omnium: generationis univerſalitate æquivoca, univoca ſpecierum, & diverſa generica, Sinuoſitatibus affixa vegetantia, ſemina feta, omniaque polychreſtæ annonæ occurrentia, reducuntur, uniuntur, copulantur; ut fermentationum univerſaliſſimum genus, ſpecierumque innumera diverſitas agatur machinæ mundanæ neceſſaria, ſingulìſque, ea contentis. Aer, Aqua, Irradiatio, & his adjuncta, ipſaque conſequentia fiant. Avarum eſſet in Regno fluido non inveniri ſimilia vegetationi neceſſaria, motuìque vitali annexa, nutritioni præcipua, augumento opportuna, conſervationi adjuncta, & primordiis fluidis generationi dicatis, ovulationique dicanda, fœcundationi ſtruendæ præcedentia, & copulanda, ſcilicet elaſticitas; vibratio, irradiatio

ſpi-

spiralis, saporum eterogeneitas, fermentatione extricanda; figurarum combinatio, explanatio, solutió: quibus præsentibus, insinuatis, & extricantibus fiunt incubationis insensibilis motus; & generatio, ac pullulatio concipitur. In aereo corpore, aqueæ irruptiones, Iris, Cometæ, Fulgura, Tonitrua, Grandines, Glacies, Nives, Meteorologica singula fiunt intromissione antecedentium occasionalium. Saporibus, Figuris, & motibus specificata, & extrà spirale Aereum violenter detrusa. Productione eterogenea introducta, univoco motu non reguntur; & diverso pondere, distinctaque figura, unumquodque consonum petit locum. Fluidum eterogeneum motu naturali in vivente gyremate rectum firmat systematis fundamentum.

ICONISMUS XI.

Ideæ Quidditas, & Distinctio.

I. ANtecedentibus paginis occasione demonstrandorum, de ideis seminalibus loquuti sumus. Ex professo præsentem Iconismum statuimus, quo idearum quidditas, multiplicitas, distinctio, diversitas, origo, movens, opus perficiendum, omniaque annexa explanentur; ut nostræ Idealogiæ expræssa, ostensa, demonstrata, novumque anotomicum systema undique elucescant. Non quid novum, aut non dum explanatum de ideis, ingeniosum opus, maximèque necessarium vero Pilosopho, Typis committimus; quoniam idealogismos multi luci tradidere; at idearum veros effectus, anatomicis, claris, patentibus, demonstrativis, naturalibusque rationibus, & causis patentes, ac productos cætui virtuoso subicimus; quarum explanatio, distinctio, diversitas ex intrinseca quidditate procedentes, præveniunt, dilucidantve vestigia signata, imprimenda in qualibet philosophica facultate à vero sapientiæ cultore. Nec quidpiam difficile, nodosum, obscurum, implicatum, inscrutabile reperies in generationibus, motibus naturalibus, molestis, alienatis, effectibus, fervescentiis, omnibusque intrinsecis, extrinsecisque occasionalibus sequentibus agendis dependentibus genericè, specificè, & indè individualitèr compositis organicis viventibus cujuscumque ordinis, ac non viventibus, aereis, irradiantibus, terreis, aqueis, singulisque in omni horum regno sistentibus; genitis, & generandis, contingentèr intromittendis, non patefactum, explanatum, dilucidatum, ostensum, concessa notitia clara quidditatis idealis, & distinctionum, diversitatum illius; tam in ordine fluidorum genericè, & etiam

ſpecificè naturalium, præternaturalium neutrorum, ſimplicium, & miſtione unitorum; quam ſolidorum corporum ſuſcipientium illorum impræſſiones nutritivas naturales, vel occaſione moleſtas; neque ultimo loco operationes ſpecificas, & individuales obſcuro ſepultas ignoremus. Videbitur aliquod biſcoctum comeſtioni tributum, dùm alias forſan annotatum, antecedentibus paginis eſt; ſed parce dicendis, dùm alibi tranſeuntèr demonſtratum, occaſione ducente rationabili; at in ſequentibus ex profeſſo erit, cum diſtinctus præſens de ideis ſermo, clara elucidatio, firmaque fundamenta Idealogica demonſtrentur.

II. Rebus ità præmiſſis. Idea eſt Impreſſio quædam introducta in Fluido, aut Fluidis omnis generis, certa figura, diſtincto ſapore, & univoco motu ab Imprimente producens, ſignans ſibi ſimile in corpore; dum illo fluido nutritur, augetur, vel quomodocumque movetur. Nequit impræſſionem idealem quiſque reperire, non introductam in corpore primariò fluiditatem habente, & ordine agentis ſpecificandam in diſtincto eſſe operativo: ſtrictè loquendo ideatio producitur in corpore organico talibus fluidis ideatis moto, nutrito, vel ſufficientèr quomodocumque modulato; non remotis ſingulis productis in ordine naturali terreis, ſpiralibuſque.

III. Unumquodque imprimens ideam fluidis, debet in eſſe ſuo continere omne id ſufficiens ad ideæ impræſſionem. Active, Transfuſivè, Eruptiva virtute, ut fuſiùs in dicendis. Agens id operatur actione univoca propria, Tranſfuſione ſui, ut in tincturis: tranſplantatione in aliud diſſimile, ut in plantarum inſitione: quò genere idearum non privantur illa, quæ actù, vel unquam ab intrinſeco vitalitate affecta fuere: in his ideatio largè conſideranda venit. Metallica, venenoſa, pharmaceutica, ſimilia multa: in quibus figuratio, ſapor, & univoca capacitas, omnimoda oppoſitio corpori ideando, impræſſionis opus modulantur perfectivum, aut defectivum.

IV. Mira ideatio primariò in fluidis naturalibus vegetantium omnium fit. Initium impræſſionis à propriis ventriculis ſumunt, ſcilicet à radicibus, & ſucceſſivo motu à totali herbæ, vel plantæ organico corpore vegetante talibus nutrientibus fluidis nutrito, aucto. Tribuitur propriis ſpecificatis ſeminibus, recepta ultima perfectiva impræſſione ideali fœcundante à radicum ſtructura repræſentante præcipuas, ſingulaſque partes totius plantæ, vel herbæ, cauſa radicum nutritæ, auctæ, & in ſeminibus ſpecificatæ, vel in ſemina univoca ſpecificandæ, propagandæ; ut in ſeminibus vegetantium reperibile ſit omne id neceſſarium ad producendum univocum ſimile in motu, ſapore, & figura ſpecificum; immo in puſillo ſemine, & capſula ſe-

seminali, abscondita rudis herba, & plantula sit. Figendo radices sinui terreo post motus solutionis, extricationis, fermentationis, peractos ope agentis elastici, vel cujuscumque; germinationis, pullulatio, augumentum, perfectio fit: sugendo à mammis, sivè sinuositate matris communis fluidum saporiferum rude figurandum, motuque nutritivo in perfectivum germinationis actum ducendum, & ideale opus perficiendum.

V. Ut corpore nutriri possint, singulæque partes perfici, augeri, & conservari in propria naturali specificatione; principalitèr primariò fluida ipsis consona ideari debent, & in fluiditatem duci. Nequit solidum corpus nutrire multis causis; & incapacitate motus ductionis per angustos, exilesque ductûs, canales, incapax sugi (suctio fit in fluido): insufficientia recipiendi tantas impræssiones, figurationum modulationes; quantis distinctis indigent partes nutriendæ diversæ. Incapacissimum intrinsecè innumeris vacuitatibus, quarum modulatione, & præsentia fluidum associatur omnibus saporibus, & salinis; & quibus associabile fit nutriendis corporibus. Nequit mistionis opus ferre eterogeneum universale, & homogeneum individuale, annectens se, illamque fluidam figuram, & consonum saporem tribuendo, & vasa implendo tali figurationi similia, & univoca. Resistit motui, omnibusque intrinsecis impulsionibus, elasticitatibus diastolicis spiralibus, systolicisque quibus motus, & circuitùs perficiunrur. Nec durum annectitur duro intrinsecè, neque univoca unione eidem identificatur, unumque conflatur. Emunctori s non secernitur, cribationibus non depuratur, filtrationibus non perficitur, fermentation bus non aptatur: jucunditate tactus orbatur, sapore delectabili non retinetur, figura propria non unitur. In idoneum uniri, incapax contineri. Continens, non contentum; ducit, non ducitur; figura, non figuratur. Omnibus necessariis, opportunisque consonis nutritioni, restaurationi, conservationi naturali privatur, quibus animantia indigent. Initia universalis generationis in fluidis, & à fluidis sunt. Seminales succi, seminalia fluida, ovaria cujuscumque specificationis in fluido sunt; tam oviparam, quam viviparam crasim sapientia. Semina plantifera, herbacea, vegetantium omnium, licet in duro semine serventur; sed neutiquam germinationis actum pertingunt, nisi fluiditate afficiantur: qua fluiditate solvuntur salia, extricantur figuræ, & sapores eterogenei motum fermentationis generativæ suscipiunt: si tamen semina resileant, resistantque solutioni, certo certiùs non germinant, undè tardus, morosus, tardissimus fit; & tamdiù germinationis actus retardatur, quamdiù semina fluiditate impregnata, turgentia fiant, vel elastica-

te

te introducta, vel aliundè, sed naturalitèr, & consona intromissa; qua fluxiles sapores, extricatæ figuræ, & motùs spirales vibrationes fiunt. Nisi chylosam fluiditatem cibi nutriendi adipiscantur, incapaces ulterioris impræssionis; & ni masticatione frangantur, salivæque misceantur, molesti erunt; & quibus masticatio denegata, hujus vice concessa ingluvies, & ingluviei salivalis subrogatus succus, ut in avibus, & ruminantibus animalibus. Chyloso fluido succedunt reliquæ fermentationes vitales, nervinæ, animales, & depurationes, ac nutritiones universales eterogeneæ, homogeneæ singulæ. Fluidis adhærent primariæ ideæ; & à fluidis in solida corpora.

IV. Neutiquam corpus solidum aliqualem idealem impræssionem alicui tribuere aptum est (si aliquando donare videatur) causam reperies in aeris elasticitate spirali movente, insinuante, impellente, intromissa in corpus recipiens, vel aliquod fluidum inter utrumque medians; quo casu idealis impræssio fluidis imprimitur. Si duo essent corpora solida, quorum unum venenosum, alterum inculpatum, & ambo non viventia. Panis usualis, & arsenicum contigua, sed posita in machina pneumatica aere vacua totalitèr; licet simul persisterint, nec unum idearetur ab alio: similitèr cinnamomum, ambra, moscus, aliudvè suavis, jucundique odoris, vel fœdi insuavis alio associatum capaci recipiendi impræssionem; si in prædicta machina locentur, unum non modulatur, nec ab altero socio ideatur, neque odore, vel fœtore; ratione soliditatis incommunicabilis, nec magnes secum duceret ferrum, sibique uniret, remoto fluido elastico ducente. Ideæ imprimuntur mediantibus fluidis. In lignorum, metallorum, siccorumque saxeorum corporum, sufficit fluidum quodcumque, sed præcisè primum aqueum intromissum in sinuositatibus, & figurationum capacitatibus introductum; ut saporum, figurarum, aliqualis motus, & idea ex illis duris, solidisque corporibus deducatur; & mediatione fluiditatis transferantur vires, impræssionesque ideales, uti sunt stomatichæ, emeticæ, nervinæ, cordiales, diaphoreticæ, dejectoriæ, urethicæ, innumeræque aliæ, apud omnes notæ, & continuo usu expertæ. Idipsum non inferiori activitate, & agendi præstantia agitur ab aeris fluidissima structura spirali. Sua enim vibratione, rosciditate, balsamico rore unitis continuo perenni motu, idipsum efficaciùs, celeriùs perficitur. Discrimine posito in corporibus vita alienis; tardiori spatio temporis; & vitalitate gaudentibus, celeritèr, causa inspirationis continuæ successivæ, necessariæ ad viventis naturalia fluida in motu diastolico, & systolico servanda; ut nutritionis, viventisque conservatio servetur.

Ideo-

VII. Ideoque fluida impetum habentia, quia fluidora, immò fluidissima sunt, primaria impressione ideali afficiuntur corporibus organicis vitalibus. Spiritus fluidissimi celerissimo ducuntur motu; figuræ sunt clarissimæ solutionis, & structuræ; & saporis roscidissimi permanent. Irascimur, lætamur, mæstitia præhendimur, amore ducimur, omnibus animi cogitationibus passibilibus instantaneè corripimur; molesti sumus, & nulla concessa temporis morula: spiritus ideati fluidissimi, volatiles, impetumque habentes, exili motu agitantur, volatili sapore imprimuntur, omnique figura capacissimi existunt; undè morbi nervini, spirituum crasim depravantes, non tardo, sed celerissimo motu molestant. Venena tantò deleteria, mortifera, trucidiora sunt; quanto celeriori motu, figura, & sapore hæc prima præstantissima fluida molestaverint. Operationes, modulationes, ideationes ab his emanantes id ipsum deducunt, conficiunt, signant. Fluiditas clarior, vegetior, purior, subtilior fit ex majori copia aeris lucidioris intromissi, & associati fluido tam præstantissimo, activissimo. In aere fiunt celerissimæ impræsiones, ideationes, motus, & saporum intromissiones; sine quo nec motus, nec celeritas, neque motuum distinctiones. Idearum impressiones motu ducuntur, aere primariò indigent, omniaque acuuntur, vappescunt; ejusque præsentia præstanti, & inclusione, remotione, depravatione, alienatione, aliaque naturali, vel molesta causa occurrente, movente. Primæ ideationes fluidis imprimuntur, & à fluidis organico fiunt.

VIII. Universalissimæ ideales impræsiones in aere aguntur, naturales, meteorologicæ neutræ occasionales, molestæ; & causa fluiditatis, & nutritionis roscidæ, motionis, & vitalitatis. Impræsio motu peragitur; & intrinsecus motus aere primario indiget. Ignis fluidissimum corpus imprimit, & non imprimitur; est agens activissimum, nec fert passibilitatem, & tanta activitate seipsum destruit carentia pabuli. Impræsio est passibilitas; quis nunquam patitur, nisi in totalem suam destructionem, omnes destruit figuras, singulos dissipat sapores, omnesque suppeditat motus; nemini parcit, nullaque ideatione præmitur; nisi momentanea, occasione subministrati pabuli.

IX. Etenim omnimoda impassibilitas negat, excluditque quamlibet rosciditatem. Roscidum fit, & facit: agit, & patitur. Caret qualibet intrinseca vacuitate, & modulatione figurationum aliquantispèr durantium. Alienum introductum contiguum, non continuum associatur, & contiguitas corporis cinefit celeri, morosa, mediocri, celerissima ignitione, ut corporis resistentia, oleositas, sulphureum

erit:

erit; nec lapidibus, duriſſimisque ſubiectis parcit; ſaldem calcinatione. Unico acidiſſimo ſapore afficitur implacabili, ſimiliſque acutiſſima gladialis figura conſequitur: quibus fermentari non patitur, ſed ſua intromiſſione fermentum extricat: eterogeneitas ſaporum, & figurarum, ſolutione, & extricatione inducta, agentiſque motione fermentum concipit. Unicus ſapor ſimplex individuus non fermentat, ni alio, aliisque aptis, oppoſitione fermentativa naturali, moleſtaque uniatur, copuletur: nec primum ſimpliciſſimum fluidum aqueum, ſed non roſcidum (nam roſcidum eterogeneum, miſtioneque affectum) patitur fermentari,dum capaciſſimum, aptiſſimumque eſt;immò præcipuum omnes ſapores, figuras, miſtiones, fermentationes ſuſcipere, cauſa fluiditatis,innumerarumque vacuitatum; uti ſat demonſtratum primis Iconiſmis. Nimia inſuperabili activitate, & aciditate urens ſibi metipſi minimè parcit. Satiari vellet, fameſcentia intenſiſſima naturalitèr præditus ignis; ideoque quodcumque roſcidum, propè roſcidum, oleoſum, ſulphureum in ſuum pabulum ducit; omniaque compoſita ſibi inferiora ſunt, cauſa inſuperabilis, primæque aciditatis: eaque ſemper pabulum, eſca, ſuum alementum ſunt, quamvis duriſſima, lapidea, ſaxea ſint. Nec reperibile in rerum ordine creato compoſitum, quod ignitione non ſubiaceat, ratione inferioris aceſcentiæ, ſemper ſubalternæ cuilibet igni (ſervata tamen proportione paſſibilis, & agentis) unitque ſibi omnia comburibilia in propriam naturalem ſtructuram, & augetur quolibet appoſito pabulo: Tamdiù durat, quamdiù pabuli ſufficientia aderit, ut deficiens, cineris, aut incenerationis modulationem producat: ſalinas, muriaticas relinquendo partes, ſuæ conſervationis incapaces, ex quibus ſalia eliciuntur; ſi viridia priùs erant majori copia, ſi ſicca parciori quantitate; cauſa ad hæſionis ſaporiferæ, & figurationis. His omnibus oſtenſis, & in igne repertis: inſufficiens, incapax, redditur ideationibus ſuſcipiendis, retinendis, deferendis; ni occaſione pabuli actu ignitionis transfuſi exhalantis, adhærendo ſubjectis, obviiſque corporibus, mediante ſpirali elaſtico ducente, & combuſti nimia oleoſitate annexiva.

X. Realiſſimum Primum Aqueum Fluidum aptum capaciſſimum eſt tantarum vacuitatum, ſaporum omnium, figurarum introducendarum Polychreſtum Receptaculum; & tali modulatione, alimoniæ univerſalis præciſa Annona, ſua munera exercet, in quacumqe miſtione; nec fermentationis motus ſine aqueo, vel aqueam craſim æmulante; ideoque nutritio univerſalitèr conſiderata in fluido fit, fluido perficitur. Eſt univerſaliſſimum genus, ſub quo ſpecificantur omnes fluidorum diſtinctæ; diverſæque ſpecies: fecunda producuntur

tur fluida saporifera, alibilia, fermentativa, intrinsecè repræsentantia principale primum fluidum. Ideatur mistione terrea, tantis multiplicibus ideationibus imprimitur, afficitur; quantæ sunt herbarum, plantarumque diversitates, quibus radicum modulatione, mistione, opportuni consoni fiunt motus nutritivi, & ideales in quolibet vegetante. Eadem aqua irroratur, imprægnatur terra, cui sunt innumeræ diversæ species herbarum, planctarumque affixæ: omnes crescunt, omnes nutriuntur, singulæ augentur. In eodem viridario, & horto tantæ herbarum, & plantarum species perficiuntur, & seminibus propagantur usque ad ultimatum actum specificationis, & propagationis; sed eadem aqueo fluido, eadem terra, iisdem irradiationibus, & elasticitatibus roscidis; quin etiam in eodem cretaceo vase plures florum species, & herbarum enascuntur, infinguntur, radicantur; & eadem aqua crescunt, nutriuntur, augentur. Primum universale fluidum capacissimum, aptissimum sua fluiditate, rosciditate proxima, vacuitate, figuratione, recipere à quolibet agente sufficienter potente, & movente, singulas ideationum impressiones; sapores omnes salivos, acidos, sulphureos, nervinos, amaros, dulces, jucundos, suaves, molestos, delectabiles, urticales, spinosos, muriaticos, acerbos, austeros, ponticos, stypticos, solventes, vitriolicos, æneos, insipidos, & multiplicabiles ordine mistionis inter ipsos, & penè innumeros sapores; non minùs, ac Abecedarii notæ, modulatione compositionis construere non multiplices diversissimas dictiones, sed multiplicia volumina, maris arenas æmulantia. Colorum terminatus numerus in picturis, sed dat mistione non certum typum. Voces humanæ iisdem organis articulatæ, inumerabilium expressionum, conceptuumque effectus diversos, & locutiones testantur satis. Aquea, aerea causa structuræ naturalis fiunt, suntque universalissima receptacula, & fundamenta idealium impressionum in saporibus, figuris, & motibus sistentium.

XI. Sat nunquam Ideationum multiplicitas, distinctio, & diversitas explanari potest in Fluido primo Aqueo. Omnes fermentationes, generationes, nutritiones, restaurationes, ultimatæ seminationes propagativæ, & motiones perfectivæ, ac defectivæ quoque ab hoc fluido primario, vel secundario fiunt (intelligimus secundario, motiones illas non immediatas ab aqueo dependentes). Fiunt omnes vegetativæ, conficiuntur oviparæ, insectæ, reptilium, maritimæ, fluviatiles, aereæ, volatilium, verminosæ, sensitivæ: nec reperibile ideatum, cujuscumque ordinis fluidum nutriens (nam solidum ex modo dictis incapax est), quod in specie suprema, vel subalterna aqueum non contineat. Sapores quos reperies, quales

 du-

ducibiles, circuitum habentes, ni fluiditate gaudentes? Qualia corpora nutriuntur, quæ partes restaurantur, quale vas roscido nutritivo impletur, nisi in fluido univoco ideali impressione dotato? Quale augumentum, & in mole auctio intrinseca naturalis, remoto fluido ideato augente? Qualis successiva restaurativa conservatio in quocumque genere vitalitatis infimæ, mediæ, & supremæ virescentiæ, non presente actu fluido specificè ideato replente vasa nutritionis? Quale Propagationis opus agitur, vel seminale fermentum, aut fluitantes delineandæ partes; seminalis ideatio, mistio, fœcundatio, solutio, extricatio, delineatio, puncti salientis motus, & primordia structio, compositio, partium nutritio, perfectio, organizatio, fermentatio universalis in toto, & particularis individuata organo singulo, & uniuscujusque operatio univoca, consona, naturalis, consequens, necessaria, debita, vel similaris, vel dissimilaris, simplex, vel composita, depurativa, cribativa, filtrativa, ductiva ad proprium emunctorium; quod alienum, & silvestre reperitur in fluidis nutritivis, motibus perfectivis, & naturalibus; quæ in, & cum fluido diversimodè ideato non perficiantur? Hujus non consona fluiditas, non debita consequens naturalis ideatio, & impressio; molestas parit figurationes, depravatos sapores, & non naturales motus fermentativos, nutritivos, naturalesque omnes; nec morbosus, molestus, gravis intrinsecus reperibilis defectus, depravans, offendens, molestans, afficiens organici viventis naturalem salubrem crasim, ni fluidum nutriens ideatum depravatum in esse fluiditatis sit primariò: secundariò sapor, figura, motus univocus alienatus.

XII. Alia secundi ordinis fluida, & sequentium modulationum usque ad actum nutritionis, & ultimatæ compositionis specificæ, vel occasionalis proximæ, aut remotæ, naturalis, neutræ, molestæ, monstruosæ, similiumque ideali impressione afficiuntur ex agente proportionato, apto nato, sufficiente idealem imaginem sapore, figura, motu introducere; movendo, extricando, nutriendo, augendo, delineando, modulando, occasionando, fixando, solvendo naturali opere, neutro, molesto morboso, monstruoso ideato; sed non omnimodè molesto, ut in cutantes impressionibus, alioque intrinseco activo imprimente, movente; qua motiva impressione, fluida continuis successivis circuitibus singulas organici corporis partes occupando, vel repletione vasorum nutritionis causa, vel depurationis, fermentationis modulatione, receptas ideas tribuunt primariò internè, sequentibusve externis superficiebus cutaneis. In vegetativis sunt nutritiva fluida totius plantæ, & herbæ;

quæ

quæ machinam arboream, truncos, ramificationes inva dunt Augmenti, & conservationis ordine, & sequentibus fro ndescentiis, fructificationibus. In sensitivis ea chylifera, & sanguifi cationis perfectum opus repræsentantia, vel aliis fermentationibus dicata id ipsum agunt.

XIII. Lucida seminalia fluida Vegetantium, Oviparorum, Insectorum, Viventium sensitivorum plures impressiones ideales præter nutritivas, & restaurativas continent ultimantes fœcundationes susceptas à fermento, & organis prolificantibus principalioribus. In Plantiferis, radicales structuræ, annexæque partes saporiferæ, figuratæ, & modulatæ, seminalique fermento dotatæ; idealis impressionis delineationem, saporesque fermentabiles præstant. Ovipera masculea semen, fluidumque seminale ideant præcipuis generativis testibus, pudendis, & in his observare licet, quod castrati mares, avulsisque testibus etiam coitum, copulamque exerceant, œstro venereo, & stimulo ducti ex partibus epidydimalibus adjacentibus, & præparationi, ac conservationi fluidi seminalis dicatis; quibus aliqualis ideatio seminalis inest; quamvis castrationem passi fuerint pulli in amotione testium, sed non partium testibus annexarum, & huic, talique operi fœcundanti adjunctarum; quarum rudi ideatione galli spadones œstro venereo capiuntur, & coitionis actum exercent; & quorum carnes nec pingues, nec sapidæ, sed lividæ, vacuæ, duræque sunt. Contingunt tales ideationes in spadonibus gallis, dum castrationis aperturam patiuntur mensibus æstivis, vel nimis adulti: quo tempore partes fœcundantibus organis proximæ, & annexæ, & semen conservantes sunt perfectissimæ structuræ, & consequentèr non parùm seminali ideatione affectæ, & impressæ, quibus spadones venereè agunt; at non fœcundant deficientia perfecti saporis seminalis extricantis, & ideantis pressum fæmineum ovarium.

XIV. In ovis non fœcundatis, quod maximè considerandum venit, scilicet reperiri fluida ideata, sed non fœcundata; dum à matre susceperunt modulationem impressionemque ideationis partium singularum maternarum, & aptarum generationi, non fœcunditatis opus ideale seminale recipiunt, & ita figurata, ideata, modulata, ut capacissima reddantur perfectæ formationi pullisferæ specificæ circa omnes partes necessarias ad constructionem specifici ultimati volatilis: ex quibus fluidis sic à matre ideatis delineatur, formatur, perficitur corpus organicum vivens usque ad ultimam debitam naturalem exclusionem, & univocationem similitudinis in pullo genito; etiam in pennatum figuratione minima; coloribus maternis, rostro, cæterisque. Subventanea redduntur, & vappida ovaria fluida materna,

terna, nisi aliam impressionis ideationem fœcundantem à mare susceperint, & fermentativum extricantem, moventem saporum solutionem, & fervescentiam virtute seminalis ideæ fermentativæ fœcundantis motum: qua seminali extricante idea, veluti associato fermento motus generationis fit.

XV. Sit gallina, anatra, aliave fœmina actu parens ova, seclusa à maris copula multo tempore: hodie parit ovum, sed infœcundum, nec seminali fluido ideatum; attamen ideatum in suis fluidis ideatione compositionis pulliferæ, post exclusionem ovi; copuletur, fœcundetur, præmatur à mare; & sequentibus diebus ova exclusa erunt fœcunda, & pullulationi apta, sed non ovum primum habitum. Primum, & sequentia ova erant in ovario fœmineo ideata fœminea prima ideatione formandarum partium; quamvis non seminali fermento affecta masculeo. Erant omnia ova, eorumque fluida sufficientèr ideata, & capacia generationi pulliferæ: unum deficiebat ultimans motum fœcundationis, scilicet fluidum maris seminale, fermentationis generativæ initium; undè primum subventaneum, cætera fœcunda. Quod notatu dignum est, annis elapsis inter multas gallinas, una extra aram gallinariam volando (in quo nullus gallus) se duxit, & invento gallo, statim pressa fuit; sed volens regredi ad suum gallinarium, quia pinguis erat, decidit, statimque periit. Aperto Ovario multa inventa ova, parva, grandiora, sed inter omnia unum duro putamine constructum: suppositum fuit incubationi glocientis gallinæ, & exclusus fuit pullus, sed fœmineus, quamvis parum pipillans. Erant formata fluida ovaria in dicto ovo, licet diebus sequentibus partui, & exclusioni aptum erat. Anatomica observatio demonstrans duplicitatem ideationis in oviparis fluidis; unam maternam constructivam partium, alteram fœcundantem, extricantem motum fermentativum generationis pulliferæ, punctique salientis.

XVI. Quidditas fluidorum nutrientium, necessitate naturali physica ideari debet, ut specificet sua nutrita; nec ovum tribuit pullulationem alienam, nec columbinam, vel pavonis, vel anseris, distinctæque speciei, nisi ideatione intrinseca materna fluiditate concepta, qua ideatione afficiuntur omnia fluida nutrientia vegetantium, & seminum; fluida maritimorum, volatilium, insectorum, sensitivorumque; alitèr casu omnia essent, nec specificationis opus sua primordia specificantia agnosceret. Fluida componunt solida organica; immò vitia, læsiones fluidorum occasionales, licet molestè susceptæ, & ideatæ, traduntur genitis: & quod majus est similibus partibus generandorum. Si fuerint occasionali morbosa ideatione, & im-

& impressione ossa, afficiuntur osseæ partes; si ventriculus, etiam ventricularis sedes: sic auris, oculus, renes, vessica, cæteræque similares, aut organicæ; ut podagra, cardialgia, surditas, luscitas, stranguria, calculus, gallica lues, & similia innumera quotidiè ad ævum experta, probata, demonstrata. Si ergo occasionales ideationes imprimuntur, quia transferuntur ad natos ideati one defectiva quanto urgentiùs, & præstantiùs ideæ perfectivæ naturales? Man ..a, morbosa matre, eadem læsa idea in pullo; nec hujus salubritas corrigit maris fœcundantis defectus, morbos; & sicuti deducitur similitudo, sic transfertur ægritudo utriusque; sed dispari ordine, nam similitudo naturalitèr inviolata; ægritudo occasionalitèr corrigibilis. Est ergo idealis impressio in fluidis naturalibus nutrientibus vegetativis, oviparis, sensitivisque universalissima ideatio omnium partium assimilandarum matris in fluidis, & à fluidis in natos genitos. Maris in seminali fluido fœcundante extricante, movente modulationes fermentativas generationis, proportionata elasticitate, & saporibus, figurisque consonis, capacibus: fœminea specifica ovaria fluida intùs semper ovarium, causa lucidissimi, subtilissimique elastici fæcundantis, undè sterilitatis occasio nonnunquam, ratione moræ, efflationis, partiumque generantium figura, agendi modo, cœterisque. Intùs ne pusillum transpiret, ovoque annectatur, & foràs oviparum incubandum; eodem utero in sensitivis perficiendum, ultimandum generationis opus; semper habita ideatione naturali impressa in fluidis delineandis, & similitudinis specificæ, & occasionalis, externæque cutis, superficiei, annexorum, & minitissimi nevi, cujusque colorati diversi, distincti ab Ideante impressi.

XVII. Universales ideationes fermento stomatico, & salivali imprimuntur chyliferæ Massæ, fluido eterogeneo unico necessario vitæ reficiendæ, ut quidpiam conflatum pluribus fluidis agentibus, perficientibus: tantum magnum opus continens salivales, esurinas, balsamicas, volatiles, aereas, roscidas, luminosas; quamvis rudes impressiones, sed omnes eterogeneæ inter ipsas suntque homogeneæ speciei, & individuis univocè specificatis. Idem cibus alimonia hominis, canis, simiæ, cervi, leonis, volatilium, aliorumque; tantis diversis ideationibus afficitur, quantæ fuerint distinctæ sedes specificæ chylosæ moventes, fermentantes, imprimentes, modulantes cibum assumptum: inde fit, ut in hac sollemni universali fermentatione non unica sit ideatio cibis chylificatis tributa, sed multiplicata: una ideantur succi chyliferi in massam proximam fluidam ex solida, vel propè solidam antecedentem; & huic annectitur altera

uni-

universalior; ut lactifera sit facta ope succorum salivalium; stomatichorum omnium e plicis stomatichis scatentium, orientium, & à propinquioribus visceribus delatorum. Nec ultima succedit specifica viventis, quæ contradistinguit unum chylum ab alio; quamvis idem cibus pabulum fuit chyli Hominis, Canis, Simiæ, Vulpis, Leonis, Nibbii, Cervi, alteriusque; ut idealis impressio specificetur à vivente. Eadem elementa Abecedaria componentia dictiones græcas, latinas, hebræas, cæterasque: eadem terra, eadem aqua, eodem in vase nutriunt, modulantur in herbas ibidem radicibus affixas, diversasque; scilicet in buglossum, bettonicam, anisum, absinthium, fumariam, lilium, & innumeras alias: in quo opere non solum ideantur in succos chyliferos ordine vegetativo; sed etiam imprimuntur specificata, ideatione diversa nutritorum vegetantium. Volatilia distinctæ speciei sapientia eosdem acinos hæderæ, uvarum, quibus vescuntur, & ingluvie emolliunt, immiscendo salivalem succum; in quibus agitur & chylificationis ideatio; & specificationis impressio etiam idealis. In piscibus petentibus univocam escam in vasta Maris capacitate, etiam multiplicata ideatio, & chylifera, & specificata speciei comedentis seu vescentis deglutientis. His ità statutis, & in chylifero opere habitis, conficiuntur fluida chylifera ideata præmissis ideationibus in; & cum illis figuris, saporibus, & motibus univocis, ratione totius, eterogeneis, causa partium diversarum, transmutabilibus in totius nutritionem, singularumque partium componentium, externèque ornantium; ungium, pilorum, capillorum: receptis fermentationibus cruorizantibus, etiam universalibus à fonte vitali; ut consona distinctione partium dissimilium, fiat homogeneus, eterogeneusque nutritionum motus: eterogeneus dissimilitudine partium; homogeneus univocatione Totius. Fluidorum congruitate naturali concessa singulis partibus osseis, cartilagineis, membranosis, nerveis, glandulosis, fibrosis, musculosis, cutaneis, cæterisque omnibus. Ex eadem carne vescitur homo, vulpis, leo, simia, gallus, corvus, pulpus; sed non idem ideatus chylus conficitur in homine, vulpe, leone, gallo, corvo, cane, lupo; nec ratione simplicis chyli, nec ordine specificati chyli. Agentia, moventia, fermentantia, ideantia sapores, figuras, & motus in fluidum chyliferum, licet univoci cibi, & alimenti, non sunt ejusdem ordinis, nec agunt eadem figuratione, & saporum medela omni ex parte univoca. Aqua universale, simplex fluidum, & Terræ sinus idem antecedentium expressas ideas fat des monstrant quotidiana oculari experientia rationibus copulata. Specificatio à naturali imprimente: occasionalis ideatio à potenti neutro, vel molesto.

In

XVIII. In singulis fluidis, tam nutrientibus quam naturalibu, lem ideationis ordo, & idearum distincta quidditas habetur. Saliale, Lymphaticum, Pancreaticum, Biliarium, &c. ideali univerli idea viventis, cujus sunt fluida afficiuntur, ut Lymphaticum ominis, lymphaticum simiæ, lymphaticum leonis, &c. pariter favale canis, salivale hominis, vulpis; de cæteris biliario, pancreaco dicendum. Sunt hæc fluida ideata specificè à toto, proprioque ivente, sed diversa specificatione in, & ex distinctis viventium peciebus, ut univocationem non dicimus individualem, sed specicam non retineant; neque consequentes sunt eædem ideationes. iliosum suillum est dissimilis ordinis, & modulationis à biliario boino; & bovinum à felleo piscium, & avium, canum, luporum, onum, aliorumque viventium; sic de aliis fluidis lymphaticis, Panreaticis, &c. Assumpsimus felleum, ut magis copia notum, & ocuri scrutinio, & gustu observabile, ut apud Anatomicos peritos, quotidianis corporum sectionibus, probatæque experientiæ. Licet enim eadem munera exerceant, v.g. saponariam, esurinam, lūidam, nerviam fermentativam separantem in propriis viventibus; atamen diversitas chylorum, ciborum, & ideationum requirit distinctas ideationes etiam in fluidis felleis amarioribus, sulphureis, diatis, crassiunculis, salinis, torridis, oleosis, &c. uti sunt consona assa fermentanda, separanda, ideanda. Ossa, carnes, medullæ; anguis, hepar, cor, omnesque singulatim partes ex varietate specifica viventium; diversos sortiuntur sapores, variasque vires: gutui, experientiæ crede; nec unquam hepar, cor, renes, medullæ, ceteræque partes hominis fuerunt ejusdem figuræ, & saporis, c lupi, leonis, bovis, &c. & inter omnia viventia distincta varieas; & figurarum, & saporum observatur. Ideatio dissimilitudinis à edibus, fluidisque diversis.

XIX. Distinguuntur, diversificantur horum fluidorum ideationes occasione externa occasionali, & interna individuali. Individua jusdem specificationis equinæ, simialis, caninæ; & quarum maxima, prima est humana. Homines non solum diversarum nationum Hispani, Galli, Germani, Ægyptii, Persici, Armeni retinent fluida talia liversimode occasione regionum ideata; in eis elasticitates roscidiores, subtiliores, cænosæ, opacæ, lucidæ, aliisque innumeris modulationibus ideatæ, causa spiralis elastici intromissi ex loci positione, zodiaca signatura, vibratione, motione, &c. ciborum diversitate, quæ invincibili ordine corrigi possunt; at iidem Germani, Persici, Galli, eadem propria regione habitantes, immò in eadem urbe nati, juvenes, adulti, viri, senescentes, eundemque aerem inspirantes,

re-

respirantesque, cibis similibus utentes, & annitemporum mutationibus affecti, has diversas patiuntur ideationes. Nonnulli tristes, alii hilares, multi iracundi, non pauci morosi, prudentes, jocosi, distinctisque ideationibus gaudentes; fluidorumque omnium, vel præcipuorum diversas ideationes habendo, ut operationum externarum distinctio fit. Suntque tales ordine parentum generantium, similia deferentium in proprios natos; ut molis parvæ, medioeris, magnæ, capillitii nigri, fulvi, rubri, crispi, cutis lividæ, raræ, albæ, &c. quæ nunquam, vel raro inimutantur, causa imaginationis, vel alterius occasionalis moventis, imprimentisque idearum diversitatem generantem: sicuti famescentes, desides, vappidi, ingeniosi, incapaces, rixosi, timidi, bellicosi, læti, tristes sunt ex internis moventibus naturalibus ideantibus fluidis; sic horum fluidorum occasionales impressiones diversæ, distinctæ. Acuuntur, mitescunt, augentur, conservantur, minuuntur horum fluidorum impressiones occasionalitèr habitæ diversis alkalinis, assumentibus, diluentibus, ac sapores, figuras, motusque modulantibus internis, externisque; & præcipuè aeris elasticitate, ejusque mutatione, ut quidpiam supremæ, præstantisque efficaciæ in viventium ritmo crasizando, & quoque experientia, rationabilique argumento ducibus: multos his, & non aliis, aliquos diversis morbis affici; ut fluidorum naturalium, individualiumque sapores, figuræ proximiores ideationibus his, & non aliis fuerint. In Regionum capacitate epidemici morbi grassantes ferè ejusdem specificationis; elasticitate spirali ideante simili fiunt.

XX. Distinguuntur ideationes etiam proportione, ac diversitate partium organicarum. Ideantur fluida in ventriculo specificè, individualitèr, & occasionalitèr; ut in vegetantium radicibus gerentibus vicem ventriculi. Ideantur in organo vitali eadem fluida, uti in musculosis partibus arborum, plantarum, herbarum: in sensitivis in cordis cavitatibus, & adjacentibus annexis, necessariis. Fiunt ideationes animales in sede nervina capitali in vegetantibus propè gemmas fructiferas germinativas, propagativas capsulas seminales. Ideantur à qualibet præcipuum, distinctumque opus agente parte. Vessica, renibus, intestinis, hepate, liene, glandulis, cœterisque, vel ab iis vicem horum exercentibus; ut sunt multæ partes substitutæ loco talium deficientium organorum, vel defectu morboso, vel deficientia naturali; quibus ideationibus morbi transferuntur. Ideantur distinctæ fluiditates nutritivæ, & non nutritivæ, sed naturales necessariæ fermentativæ amaræ, acidæ, stypticæ, & aliæ ideatione proprii organi, & determinati fermenti insidentis

par-

partibus organicis ideantibus cum proprio motu fermentativo, univoco sapore, & consona figura. Nec vanè asserendum, esse tales distinctos sapores diversos, figuras, & motus fermentativos gratis appositos: si credendum oculis, gustui, & reliquis apertis anatomicis. Non invenies diversos sapores, distinctas figuras, dissimiles motus, ac fervescentias; nisi etiam distincta, diversa organa in esse constitutionis, figuræ, & fabricæ; uti sunt ventriculus chylificans, pancreas subacidans, cysticum organum fellificans, cor cruorizzans, glandulæ, medullares vacuitates volatizantes: sic hepar, renes, & intestina, sacculus lacteus, vasa lymphatica, quibus succeduht tanta distincta, diversa emunctoria in figura, locatione, intrinseca compositione dissimilia, eterogenea inter se, sed homogenea fluidis depurandis, cribandis, filtrandis à silvestri nocente; non univocando, nec unquam in naturam nutritionis ducendo. Non reperies univocationem fermentationis cysticæ cum pancratica; immò oppositas saporiferas, figuratas, & motrices; qua oppositione, fermentationis separativæ modulatio infra cholidocum inquirenda: Nec percipies similitudinem chyliferæ ventricularis cum cruorizante vitali, licet prima sit esca, & pabulum secundæ fermentationis; ideoque vitia earundem inter se ipsas correctione carent. Impressiones ideales suscipiunt, retinent a propriis saporibus, figuris, & motibus propriorum agentium esse specificum, individuale, & occasionale contingens emendabile. Quale organum, tale fluidum: quale fluidum, æqualis sapor, talis figura, univocus motus.

XXI. Insuper distinguntur ideationes fluidorum à fundamentali structura solida, vel fluida, aut neutra, ex qua dependent; scilicet ab alimentis cibariis, ex quibus ortum est opus ipsorum chyliferum, uti sapores insipidi, orticales, salsi, styptici, acidi, amari, dulces, muriatici etiam si a cibis deferantur in chylum; qua ideatione afficiuntur fluida nutrientia, nam fluidum omne capax suscipiendi plures impressiones ideales. Non excluduntur à tali ideatione omnia pharmaceutica, diuretica, diaphoretica, emetica, & singula elexipharmaca, quibus totum organicum, & partes singulæ impressionibus ideantibus imprimuntur; licet in sede chylifera, vitali, aliisque suscipiant fermentationis motus, at fundamentali ideatione non privantur; primasque fundamentales, sivè primas struentes servant, quamvis diminutas ordine fermentationis. Hoc ex saporum structura præcipuè oritur, & figuratione, quibus non spoliatur omnimodè successivus chylus: sic elexipharmaca oppugnando saporibus silvestribus molestè intromissis organico viventi: iisdem primordiis saporiferis, figurisque cardiaca, elexipharmaca agunt succurrendo

læfis partibus, fluidisque naturalibus depræffis.

XXII. Tales ideationes magis demonftrantur à diverfitate effectuum, individualium impræffionum. Aloetica pungunt venas; catharides offendunt renes, hydragoga impellunt ferum, cholagoga ducunt felleum; mercurialia, omnia lymphatica molefta, & falivalia fluida ptiatifmo; emetica ftimulant ventriculum; & quot diverfæ, diftinctæque motiones, fermentationes, excretiones fequuntur, tot reperiuntur agentia diverfa moventia, ideantia, imprimentia. At quod mirum eft in ftructura modulationis, in moleftia faporifera amara, naufeabili, ftimulante fenfum guftus; ut lingua fit feparatorium diftinctivum fingulorum faporum fermentantium, & fequentium producendorum. Sic palatum fuprema fedes magiftra diftinguens, cognofcens, judicans omnium faporum genera, fpecies, individuationes, & fequentes ideationes; nec reperibile faporofum qualecumque non diftinguibile, non judicandum à linguæ acumine, organo palati, annexifque, adjacentibus; & quibus omnibus fucceffivè affici capax eft vivens diftinguens tantos innumeros fapores actu productos, & producibiles, & veluti in fupremo gymnafio regulatum præcepta, dictionum copulationes, compofitiones, & miftiones diftributivas, copulativafque recipere: quibus ità fiftentibus.

XXIII. Affimilatione faporifera, & figurativa elexipharmaca operarantur, dulce augetur à dulci, falfum a falfo, acidum ab acido, lucidum à fimili claro lucido; figurarum tringulare à fuo univoco, rotundum à rotundo, &c. & ideatio auctiva, perfectiva à fimili perficitur: aliquando à fola figuratione, ut funt affumentia; fic martialia ratione vacuitatis, & infipiditatis in fuis vacuitatibus afforbent omnes fapores, fed præcipuè illos, quibus fimilibus fuerunt prægnantia antecedenter, & arte fuerunt illis faporibus fpoliata; undè veluti fame affecta, & cupientia refici fimilibus faporibus omiffis, illis imprægnantur filveftribus in corpore organico introductis, & fic illis copulata dietà alchalina, vel martialia foras detruduntur affumptà filveftria unita alchalinis, vel martialibus; & hoc majori, minorique univocatione faporifera, & figurativa. Diuretica, diaphoretica, emetica, pharmaceutica, & fingula evacuantia ideantur ab affumptis Extricatione figurarum fimilium, & folutione faporum penè fimilis figurationis. Diuretica retinent intrinfecas figuras fimiles, fed capacioris figurationis. Sit exemplum figuræ gladii vaginam occupantis; gladiatores volentes eandem vaginam capaciorem reddere, imponunt, intromittunt gladium capaciorem, & majoris figurationis in eandem vaginam, fic de figura cubica, qua-

quadrata, rotunda, singulisque aliis: ratione saporum etiam univoca, ut volens amarum, magis amarum, dulce dulcius, salsum salsissimum, stypticum stypticissimum, acidum acidius reddere; auget, præbet similes sapores, illisvè utitur augendo ideationem, uti in coloribus idem contingit, ut profundiora colorata reddantur nova impressione univoca utitur pictor. Adsunt sapores uretici in renibus, uretheribus. Sunt in glandulis miliaribus, fluidisque lymphaticis sapores urinosi; jacent in succo salivali extricantes, lixiviosi sapores, & partim saponarii: inveniuntur in cystico fluido figuræ, & sapores oleosi, & sulphurei: manent in Lymphatico roscidæ, luminosæ, nerveæ particulæ, & ideationes saporiferæ; undè adhibitis similibus augentibus saporiferam eandem modulationem, copiam, & ritmum; certò certius sequitur ideationis major, efficacior activitas; auctis similibus saporibus, iisdem capacioribus figuris. Lumen additum lumini, acidum copulatum acido, dulce dulci, gladius gladio, motus motui univoco, & consono: sic ex urinis elicita salia; ex felleo sulphurea oleosa: ex lapide invento in cystico vase bovino, suillo, spinoso, cæterisque, elicitur tinctura tam præstans Ictericis morbis; causa saporis, & figuræ; naturales augendo sapores, & extricando figuras fluidi peccantis, & organi offensi. Ludus lapidis inventi in vessica humana; asellorum, lumbricorum, & similium occurrentium vitiis vessicæ, & renum, causa saporum diminutorum, figurarum flaccidarum, & motus diminuti; omnibus his similibus reficiuntur, restaurantur, crasi naturali restituuntur; ni passi major oppositio, agentis inertia, partisque vappescentia sint.

XXIV. Sit in pharmaceutica ideatio solutiva, in emetica salivalis, ptialismus, &c. In his intromittitur v.g. in fluido lymphatico seroso medicamentum dictum hydragogum: sic in fluido felleo immiscetur mistum cholagogum, paritèr in salivali mercuriale; & hoc causa proportionis figurarum, & saporum. Faciliùs miscetur fermentum panificium triticæ, quam fabaceæ farinæ. Venenum caninum rabiosum potiùs lymphæ, quam sanguini: venenum bufonis arterioso cruori, quam aliis: viperinum spiritibus vitalibus, &c. causa figurationis, & saporis. Multa fluida dissimilia inter se, proximiora sunt fervescere cum hoc acido v.g. vitriolico, quam salis, ut in tartaro vitriolato. Tali proportione figuræ una species solutivi pharmaci copulatur cum hoc magis fluido, & non alio. Hydragogum cum aqueo; cholagogum felleo; mercuriale salivali: qua intromissione facta, oritur fermentatio ideativa inter agens pharmacum intromissum, & fluidum; ex qua fermentatione omnimodè alienatur

fluidum evacuandum à crasi retentiva, acquirendo medio, & motu fermentationis saporem acutiorem, figura nimis solutum, & extricatum, & molestum massæ universali, ac capacitatibus, ductibus, vasisque continentibus; inducto motu nimis systolico impellente in dictis capacitatibus antecedentèr talia fluida continentibus, ut languinativa præssione, & semiconvulsiva affectis, id quod maximè molestum factum est fermentatione saporifera pharmaceutica, foras trudatur. Recipitur ut associabile, & moratur, ut fermentabile, excernitur ut molestum; undè malè ideatum fluidum talibus pharmaceuticis, nisi detrudatur, & excernatur, majora parit damna, causa novæ fermentationis peractæ; ideoque multùm perpendendum est bis validis pharmacis uti, dum fluida excernenda non fuerint separata inter se, & modulata capacia recipiendi motum fermentationis, vel intempestivum, vel gravem, vel nimis molestum, causa fluidi, vasorum, ætatis, loci, annitemporis, aliorumque nocentium, vel opponentium. Jucundam, tutam, citam fermentationem extricando in fluido evacuando ob saporis, & figuræ intromissionem.

XXV. Excipiuntur laxativa à tanta modulatione fermentativa. In laxativis alvina excernuntur solo motu relaxante, fæcesque diluendo saponaria ideatione levissima; ut manuum ablutio, & abstersio simplici oleoso saponario. In medicamentis dictis electivis idem accidit similitudine fermentationis pharmaceuticæ; ut evenit ductrice naturali structura partium fluidarum, & continentium, & in motibus criticis perfectis, diminutis, neutris, molestis. Evacuationes pharmaceuticæ, intromisso novo fermentante, & nova saporifera fermentatione, ut quid limitibus naturalibus non sociabile, & vasis, ductibusque molestum, motu expulsivo pungendo fluida evacuanda, foràs detruditur. Fit molestans evacuandum, causa saporum fermentatorum, & figurarum extricatarum nimis incapacium, tam retentione saporis affligentis, & lædentis fibras retentitivas, quam organicæ conservantis; & figuræ non univocæ, sed oppositæ evasere in dictis fluidis evacuandis, & talibus pharmaco, & motu pharmaceutico redditis; undè extrà corporis structuram, & partium continentium capacitatem, expelluntur, detruduntur. In crisibus noxii sapores, & silvestres molesti lædentes crasim naturalem, & fluidorum naturalium saporiferam, figurativam modulationem: fiunt morosi, dum nullum vitium intrinsecum fluidis tribuitur, nisi præcedente morositate aliqua gravi, mediocri, gravissima; qua morositatis graduatione etiam graduantur fluidorum læsiones, molestiæ, pravitates leves, magnæ, parvæ: quibus morositatibus in organo, organicis, ductibus canalibus, glandulis, interstitiis, sinuositatibus, vasis, musculis, aliis-

que

que componentibus introductis à causa interna, vel externa, fiunt sapores naturales morositate tali silvestres, morbosi, alieni, producentes stagniatione crispationem, inflammationem, obstructionem, ac gyrematis ritmum tardum, torpidum, insufficientem ad corporis naturalis organici rectam, debitam salubritatem. Tanta morositate sapores fluidorum fervescunt nimis, & imitantur novum motum vel pharmaceuticum, vel diureticum, aut diaphoreticum, &c. uti saporum fluidorum structura, & fermentum intromissum fuerit in saporifera læsa fluida massa; ad cujus figurationem, & saporigationem, univocationemque, vel dejectio alvina, ptialismus, urethica, diaphoretica occurrit evacuatio. Fervescunt nimis sapores morosi, augumentum, fermentationis adipiscuntur tale, quale simile, & forsitan minus à pharmaco, vel diaphoretico, impellente tribueretur. Illud, quod morosum est augetur iisdem similibus saporibus, diaphoreticis, diureticis, alvinis, emeticis, &c.; & quod noviter fermentatione recenti superveniente expelli deberet, fortiori, mediocri, fortissimoque motu; tribuitur ab iisdem saporibus alienatis, nimis, parùm mediocriter, longissimo tempore morosis. Morositas & fluidorum saporiferorum copia, harumque modulatio, causa præcisa evacuationis levis, mediocris, gravis, copiosæ criticæ, morbosæ, neutræ, diminutæ; quarum distinctio oritur ex imperfecta, sollemni, perfecta, diminuta saporifera fermentatione; ac etiam ex fluidorum læsorum omnimoda fermentatione, aut associata; & aliorum minùs causam morbificam foventium: ut si talia excernantur, qualia excerni debent; scilicet facta separatione fermentativa illorum molestantium, lædentium fluidorum, & ex locis debitis, ut excernantur per loca convenientia, sive ex illis vacuitatibus, illisque ductibus, quibus morbosa fluida adhærent. Hinc universales fermentationes, & evacuationes alvinæ, diaphoreticæ, hemorrogiæ, sæpè sæpiùs perfectam sapiunt crisim; nam his evacuationibus omnia fluida repurgantur; suntque Emunctoria universalia capacia excernere singulas figuras, & sapores silvestres in fluidis læsis contentos. Similes fermentationes repurgantes celebrantur in sedibus præcipuis, & principalioribus organici corporis; in quas universales sedes penè omnia confluunt fluida, & separationes perfici possunt.

XXVI. Tenet neutra evacuatio non debiti peccantis, vitiosi fluidi motum fermentativum; sed quadam annexione, vel propinqui, vel adjuvantis fluidi, cujus annexio, aut propinquitas succederet, & occuparet vicem cooperantis; ideoque neutra evacuatio non expulso fluido lædente, & causali. Morbosa, & molesta contingit evacuatio, excretis fluidis naturalibus, vel vicem naturalium ge-

rentibus,

rentibus, aut nimia intolerabili copia iis fluidis vitiosis, & naturalibus conservantibus vitale robur etiam; quibus depressis, destructis, evacuatis perit vivens, deficiente fluido naturali, necessario. In his vita nec fert, neque tolerat morbi molestas evacuationes.

XXVII. Distinctio occasionalis Ideæ in occasionalem nutritivam, & transeuntem. Occasionalis nutritiva successivas permanentes relinquit in organicis impressionales ideationes morbosas, neutras, dissimilitudinis, turpisque externæ figurationis monstruosæ, alienæ. Imaginatione forti occasionali, utero gerentes movent, imprimunt, ideationes tribuunt fluidis nutrientibus propriis, illaque deferuntur nutritioni geniti fœtus utero conclusi, quibus partes organicæ infantis nutriuntur; & quia nutritionis ideatio sit in partibus solidis, & fluida implendo vasa nutritiva transferuntur in modulationem solidam organicam; fiunt impressæ ideæ figura, sapor, & motus occupando vasa nutrienda, ut transferant totam ideationis imaginem in subjectum corpus nutritum, & individualitèr in partem præcisè illis fluidis nutritam, & auctam. Hinc monstruosa, aliena forti imaginatione movendo fluida nutrientia, & illa ideando impræssione concepta simili univocatione, causa nutritionis illorum fluidorum ideatorum, sic subjectæ nutritæ partes ideentur. Momentanea imaginatione rei turpis, tristis, jucundæ, &c. statim tristamur, hilares, iracundi, pavidi, salaces, aliterque afficimur, concesso motu figurationis, & saporis apti nati fervescere, talemque ideationem sugillare. Nullus motus fermentativus qualiscumque erit, fieri, cogitari potest, remoto sapore. In sapore, & cùm sapore fermentatio agitur; sic iracundi amarum gustamus sputum proprium, antecedentèr naturale existens, sic pavidi, tristes ex malo nuncio acidum eructamus. In salacibus occasione data sufficienti, & non depræssa æstuantes fiunt; & de cæteris singulatim ordine suo. Illi sapores, illæque figuræ proximiores his motionibus ideantur motu primo externo occasionali, indèque interno animali. In occasionalibus non nutritivis, ut felleis, acidis, similibus, sed munera naturalia, fermentationesque moventibus, non facilè relinquitur impressionis ideatio, & evanescit idea, cessante motu occasionali; nisi longa temporis mora, & repetitis motionibus; & causa fermentationum, & successivorum circuitum, tales ideationes communicentur fluidis nutrientibus; & tunc aliqualis ideatio oriri, imprimi posset à talibus fluidis non immediate nutrientibus, sed opus nutritionis actuantibus; fermentationesque excitantibus, moventibus. Occasionales, sed nutritivæ ideæ imprimunt partibus solidis nutri-

tis

tis fluido moto, figurato saporifero vestigia ipsis imprimentibus similia.

XXVIII. Ideationes morbificæ seminales, & quæcumque in fluidis nutrientibus vitium saporiferum agnoscunt, semper in natos deportantur. Fluida nutrientia ideaizant partes solidas nutritas, & seminales ideationes ab his, singulisque deciduntur ordine fluiditatis nutritivæ; fluida puriora, lucidiora, perfectiora, quibus secundaria ideatio, scilicet seminalis intromittitur sapore fermentativo seminali. Secum ducunt non solum ideationes similitudinis specificæ, individualis, sed occasionalis nutitivæ delatæ intromissione saporum, figurarum silvestrium, nocentium, depravantium roscidum nutritivum naturale; qua molesta ideatione morbosa non spoliantur fluida ipsa nutrientia, dum fermento seminali ideante afficiuntur. Omnes morbi agnoscentes sedem in fluido nutritivo, sic deferuntur modulatione seminali saporifera fœcundante, fermentante. Non ità occasionales ideæ fermentum habentes in fluidis naturalibus, sed non opportunè nutritivis; uti morbi singuli motum morbosum retinentes à fluido felle, pancreatio; sunt febres paroxysmales, periodicæ, aliique molesti affectus præternaturales, ab his, & in his causam, ideationem occasionalem, emendabilem, transeuntem, corrigibilem, separabilem, depurabilem retinentes; quibus depuratis, ac emendatis, cessat morbosa ideatio. Non ità in nutritivis.

XXIX. Simili motu impressionis distinctæ imprimuntur ideationes in fluidis immediatè subjectis cogitativæ moventi. Agitantur fluida impetum facientia, nervea, spirituosa, animalia præcipuis muneribus dicata, ut primo intuitu sensorium offendatur, quia nutritum, ideatum, rectum in suis operationibus à talibus fluidis: veluti in vase, organo, ductu, cavitate retentum aliquod sapidum, odorosum, fætidum, insuave. Omne fluidum immediatè occupans vas, organum, ductum, cavitatem, vel mora, vel transitu ideatur iisdem odoribus, fætido insuavi, monstruoso, turpi insidente tali cavitati. Sedes servata phantasiæ, animi cogitationi, animalique rectæ repræsentativæ, retentivæ; dum talibus impræssionibus afficitur, illisque saporibus, figuris, & motibus capitur: fluida singula nutrientia, cogitationi subjacentia, illuminantia, deferentia, & esca, pabulumque talium partium animalium, dum circuitu invadunt, occupant cogitativam sedem; statim iisdem impræssionibus, & ideationibus capiuntur: sic delata ad seminalia organa, fæcundantia, & sapores, figuras seminales imprimendo; ideationis animalis susceptæ passibilia fiunt, & ideatum ita transducitur tali ideatione

tione ad generationis opus. Nec odorum, aliorumque impræssio suscepta amittitur in fluido secundam ideationem recipiente validam nutritivam.

XXX. Tempore gestationis ducuntur fluida materna ideata nutritioni gestati fœtus. Impræssione ideali suscepta afficiuntur nutritiones uterinæ, uti spasmo, animique deliquio matres capiantur absentia, & carentia rei concupitæ. Turbantur omnes sapores, dissolvuntur omnes figuræ fluidorum impetum facientium, ac toscidorum. Aqua nimis mota in fluvio, luto inficitur, cænosa fit, turbida incapax potui; & ni quiete motus depuretur; paritèr nisi prægnans quiescat esu rei concupitæ, omnia fluida mistione turbantur; unde animi defectio, mœstitia, inquietudo, & vehementia motus circulantium fluidorum, abortus sæpè sequuntur, & fætus ostili motu perit, hianti ore cupiens illud idem à matre fortitèr conceptum, concupitum, & non habitum. In his prægnantibus desiderio alicujus absentis cibi maximè captis, veluti sapores naturales indigent restauratione, petuntque illam in esu alimenti concupiti; & in illius adhibitione quies, restauratio, fluidorum nutrientium ritmus, naturalis modulatio, omnimoda jucunditas. Essent non pauca hic enarranda à nobis visa, ut innumera penès Auctores leguntur. Annis elapsis erat utero gerens quinque mensibus, nocte somnio capta, quo videbatur comedere ficus recentes, his nostris diebus Aprelis maturescentes; quarum maturatio rara, & sapor jucundus: sola nostra cavensis Patria Alma, Regia, Illustrissima Civitas tali fructu gaudet à principio Aprelis usque ad finem mensis Maji: dicuntur ficus paschales; & triplici anni tempore maturescunt Vere, Æstate, & Autumno, & nonullæ semimaturæ etiam Hyeme apparent: in vicinioribus propinquis urbibus Salerno, Noceria, Neapoli eædem plantæ, aut fructus non ducunt; aut si ducant, maturescunt tempore æstivo, ut reliquæ species; immaturæ strictissimè adhærent ramificationi; nascentibus Junii mense, & harum nonullæ maturescunt, sed major copia immatura durat, ut tempore veris martii initio inchoent maturationem; ni hyemis nimia inclementia horrida, glaciosa. Sapores in tali planta continuò fructus serotinos, grossos, trifarios ferente. Non plantæ sola specificatio, sed individuæ elasticitatis ideatio spiralis à regione, & loco tributa; alibi non continet grossos. Ideatio occasionalis maximè loci distinctione occupatur. Ingressuri, unde regressi sumus. Ideatione, somnio affecta, & stimulante cupidine exporrecta, langinans clamosa anxia duabus horis, & cupiditate non expleta, torminibus capitur, cruentas

par-

turientium excretiones patitur; sed quod mirum, invento maturo fructu, celerrimè delato anxiè comedit, statim dolores, tormina, & quod majoris ponderis evacuatio prorsus evanuit: salubritèr se habuit, & nono mense puerum peperit. Remoto ideationis cogitativæ motu, omnia fluida saporifera nutrientia sedata fuere. Gemellos Primipera gestabat trium mensium, incautè recentis panis odore capta, licet celeritèr delatus cibus optatus, abortum passa gemellorum infantulorum, utriusque aperto ore, tribus horis postea vixerunt. Tenella erant ligamenta, nimis avidè mota, ideatione potenti fluida turbante; sapores velocissimè alienationi subjecit; lacera ligamenta locum abortui dedere.

XXXI. In cogitativa effræna ideatione, quam celeritèr fluida ideentur, non esset hujus paginæ; sed integri voluminis opus innumeras ducendo historias, dum tàm multiplices à gravissimis viris tradantur. Utitur nobilioribus, præstantioribus, præcipuis lucidis, depuratis, nervinis animalibus fluidis aptis, capacibus instantanee ideari: Omne enim fluidum, quo depuratius, lucidius, nobilius, luminosius, eo faciliùs levi motu impressionis idealis imaginem patitur; ideoque animi pathematibus sinè mora afficimur. In utero gerentibus insueta, rara, aliena petuntur, nimiaque voluptate ducuntur; causa saporum neutrorum prægnantes nutrientium: delatis putrioribus, augumento concepti, & universalibus fluidis non cribatis mensurna cribatione. Puella erat etiam primara nupta viro, maritima littora tunc temporis petente, causa venationis, & ducendo sæpè sæpius pisces, continuò suos ferebat discursus piscatorios: tali ideatione concepit primipera, sed non more aliarum uterogerentium, regio uterina paulatim extollebatur; at celeri motu in tantam excrevit molem, ut non gemellos, sed plures continere fœtus videbatur: transacto nono mense, & decimo non deponebat onus; at principio undecimi mensis doloribus pressa, deliquiis capta, penè vitali robore destituta, nec videns; neque audiens, propè orci fauces ducta; nec obstetricis diligentia, nec suppositæ prægnantis conatu onus utero contentum deponebatur: tandem diversis auxiliis cardiacis, quantum ægrotæ capacitas ferebat, datus locus exonerari; nec tinctura sanguinis appatebat; tantummodo seri immensa copia, cujus dilutione collum uterinum, vagina, & annexæ partes patefactæ, molesto oneri uterino prodeunti vestigium cessere. Quid mirum, piscium figuras diversas, & in tanta copia, ut numerari nequirent pisculi; raja, pulpi, & tantæ variæ species, sed omnes viventes; & demum sacculum deposuit, quo omnes includebantur, & veluti in aqueo fluido natabant, & nutriebantur;

nec alium partum, aliudque animarum excrevit præter piscium species: omnes carnei coloris erant, carneamque ſtructuram imitantes; adhuc vivit, & ſequentibus geſtationibus mares, & fæmellas plures concepit. Spectacula picturæ, audita, paſſibilia utero gerentibus moleſta ſunt. Sunt aliquæ mulieres nimis familiares canibus, felibus, præcipue conceptionis diebus, ac menſibus; quales ideationes omnimodè propriis filiis tribuuntur nec paucas ſcimus: qua familiari ſociabilitate pueri aſſimilantur aliqualitèr conſanguineis, & domeſticis, amicis. Inducta aliquali ideatione ex conſueta; continua conſuetudine, ut ſimulacri turpis, delectabilis inſpectio nimis conſueta, & ideata. Non paucæ hiſtoriæ, nec longè experta. Quamplurimos videmus natos talibus impreſſionibus cicatrizatos, ut penes nos in carpo mulier buccellam carnis aprinæ pilis duriſſimis impreſſam: hepatis alam in naribus: caſeum mollicoſum in occipitis parte: vini ſtillicidia in femore: ceraſum in cartilagine auris: fragam in dextera gena: multitudinem habemus, numerumque maximum harum impreſſionum, ut longa nimis foret enarratio, dum matres tempore geſtationis his cupidinibus præhenſæ. Sufficit aeris elaſticitas parum ideationes fluidis imprimere, illaſque deportare in ſucceſſivos natos cauſa nutritionis; majori efficaciori modulatione, motu cogitativo univerſali movente imprimente ſapores omnes vaſis, ductibuſque naturalibus contentos, figuraſque ſimiles deferendo ſubjectis ideandis organicis.

XXXII. Nocturno tempore, quantis illuſionibus capimur, illiſque nolentes, & dormientes moleſtamur, vel jucunditer afficimur. Quod maximè in his ſcrutinio ducendum eſt, quomodo ideemur iis rebus, nec cognitis unquam, nec viſis, nec auditis; at ſenſorio univerſali ſubjectis? Illuſiones venereæ, nullà actuali datà occaſionali cauſà, quæ multiplicitèr inſurgere poteſt; ſcilicet geſtio, viſione, affectione naturali, lectione librorum, inſpectione picturæ, auditu ſtimulante, longà conſuetudine, operiſque ideatione antecedenti, aliiſque occaſionalibus illicitis quomodocumque ideantibus. Salacitas fluidorum naturalium organicum corpus occupantium, fermentum ſeminale extricat, parit imaginem ideationis venereæ modulatione, & figura aptis ideationem ſeminalem ſolvere ex Abecedario, & ſtimulo afficere, illuſionemque producere. In his ducitur cogitativa involuntario motu ſomnii ex copia, fermento, & ſaporibus turgentibus vibrantibus, ut ætatis juvenilis, robuſtæ, proceræ, turgentis veſtigia teſtantur, non ſenilis, vappidæ, caſtigatæ, imbecillæ, ni morboſa fuerit, præcipitemque caſum ferendo. Eſt aeris elaſticitas, nonnullorum ciborum ſeminalium eſus, juvenilis

nilis ætas, vernum tempus, aliaque non pauca æstrum, & salacitatem proritantia. Fluida intrinseca seminalia turgendo majori vi, robore, & efficacia, somno ducente, somniis capi, illusionibusque corripi. Non phantasia extricat fluida; at turgentia seminalis cogitativam imaginibus deturpat; non animal ducit fluida, sed ducitur, nisi excipiatur voluntaria ideatio; quale ideationis fundamentum non est præsentis assumpti; dum sat antecedentibus probatum est, & extra casum sumus.

XXXIII. Cum gravissima sit præsentis quæsiti, & somniorum explanatio, & secundùm nostrum systema anatomice fundatum in saporibus, figuris, & motibus univocis, universalis, consona dilucidatio; operæ pretium est non pauca annotare, & patefacere. Sunt in corpore organico vivente, & præcipuè humano multiplices sapores; & singuli suis consonis figuris affecti, & naturalibus motibus; omnesque sunt naturales; ut fluidum salivale, felleum, pancreaticum, nervinum, lymphaticum, &c., & massa universalis cruorizata tantis prædita, quantæ sunt distinctæ, diversæ partes nutriendæ, quarum singula suo nutritur fluido saporoso, figurato, ideato, univoco motu dodato: osseæ, carneæ, fibrosæ, nerveæ, membranosæ, glandulosæ, omnesque aliæ corpus organicum modulantes. Insuper fermentationes universales non paucæ, ut chyliferæ, vitales, animales, lymphaticæ, pancreaticæ, felleæ, nerveæ, &c. Sunt sapores omnes creati gustui subjecti, qui numero carent, capaces inesse corpori humano; sicuti organum gustûs est omnium lapis lydius, distinctivum singulorum; sic quoque illis affici naturalitèr, & præternaturaliter, jucundè, vel molestè, ut coloratum in organo visivo, sonorum in auditu. Sensus hi discutiuntur, delectantur in distinctione, vel molestantur: illud in diversa modulatione colorum; hoc in consonantia, & discrepantia armoniæ a naturali, vel artificialium musicalium dissonantium; tantisque variis modulationibus, quantæ diversitates, & distinctiones componuntur. Sunt in sensorio universali capacitates omnes, & notæ quorumcumque imprimendorum, & ideandorum; licet actu forsan non ideentur; adest capacitas actualis Abecedaria, ut in singulis organis dependentibus à communi sensorio universali, aptitudo audiendi, non dum audita; videndi non adhuc visa; gustandi, usque adhuc non gustata; ut in ventriculo chylificandi non de præterito chylificata; sufficit adesse alimentis capacitas suscipiendi chylificationem. Miselli, paupperes pauca gustant, diminuta picta spectant, armonias non audiunt, paucis gaudent, sed omnibus, singulisque ultimis largè à magnatibus auditis, gustatis, visis, & omnium capa-

 cissimi

cissimi sunt: privantur illis, sed non capiuntur negatione, ut terminis dialecticis utar. Si ergo in sensibus particularibus talis universalitas reperitur; quanto majori, præstantiori robore, & perenni efficacia in eorum universali Agente? Ipso læso, graviterque molesto, reliqui particulares omnes labescunt, vappescunt, diminuuntur, deturpantur, abolentur. Morbi sedem primariam occupantes clara, quotidiana ducunt documenta; sufficeret solus apoplecticus morbus essentialis phrænesis, memoriæ abolitio, ut sensus omnes non operentur. Scio mulierem 73. annum attingens, tam gravitèr immemorem; ut proprium nomen ignorasset: cognovi virum apoplexia captum, ut spatio trium annorum immemor esset, nesciens proprium os; nec nomen, neque quidpiam aliud humanum; incapax omni ordine, & brutalitatis notas æmulari posset; immò inferioris capacacitatis, ut lapidem animatum imitari videbatur. Agentium particularium sensuum Primum Agens sua modulatione, & nutritione universali, proprioque sinu omnes sensationes continens; nec quidpiam, nisi primo sensorio affecto. Læso auditu, aut visu, non deficit, vel depravatur Agens à quo; immò acuitur ordine fluidorum lucidorum non dissolutorum, ratione organi deficientis exercitii. Vivit cæcus quidam ab incunabilis, causa variolarum oculos, nimia atrocitate lædentium, tunicas, crystallos, sedem vitream, aqueam, uveam, omnesque partes suppurando, ut ne vestigium organicarum visivarum partium appareat: erat ætatis infantilis undecim mensium; superstitit tanto voraci morbo: sic annis puerilibus pubertatis, & juventutis præsentis gaudet diebus. Hic solo tactu cognoscit, distinguit nummorum diversas impressiones, & valoris quantuplum: nunquam cognita nummismata, solò auditu edoctus, tangendo distinguit; itinerantes viros, pueros, juvenes propriis nominibus vocat, omnesque distincta loquela agnoscit. Annis elapsis, & multo retrò præteritis. Erat senex quidam mutus, surdus, cæcus, qui annis virilitatis lanius fuit; quadam rixa, capite fortiter percusso in surditatem; cæcitatem, & mutilitatem incidit, depressis, vitiatis, læsis nervorum propaginibus visivis, auditoriis, & penè iisdem locationi necessariis: solo tactu distinguebat homines, eorum habitacula, & exercitia, styrpem, ætatem, quod mirum magnoperè erat gesticulatione manuum, signisque denotabat, distinguebat, ostendendo antecedentium expressa. Sunt multæ similes historiæ apud graves viros, majora, & miranda annotantes. In his sensorium universale non deficiens, sed valdè acutum, exercet distinctorum organorum abolitorum munera, opera; ut colorum diversitates agnoscere solo tactu, non longum, neque rarum est. Machina

china organica vivens saporibus, figuris, motibusque univocis utitur.

XXXIV. Tantis explanatis documentis, ac rationabili ritmo subjectis: certiores sumus in universali sensorio contineri, modulari, exprimi, ideari, instrui, exemplificari, componi universalissimum Abecedarium singularum notarum; dictionum, compositionum. Objecta simplicia, & composita cujuscumque sensus, imaginibus, & armoniis; figurarum, colorum; simulacrorum naturalium, artificialium jucundorum, neutrorum, lædentium, monstruosorum, ideationibus distinctis, diversisque repræsentari; & in genere saporifero omnes saporum species: in figurativo quæcumque figuranda, & intrinsecis motibus ad opus quodcumque cogitativum ducenda; non solùm ea actu contenta, sed de cætero intromitti possibilia, fermentationibus innumeris perficienda, ducenda, varianda: tot tantisvè mistionibus, fermentationibus, compositionibus proximis, propinquis, remotis, remotioribus, remotissimis; quantis confici possunt, modulari Abecedari elementa, notæ compositionibus multiplicibus, quocumque idiomate, quacumque prolatione. Oris figuratio, modulatio, organorum loquelæ dicatorum distincti motus figurationis. Linguæ, palati separationes saporiferæ discriminatæ, & diversificatæ actu, & possibilitate, potentiaque capacitatis successivæ; ut non sit gustabile, non discriminandum, non judicandum, non specificandum à saporifero gustante organo; sic de cæteris particularibus sensibus. Nec coloratum reperibile non subjacens organo visivo; ut pauci colores [illegible] terminati, sint causa mistionis, fundamentum omnium pingendorum, pictorum, imaginum, & picturæ pulcherrima, jucunda, admirabilia artis modulatione. Tantæ innumeræ varietates, & coloratorum distinctiones, licet artificiales, ut in saporibus terminatis numero, distinctæ copulationes sint causa diversarum, & multiplicium fermentationum, naturalium, neutrarum, morbosarum; sed motu intrinseco impellente, annotante, extricante, distinguente, perficiente, destruente, defectivo, vel nutritivo perfectivo, alioque naturali consono conservante machinam viventem organicam saporibus, figuris, motibusque propriis.

XXXV. Insuper occasionalitèr intùs ducenda, vel inevitabili spirali elasticitate inspirati diversimodè ideati; & indè internè ideantis, sunt annotanda, & qualiacumque cadentia contingentèr subjecto, ac organo cuicumque visivo, auditivo, odoro, gustanti, tangenti, ordine modulationis susceptæ neutræ, offendentis, coadiuvantis, naturalis, vel illorum moventium plures organicas partes

tes

tes unitim: ut visione delectent, tactu jucundent, sapore moveant, ac diversimodè operentur etrogeneam actionem, causa compositionis, & copulationis; & homogeneam finali ducibilitate operis naturalis consequendi, respicientis plura organa, quarum ideationes agunt ordine impressionis, & passibilitatis receptæ. Idem objectum eodem tempore imaginatur, vidit, odore afficitur, armonia delectatur, loquitur, gustat, distinctisque ideationibus, & motionibus organicis; sed eodem universali sensorio omnia, singulaque continente, dirigente, ut Polychrestum saporum vas, speculum visionum, lydius lapis odorum, tactuum, jucundorum. Antigonista armonicæ fabricæ, cæterorumque Primum Agens in vivente perfecto constructum, uti in machina universali operante suis saporibus, figurisque consonis, & motu etrogeneo, diversitate fluidorum, & partium organarum: habita homogeneitate operis inter individuale fluidum, & solidum; quibus tota machina vivens constat.

XXXVI. Omnimoda universali ideatione capacissimum sensorium, singulis ideatis fluidis in machina vivente utitur, perficit internas cogitationes, intentionalia opera. Ideationibus tantarum scientiarum, & speculationum intelligendo struitur; memoriæ thesaurum adipiscitur, & veluti innumeras imagines possidet, suaque capacitate servat aurea nummismata diversis impressionibus signata: mirando reminiscentiæ lumine ideato gaudet, ut singulatim diù contenta, retenta, appræhensa extricet; immò oblivioni tradita longitudine, ve[illegible]tate, multiplicitate intromissorum, luciditate roscida diminuta, aliave occasionali causa data, vel habita; etiam reminiscentiæ partum producit post temporis morulam, concesso motu extricationis, & affluxu lucidorum restaurantium, saporum, quibus vegetæ redduntur imagines, & ideatæ impressiones. Intellectionis, cogitationis actus est supremi ordinis; causa operis, ratione organi, accursu nobilissimorum, lucidissimorumque fluidorum. Regia sedes sublimiori locatione dominans inferiores omnes organicas: structa, composita tanta industri architectura; assidentibus sensuum machinis, ut inter magnates collocata videatur. Ducit suos actus præstantes unitos, disiunctos, distinctos; lucidissimis, clarioribus, velocissimisque spiritibus sapore, figura, motuque mirabili prægnantibus, turgidis, satisque efficacibus; nec propinqua obvia objecta incognita relinquit, præterita visa, vel audita oblivioni tradens, nec longissima prævisione defraudat; neque ullum caret sua individuali, adminùs cogitatione, primaque capaci intellectuali extricatione, si obvium fiat. Activissimum Agens tali gaudet

se-

sede, ut solo simplici intuitu distantissima cognoscat, imaginetur, prævideat ordine suo tamen. Remotas regiones habitantium mores, gesta; locique annexa: vegetativa, sensitiva, maritima, volatilia; elasticitatis miranda opera, zodiacas signaturas, poli altitudinem, graduumque numerum, & cognoscit effectus naturales emanantes. In regno volatilium omnia producta, & aereo corpore singulas meteorologicas impressiones: maritima non spernit cognitione, & terrestria cujuscumque speciei intimè scrutatur. Sua depurat, aliena cognoscendo deportat: quod non videt capit, quod non audit imaginatur, quo delectabili suavi gustando, non gaudet, cogitando ideaizat. Supremus immensus infinitus primus motor creavit suam sibi ideatam imaginem; at tantis ornavit muneribus, ut eadem cogitatione ulteriora cogitare cupiamus. In hoc opere intelligentiæ, discat quisque summi creatoris infinitam sapientiam, & nesciens Factorem, respiciat opus. His deductis, patefactis; somniorum visa, [illegible]tiones, imagines impræssiones, nobis multa dormientibus contingentia, quàm dilucidè demonstranda; qualia in machina vivente ideata, & ab ipsa emanantia mediis univocis propriis, vel occasionalibus impræssionibus in fluido, aut fluidis à sapore, & saporibus; à figuris; vel figura, homogeneo, & eterogeneo m[illegible] delata, & speculum phantasiæ afficientia. In omnibus his rectrice, & magistra rationali anima.

XXXVII. Omnibus notis Abecedarii existentibus, & luculento scriptore perenni motu agente; nullum dubium struendi dictiones, & verba. Cogitativa, Phantasia nunquam vacua, aut otiosa, naturalibus sensibus vacans, veluti continuo successivo ducitur motu; externo dans operam, internoque luculentèr annexa: Elucubratur subtiliter, sopitis, quiescentibus sensibus visoriis, auditoriis, cæterisque; incumbendo, operamque navando intensiori studio internis univocis ideationibus intellectualibus: non obducta, vel ad externa delata. Pluribus præbere aures, mentem adhibere eodem tempore, pluribusque animo simul adesse, notat præstantiam nimis activam agentis, plura unà diligentèr percipere. Hæc sufficienter perficit cogitativa attentum animum singulis sensibus experrectis tenendo. Quanto nobiliori studio, acutiori opere majora operabitur uni, seipsæ intellectuali cogitativæ operam dando? Adest Abecedarium in cogitativa, & singulæ notæ præsunt, quibus utitur continua pronunciatione dictionum naturalium, & naturali ordine, ac modulatione etiam. Nec unquam alienæ sunt litteræ elementares à studioso, villitico, rustico, docto, rudi, &c. Omnes loquuntur, articulant dictiones, componunt proprias voces, exprimunt suos naturales con-

conceptus modulatione ingeniosa, rudi, docta, & dogmatis propriis Italici, Europei, Armeni, Africani, Americi, &c. ut quisque plenissimè Abecedariis navet; & his memoria affecta successivæ dictionis; dictionum, vocum, conceptuum distinctione, diversitate, indigentia, necessitate, opportunitate utitur; qua compositione dictionum, conceptuumque expressione sociabilitas humana servatur. Lucubrantibus ingeniis, majori vi, efficacia, præclaritate imaginativa, cogitativa, phantasia; dictionum modulationes educunt, ut simplici extricatione saporifera, spirituosa; elastica movente, tale Abecedarii dictionarium patefcat; & distinctione motionum naturalium insomnia diversa fiant; scilicet somnia visi. Nobis itinerantibus, vel alieno operi externo, internoque intellectuali occupatis; non nè sponte contingunt alienæ cogitationes, imaginationes, & Phantasiæ operanda? Sunt aliquando naturales, nonunquam neutræ, aliter molestæ, hypochondriacæ structionis; tantæ, tantisque modis, quot cogitativa affici, modulari, capi, pati potest. Quomodo dormientibus, iisdem habitis agentibus, passibilibus propinquis internis; ideationes omnis generis, insomnique repræsentari non possunt? Modulator Phantasiæ Abecedarium, & machina regens primum sensorium tantas dictiones componit, & uti directum à rationali magistra.

XXXVIII. Sapores, Gustabilia, Armoniæ, Visibilia, & quæ Tactui subjecta sunt, in sensorio continentur, ut sopita mente, & externis, somno inducto, minimè operam dante; jocosa fiat cogitativa, nec deficiens ab internis impræssionibus, causa fluidorum nutrientium ipsi successivis circuitibus occurrentium. Colorata, simulacra, visiva, odora, jucunda, suavia, tetra, saporifera figuris individuis, motibusque propriis affecta imprimunt, extricant, moventque cogitativam, somnioque ideando; intromissa, data occasionali movente causa interna, exticata externis læpè sæpius; vel ideatione abscondita in fluidis ipsis, uti morbi non apparentes actu, vel fermentationes oriundæ in fluidis tempore motionis elasticæ, vel alterius agentis. Ideationes affixæ individuo fluido nutrienti tale organum v.g. ossa, glandulas, vretheres, nerveam structuram, non operantur, nisi tempore fermentativi motùs extricantis ipsum fluidum; tunc expandit, navat suas susceptas ideas. Somniamur potiùs ea, quibus recenti, forti, propinquoque motu afficimur diebus vicinis, propinquioribus; vel iis præhendimur somniis ideantibus, univocis crasi, modulationi saporiferæ, alterique sensui prævalenti. Tristes, mæsti, nimis serii, non capiuntur somniis jocosis, & si præmantur, tarò, data nova occasionali causa ideante; sic venereè il-

illuduntur omnes ii juvenes, robusti, validæ texturæ, minimeque jejuniis, aliisque castigantibus præsidiis, ut salacitatis effræna motio deprimatur; ac etiam, ut modo dictum fuit, qui occasionali ideationi gaudent, scilicet lectionibus, picturis, compositionibus, aliterque. Somnio ideatur cogitativa eodem prorsus modo consueto naturali, ac in singulis sensibus externis, & præcipuè locutionis, ut occasione navet, formet dictiones illas, quibus indiget; figurando labia, os, linguam, uti vocum distinctio, expræssio, compositio requirunt. Tanta retinet, tantisque Abecedariis distinctis, & individuis diversis notis ideatur Cogitativa, imprimitur Phantasia; quanta sunt subjecta, & elementares notæ, modo suo servato, cujuslibet sensus, Odoratùs, Gustatùs, Visùs, Auditorii. Quodcumque organum possidet, habet, servat suum Abecedarium, notasque proprias, & omnia hæc subjiciuntur Cogitativæ, & sensorio communi apto, capacissimo successivè, distributivè, & conjunctim recipere horum Abecedariorum compositiones, impræssiones, modulationes, ideationes delatas à fluidis nutrientibus cujuscumque ordinis, speciei, saporis, figuræ, sensationis, fermentationis, ac impræssionis neutræ, naturalis, morbosæ, jucundæ, turpis, & qualiscumque sensus: mistione colorum, saporum, figurarum, motuum, singulorumque annexorum. Terminatis coloribus utitur pictor, at diversa modulatione ad picturarum multiplicitatem formandam, & motu distincto, uti operum exigit diversitas. Machina vivens suis fluidis utitur diversimodè modulatis, extricatis, & indè ideatis, uti saporum, & figurarum Abecedarium erit ab ipsa directum, compositum, delatum, & penicillo primi sensorii structum.

XXXIX. Tenemur, afficimur occasionale morborum, illis similibus molestis imaginationibus, ideationibus univocis sapore, & figuræ fluidi lædentis, morbosè fermentantis. Felleo prævalente, iracunda, Phrænesis, æstuatio oleosa, sulphurea ideatio. Pancreatico principaliter agente, & vitriolaceo sapore; mœstæ impræssiones, taciturnitates, pavores, hypochondriaca timiditas; & saporibus variè mistis; distinctæ, diversæ similes ideationes. Hominum naturales crases, ritmi, compositionum modulationes saporiferæ, figuratæ in fluidis nutritivis, & fermentativis ideantur pari ordine, ac impressione; eorumque cogitativa pari medela operatur, imaginando tristia dubia, turpia; vel jucunda læta, jocosa, iracunda, rixosa, cæteraque, causa saporum, figurarum, & motuum, propria structione imprimentium. Dormientibus, sopitis sensibus, validius, efficacius, non alieno, externoque operam dando; v vidi,

fervescentes ducuntur repræsentativo speculo Phantasiæ, ratione motus continui; illasque ideas, & impressionis notas tribuunt, quibus ideati sunt; quod naturali ordine contingit. Milites, bellicosi, acta militiæ, atrocia, sanguinea. Religiosè viventes, ni aliud intrisece obstiterit, devota, pia, misericordialia imaginantur, similibusque somniis novantur. Sufficit quodlibet agens extrinsecum, vel elasticum, aut sensibus noviter intromissum extricationis motum ducere in fluidis intrinsecis, quibus cogitativa, & somniorum visa repræsententur; ut contingit quotidie esu nonnullorum ciborum, quibus vescimur, & illorum ideationibus somnio molestamur, aut jucunde capimur; & non pauca alimenta penè incunctanter nocte sequenti suas patrant ideationes univocas propriis naturalibus saporibus; quod etiam vegetativis non dissonum est, ut paulò infrà. Abecedaria ergo, tam litteraria, imaginativa, saporifera, gustabilia, odora, visiva, tangibilia proxima, remota, remotissima, actu possibilitate, mistione, fermentatione diversa, modulatione distincta distinguente;ut coloratorum mirandæ mistiones innumeræ,abecedarium non ultimum post dictionarium litterarium, & saporiferum construendo. Continentur in corpore organico vivente cogitante singula ista; ut somniis duci diversis, omne id expressum, ideatum in dictis abecedariis, ac cogitativa, speculo Phantasiæ visa, & somniis quæcumque repræsentata. Data extricatione fluidis ab agente capaci, & potente Machinam cogitativam animalem talibus ideationibus struere, ac afficere; illisque fluidis uti saporiferis, & figuratis, quibus tali ideatione præditis gaudet.

XL. Et vegetantia herbacea, ideatione, & plantifera non carent. In plantis insitione oculari gemmarum; virgulatæ oculatæ, ut industri diligenti artificis inserentis tempore verno, & propè solstitium æstivum, ita appositæ cuticalares oculationes novæ plantæ, vel gemmatæ virgulæ, sivè stolones identificantur, uniuntur supposito ramo, vel plantæ silvestri, ut congerminent; & causa fluiditatis nutritivæ occurrentis unico motu germinationis, augumenti, & fructificationis, figurationes ambarum cicatrizentur, & continuo successivo motu nutritivo, gemmatæ cuticulæ, aut appositæ soboles proprium germinationis stolonem, sivè surculum producant. Univocantur fluida nutritiva tributa à principali planta individuali ventriculo appositæ insitionis. Figuræ, sapores valdè diminuti, ac leves remansi in apposita insita gemma, sunt tantæ efficaciæ, & præstantiæ, ut valeant transmissa fluida silvestria in propriam univocationem ideare; ut surculi, stolones aucti, modulati congruæ molis, & structuræ non solùm frondes, & flores; sed fructus sibi univocos

pro-

producant, novamque plantam specificam componant, exceptis tamen feminibus: in propria sede, & ventriculo nova fermentatio nutritiva perficitur consona, & univoca insitioni; sed diversa à supposita silvestri, vel diversa specifica planta, vel ramificatione. Unus aliquando ramus insitione distincta specificatur, reliqui originales vegetantis in propria remanent specie. Æmulantur vegetantia nutritiones diversas corporis organici sensitivi, ut delato fluido polychresto ab universali massa, licet illud fugatur, quod propè assimilabile est, & consonum in sapore, & figura; attamen nova insensibilis fermentatio, ac nutritionis motus diversus fit in ossibus, musculis, glandulis, membranis, singulisque distinctis. Propria vasa rorcido repleta sua figura, naturali sapore, moventur motu proprio nutritionis, ideando appositum alimentum impræssione individuali univoca. Experimentum nimis clarum, & anotomicum ostendens ideationes invividuales, ac nutritionum distinctiones: specificationes dissimiles fieri diversitate partium nutriendarum, & simili ritmo atque metro demonstrantur ventriculorum particularium ideationes, fermentationes, nutritiones, ac ultimatæ perfectivæ modulationes. Frondes, flores, medullæ, fibræ, osseæ, musculares, extimæ cuticulares partes distinctæ diversos retinent ventriculos. Abecedarium diversorum saporum, variarumque figurarum struit ideationes vegetativas germinando, fructificando, ovulando, talesque operationes ducendo, quales in notis abecedariis consonis continentur.

XLI. Neque prætereundæ sunt diversæ ideationes unica insitione compræhensæ. Nostris urbibus sunt mali massilicæ, genera limonum, ut unico fructu plures observentur species, diversæ figuræ, sapores distincti, specificati oppositi; ut triplicatam, & quintuplicatam specificationem unicus contineat fructus, distinctos acinos, seù semina, sed figuratione distinctos; nam seminalis eadem radicalis structura, univoca specificatio (vulgò penes nos dicuntur bizzarriæ duplicatæ, triplicatæ, quadruplicatæ). Quod nostris ideationibus luculentèr demonstrationem præbet, ideationes servari diversas, tantis saporibus, figuris, & motibus in eadem exili cortice insita, & quantæ species repræsentantur, & realissimæ sunt, ut nobis ultrà cogitandum sit, tot esse ventriculos distinctos nutritionis opus agentes, quot sunt specificatæ partes oppositæ inter se, ac diversi sapores, multiplices figuræ consonæ unicuique; dissonæ reliquis. In parte organica sensitiva vivente id ipsum præstantiori modo perfici, ac ideari diversitate, & distinctione eterogenea habita.

XLII. Debet necessariò in ideationum annexione vegetativa, & permanenti adesse aliqualis proportio saporifera, & figurativa, ut

infitionis, ac ideationis vegetativæ traductio fieri possit, ut unus sapor, talis figura alicujus plantæ sit associabilis alteri, cui apponitur, & insitione unitur, v.g. vitis supra vites, sed cujuslibet speciei, malorum cum malis, prunorum cum prunis; & aliquorum generice dissimilium; ut insitiones amigdularum cum prunis, pirorum cum malis, trigoni, sivè hyppomelis cum calabrice, & nonnullarum aliarum plantarum, in quibus aliqualis similitudo, & univocatio saporum, & figurarum inter fluida radicalis plantæ, & insitæ; sic in malis massilicis; attamen ideationes intromissæ ope insitionis semper traducunt fundamentales ideationes suppositæ plantæ, præcipuè saporiferas, sed diminutissimas, ac penè imperceptibiles. Ut Iconismus sextus numero 45. & sequentibus sat dilucidat.

XLIII. Illud mirum est in tantis speciebus diversis unico fructu contentis reperiri etiam distinctas, diversas specificationes fructiferas, sed non seminales. Seminales ideæ sunt perfectissimæ, & ultimatæ, quibus perficiendis præstantissimam operam dat quælibet species, & individuatum organum. In hac fit similitudinis specificæ propagatio, fundamentum percipuum continuæ successionis, qua vitiata, læsa, depravata; monstruosa, non specifica naturalia perficerentur, nec ritmus, ordo naturalisque proportio, generationisque motus obtineri posset; nisi ventriculorum ideantium ideatione, & fluidorum impræssione data. Uti numerus 45. & sequentes ostendunt Iconismo antecedenti VI. Semina singularum specierum insitione appositarum univoca radicali plantæ, specificatione principalis ideationis enascuntur. Sapores, figuræ, motusque tantarum specierum unico fructu expræssi, continuerunt fermentationes, ac ideationes fructiferas distinctas, diversasque, & tali modulatione formaverunt fructus, licet unitim; attamen seminum productionem non univocavere; quamvis externa figura quodlibet semen respondeat, & simile suæ speciei: quinque v.g. figurationes seminum diversæ unico pomo servantur; sed omnia sic diversa, dum enascuntur reproducunt stolones, surculos univocos omnes plantæ radicali; ut ideatio seminalis non sit ducibilis in speciem insitionis, qua fructus, flores, frondes, stolones, soboles, rami, & univerla machina plantifera ideantur, sequunturque ideationem insitæ plantæ; remotis seminibus nunquam specificandis in similitudinem, univocationem, & ideationem insitionis factæ; nisi arte radicetur in sinu terreo, fundando proprias radices, propriumque ventriculum, quibus ducitur, componitur, figuratur, saporizatur, ideatur intrinsecè seminale fermentum. Radices enim, ut superioribus demonstratum satis est, retinent figurationem, structionem, compositio-

nem

nem totius plantæ exurgentis, foras exporrectæ, auctæ, perfectæ, & fructificantis, undè principaliſſimum organum ideationis; dum omnes plantiferæ partes, licet exiles in radicibus obſerventur. Medullares, fibroſæ, oſſeæ, muſculoſæ, cutaneæ, &c., quibus annectitur principale, primumque opus nutritionis chyliferæ primoprimæ ideantis fluida nutrientia; quales ideationes ſervantur uſque ad perfectivam ſeminum compoſitionem. Ideatio ergo fructifera, dum radicalis non eſt, omnimodè diverſificatur, & ſpecie diſtinguitur à ſeminali, ut ſat nimis Iconiſmo plantarum demonſtratum. Documentum efficaciſſimum fluida nutrientia tranſmiſſa inſitioni, fuiſſe modulata in figura, ſapore, & motu à primordiis radicibus; & impræſſionem ſeminalis ideæ, non eſſe reducibilem, neque tranmutabilem in ſpeciem inſitam; cauſa primordiæ chylificationis radicalium partium, & totalis ideationis earundem ſtruentium primam ſpecificam ideationis baſim, ritmum. Moleſtiæ, depravationes, ideationes chylo impræſſæ, non dilucidantur, nec corriguntur ab aliis ideantibus; ſed tribuuntur cauſa nutritionis, partibus ſubjectis nutriendis. Tantæ præſtantiæ, & virtutis ſunt ideationes chyliferæ, indeque ſemibus ducendæ in vegetativo genere; ut fundamentalem ideam tribuant. Sedes diverſa, & innumeri ſapores occurrentes operi chylifero, nequeunt reperiri in aliis cavitatibus, & ſedibus organicis præparantibus; dum diverſis, variis, diſtinctiſque fluidis gaudent ſequentia organa vitalia, animalia, cæteraque; ideoque negatur emendationi locus; nec culpatum ſtomaticum fermentum aliis ſubjacet preparantibus viſceribus.

XLIV. Tenent organicæ partes eaſdem ideationes, ipſis inſitas à fluidis ſingulis naturalibus, & nutrientibus; quibus ſaporibus, figuris, & motibus impreſſionis idealis, & modulatione corripiuntur nutrienda cujuſcumque ordinis erunt: qua ideatione ſuſcepta, & intimè ſervata; ſi reliqua ſubſequentia fluida non erunt ideata, ſed ſimplicia, carendo quacumque aliena ideatione, etiam ſucceſſivo circuitu, & gyremate, occupando vicinas, propinquas, eaſdemque partes, ſuſcipiunt à partibus ipſis ſimiles ideas, & qualeſcumque fuerint; & ſic gyrematis motu traducuntur morbi hæreditarii. Erit gallico morbo quis laborans multis diebus, menſibus; indè elexipharmacis, mercurialibus, ſtybiatis debitis à morbo voraci ſolvitur. Hic generationis motu in ſtatu cognitæ ſalubritatis fœcundante ſemine, fluida muliebria ovata fœcundatur, & natum, ſivè ſucceſſivè plures generando fœtus, qui non omnimodè immunes ætate declivi, & omnimoda gallica ideatione, licet levi ſpoliantur; cauſa impræſſionis inductæ partibus ſolidis, tempore, quo corpus organicum

hicum lue afficiebatur; quæ ideationes maximè rebelles sunt; ratione corporis glandulosi, glandularumque præcipuarum, quibus alligatur magis tale virus; ac etiam ordine fluidi lymphatici, & nervei, quorum massam atque fluiditatem occupat; undè his principalioribus læsis, & saporibus sylvestribus gallicis intromissis, non facilè depurationis opus perfici potest, neque totalitèr principaliores partes iis nutritæ spoliari. Decisione seminalis fluidi conficiendi fermento fœcundativo, facta ex toto, singulisque partibus, de necessè fluida puriora tales organicas occupantia, ideantur phillide molesta, & taliter ideata in seminale fluidum fœcundum ducuntur, sufficiens causa delationis ideæ lædentis in generandos filios. Apoplexia, rheumatismo, podagra laborans, sed non generans tempore podagræ, apoplexiæ, rheumatismi; at sequentibus annis, dum immunis videtur; forsan nati, generandi non suscipient easdem ideationes parentum? Hoc non alio ordine, aliaque causa, nisi partium solidarum, fluida vitiosa ideatione affectatum. Primum ideans fluidum est, priùs, primaque ideatione affectum; solidum est sequens, ideatum ratione gyrematis, vel nutritionis; solidum non spoliatum idea, omnia fluida tale solidum, vel solida occupando, ideationis opus recipiunt annexione nutritionis.

XLV. Undè historiam expræssis consonam enarrare non tædeat. Mulier ætatis 35. annorum: plures luci tradidit filios annis antecedentibus sanos, vividos adhuc viventes: corripitur canino spasmo gravi: diversis nervinis opprimè convaluit: iterum concepit successive non paucos fœtus spatio undecim annorum; attamen omnes illi post cinici spasmi invasionem, quale tempus fuit undecimum spatium; fuere diversis spàsmodicis convulsionibus affecti; licet mulier tunc temporis immunis erat totaliter a morbo convulsivo: puberes, adulti, juvenes omnes successive tanto molesto morbo corripiuntur; attamen primi geniti ante morbi accessum, nunquam convultione molesti: quinquagesimo anno eadem mulier iisdem molestis convulsionibus præhenditur, licet auxiliis mediocriter, at non omnimode pristinæ valetudini restituta. Notandum ideationis opus in partibus solidis: vitium clandestinum saporiferum, figuratum, impræssum, ideatum sinuositatibus, & individuis ventriculis partium, continentium organicarum, in quibus impræssum latitabat sylvestre saporiferum fluidum, abscondita dissona figuratio, & extricabilis fermentabilis antecedentium motus incubatione occasionali noviter ducendus, spiralesque vires pandendo: sint podagrici morbi firmum documentum. Prima ideatio in partibus contentis, sivè fluidis nerveis: ex his in solidas continentes defertur, diuque absconditur, ut da-

data occasionali sufficienti motione extricationis; sapores, figuræque expandantur, extricentur, motumque fermentativum concipiant; deducta morbosa nervea ideatione in illa nova fluida generatione, & conceptioni necessaria; tam ordine fluidi seminalis extricantis, & extricandi, quam opere nutritionis successivæ in polychrestum universalissimum alimentum. Ideatio semel intromissa solidis partibus, ita radicitus adhæret, ut fœdatio occasionali extricatione, successivis futuris partubus, & partibus deferatur, ni totalis extirpatio fiat, nec quidpiam ideale relinquatur, si tamen hoc obtineri, possibile fuerit. Tediosum ni esset, non paucas historias navare possem.

XLVI. Relicto latice morboso, hæc anatomicè, & causa rationabili deducta, fieri opus est: ordine nutritionis ideales impressiones successive traduntur; ut primario intromittantur naturalibus fluidis, indeque succedaneo gyremate necessario, omnibus similaribus, dissimilaribusque partibus organicis, singulisque, habito discrimine, ut ideato præcipuo fluido, v.g. Nerveo, Lymphatico, vel Pancreatico, aut Salivali, &c., tali distinctione hæc specificetur affectio, v.g. gallica, convulsiva, tarantismus, hypochondriacus tumultus, &c. solidis univocis partibus læsis, symboleitate nutritivi succi consoni parti nutriendæ, vel osseæ, aut glandulosæ, nerveæ, musculosæ, & simili; non prætermissis aliis fluidis causa simultanei gyrematis succedanei, & sociabilitatis. Venenorum idea potius uni, quam alteri fluido annectitur; uti rabies salivali, tarantismus nerveo; viperinum arterioso, & sic de cæteris. In molesto trucidante sapore, & dissona figura fluidi, non omittuntur reliqua fluida, & cæteri unibiles sapores depravari graduatione mistionis polychrestæ, & universalis circuitus. Utuntur peculiaribus præsidiis in extirpatione alicujus atrocis morbi, uti sunt gallici, convulsivi, &c., attingendo omnes ideatas moleste partes, omniaque decurrentia fluida earum nutriendarum partium restaurationi necessaria, ut singuli sylvestres sapores, dissonæ figuræ, & depravati sequentes motus corrigi, depurari, elucidari possint, naturalique ritmo deferri; & ne levissimum ideatum vestigium relinquatur: fluidis alienis extromissis, & expulsis per consona emunctoria, ut tempore nutritionis restaurantis, possint vacuitatibus vasorum replendorum annecti, uniri, associari; dum idea molestà roscidum associabile spoliatum fuerit; & ne locus recidivæ concedatur. Esset cogitandum auxilium omnigenericum depurans omnes sapores, reducens alienas figuras, & univocans singulos fluidorum motus, solidorumque organicorum machinam restaurans: suadentur multi extirpatos morbos tales atroces

ces extinctos; at revera diminuti, retrogadi, & sub cinere latentes; ut data occasionali causa reviviscant: in stybiatis, cerussis, mercurialibus, quidpiam universale reperibile. Seminale fermentum conficitur ex ideatis illis fluidis; ideoque geniti eadem molesta idea afficiuntur, & à parentibus in proprios natos defertur.

XLVII. Molestæ, morbosæ ideæ etiam terminato tempore, extricationis motum suscipiunt ex ultimata vasorum repletione, ex saporum, tunc determinata dissonantia, & figurarum omnimoda, vel sufficienti alienatione: tunc apparent præternaturales invasiones, offendentes motus paroxysmales mensurni, annuales, &c. Non multis ab hinc annis cognovi hypochondriacum prima vice tanto vitriolaceo morbo præhensum; ut æstivis diebus nimis jocosus esset, & multiloqueo ducebatur: initio autumni taciturnus, somnolentus, pavidus, mæstus, sociabilitatem omnino abhorrens, & ita pluribus mensibus tediosè vixit; tandem convaluit: quinquennio elapso in eundem incidit morbum, & minutim iisdem symptomatibus, ac annitemporibus distinctionibus: iterum remediis convaluit; ac tertia vice etiam post tertium quinquennium accerrimè trucidatur, sed longiori, & graviori deturpatione, & mentis turbatione. Idealis impræssio, susceptis æqualibus saporibus, iisdemque figuris, & repletione vasorum, eandem navavit affectionem terminato tempore. Reciduntur plantæ à proprio stypite; at de novo germinant, & terminato tempore producunt novos similes fructus. Insitionis ramus, & surculus recisus, regerminat, & statuto tempore suos patrat flores, & fructificat, restauratis saporibus, acutis figuris, & extricato, intromissoque motu. Generationes viviparæ statutis mensibus, & partus exclusiones eveniunt naturales profectivæ: præternaturales offensivæ iisdem gaudent graduationibus, & ultimatione saporum, ac figurarum. Kalendis mensis Maji: vir quidam oris totura matutinis horis præhenditur: nerviniis, debitisque auxiliis convaluit: sequenti anno eadem die, duabus tantum postpositis horis simili morbo capitur: iterum restitutus; tertio adveniente anno, & die afficitur consimili, at leviori convultione; ut quarto anno præsidiis valentibus præstitis immunis fuit, at non omnino, dum laborum titillationem, & spirituum tumultum eodem die, & Kalendis Maji presentit. Vir 47. annorum duabus horis post sydonicam lunam hora 21. corripiebatur lunatico morbo, & post tale lunæ silentium repetitis vicibus, at eadem 21. hora simili ducitur affectu; tandem eodem insultu, ac terminata 21. hora obiit. Quid dubio tenendum venit, radicatam ideationem fluidorum, & organicarum partium, posse eandem modulare, & extricare depravatam motionem, & replendo

do eandem vasorum capacitatem afficere saporum ritmum, & figurarum constructionem, ut ex his molestus motus oriri possit? Spiralis clasticitas, vasorum æqualis capacitas; saporum graduatio; figurarum ultimatio, ideam fermentativam suscitant, fluida extricant, motumque pandunt terminatis horis, & temporibus.

XLVIII. Universalem generationum omnium motum inspicere oportet. Omnes sensitivorum species maritimorum, fluvialium, volatilium, quadrupedum; statutis temporibus luci traduntur, post veram fœcundationis ovalis impræssionem, ut ovi fœcundati spatium, & puncti salientis spiralis elasticitas primum initium extricationis suscipiant ex suscepto feminali fermento fœcundante fluida fœminea ovulata capacia generationis motum habere: terminato tempore partus habetur intercapedine anni, quinque mensium, unici spatii lunaris, vigesimo primo, & in testudinibus 75. die. Inter naturales, & præternaturales generationes, & fermentationes discrimen est, ut in naturalibus sit motus generativus nobis profectivus; in morbosis defectivus, & molestus. Fermentum extricans, saporibus, figuris, motuque in utroque genere profectivo, & defectivo utitur, iisque ducitur. Contingens est salubritatis, & molestiæ editum opus.

XLIX. Ultimum non tenent locum vegetantium semina: extricantur terminato tempore, & germinationis actum navando, etiam terminatum ducunt tempus, tam in juvantibus, quam offensivis plantis, herbisque. Morborum paroxysmi simili fermentativo motu extricationis aguntur; scilicet graduatione fermenti saporiferi; fluidique figuratione, ac repletione vasorum turgentium: tertianæ, quartanæ, septimumque diem signantes, uti mensurnæ, annuæ, &c. Capacitas sedis continentis fluidi: saporifera copia, & figuræ positio ducunt extricationis motum, paroxysmi longitudinem, vel brevitatem, & invasionis futuræ accessum diurnum, tertianarium, mensurnum, annuum, cæterosque. Idem cibus, idem ventriculus, similis copia, æqualisque capacitas, ac consimile esurinum fermentum, eandem temporis moram in perficienda chylificatione signant: sic in fermentationibus morbosis, neutris, ac molestis: fermentum panificium id ipsum declarat: unumquodque frumentaceum clarè annotat. Idem patiens, eadem fluida, similis spiralis elasticitas, æquale domicilium, terminata vasorum capacitas, idemque fermentum, & annexa consequentia pariunt eundem paroxismi ritmum.

L. Latè patet Transfusio idealis ex vegetantibus, metallicis, aliisque transfundi capacibus: martialia, mercurialia, stybiata; & quæcumque ex regno vegetantium, & animantium ducuntur modu-

latione tincturarum, extracti, salini, alteriusque susceptionis. Intromittuntur ideæ saporiferæ figuratæ motu extricationis solventis, agentis, moventis: fluida, & solida ducta modulationibus fluitantibus, intromissione activa carent actuali; ni fermentativo motu afficiantur. Omnia ideantia diuretica, diaphoretica, emetica, pharmaceutica, cœteraque necessario indigent movente; uti qualecumque mobile exigit extricationis motum, undè fermentationis fervor, & activitatis graduatio ultimatur, ac idealis impræssionis quidditas ducitur, intimèque perficitur: nec ovaria fluida operi generativo deferuntur, nisi recepta incubationis extricatione, uti præcipuus, principalisque ideationis motus translativus, & saporiferæ fluiditatis fœmineæ figuratæ initians vestigia, ac medium denique ultimationem salientis puncti, quo successivè perficitur organicum pulliferum vivens spirali elasticitate primariò affectum: quo spirali gaudet, ab ipso incipit, in ipsum definit ultimus elasticus respirationis motus. Inspiratione initiat vita, & respiratione deficit vivens. Transfusione consona passibilia ideantur, dum sociabili fluido extrahuntur, & consona modulatione figurata saporifera ducuntur, & intrinsecè fermentationis motum perficiendo, individualesque ideationes distinctas, ac diversas corporibus capacibus, & subjectis intromittendo, eorumque individuas terminatas vires, tempore consono ultimando.

LI. Tactu successivo ideationes, etiam transferuntur occasionales; ut juvantium, ac foventium contiguitates transpirantium mistorum in aliud suppositum vivens, uti nocentium cutaneorum morborum appositio propagatione fluidi sub modulatione spirali ducente, & intromissa adhæsione, & extricante eterogeneos sapores, similesque figuras. Non agnoscimus extricationem ullam, nisi in motu, qualis motus fit ex spirali initiante primo primi saporis, & initiatæ solutionis, sive expansionis figurarum, undè vestigia primipera cujuscumque fermentationis, ac fervescentis motùs generativi proficientis, aut offensivi molesti. Gustamus, audimus, odore jucundo, vel molesto afficimur, & in sensorio universali circa sensationes singulas præhendimur ideatione tactùs transfusivi, appositi, extricantis ducti, ducendi. Fluidum Transfusione similes ideas operatur, sui fermenti ideantis intromissione: osculis transfundi gallicam luem, longum non est, & penes nos non semel notatum: scabiem, herpetem, ariduram, aliosque cutaneos affectus, linteis transfundi, novum non est. Nutrimur, & offendimur jucundis, vel molestis, roscidis, aut pungentibus: cordialibus, aromaticis, stomatichis vividiores sumus, & mulieres matricalibus restaurantur ex sola tangibili transfusione delata ideali extricante internos succos fermentabiles,

biles, illosque vitalizando, vel adverso sapore, dissonaque figura opprimendo. Crispantur, vel dissolvuntur interna externis.

LII. Ideantur florum colores Transfusione fluidi primi aquei ideati, & prægnantis electo colore in nutritione facta florifera. Madefaciunt cultores terram in vase fictili consono servatam aqua prægnante indico, cæsio, rutili, croceo, coccineo, similique colore; & repetitis vicibus continuis successivis, ut terra subjecta sat tanto, talique colorato fluido afficiatur; sic flores à plantulis enascentes, & stolones ideantur transfuso colore, & hoc præcipuè in floribus colore albo specificatis, quibus facilior ideatio contingit ob minimam passi resistentiam; licet transparens, levis, rara fiat ideatio. Radices suctione fluidi nutrientis ferunt ideale saporiferum figuratum alimentum, annexosque colores. Chylificationis opus identidem testatur; in quo fundamentales ciborum ideæ ducuntur successivis fermentationibus ex primordia impressione; ideoque locus conceditur clexipharmacis, diureticis, singulisque perfectivis, ac defectivis motibus extricationis, & sequentium fermentationum.

LIII. Patet in herbaceo quoque genere idealis impæssio occasionalis (in naturali nulli dubium est): plures herbæ contiguæ, & proximitate ad invicem tangentes, simplici contiguitate, unius color, & figura à consocia ideatur; licet levi, tenuique impræssione, & aliquando etiam hoc accidit in earundem seminum germinatione, uti in raparum, & brassicarum apinarum, & crisparum proximitate, ut earum semina propriis ideis spolientur, & confundantur; nec alia causa, nisi sola contiguitate ideante: multoties basilicon nigricantis coloris, ideat, tingitque sibi propinquum viridis coloris; & æquali obscuro colore, & frondium figuratione afficit suum locatione consocium: sic petroselinus, absintium, aliæque proximæ herbæ: hoc sola transfusione vaporosa spirali herbacea ideante totum hoc perficitur. Senes roborantur sociatione puerorum, & juvenum, ut vividiores fiant sola illorum transpiratione roscida, & fotu: læduntur pueri senili propinquitate, & domicilio, aut communi cubiculo: in illos intromissione roscidi luminosi volatilis: in pueros appositione vappidi molesti senilis: menstruantes mulieres lædunt propinquos contiguos, depravantque liquores, enecant plantas, præcipuè vernis, & æstivis diebus, ut sæpissimè apud nos expertum venit: nec salacibus, copioseque menstruantibus conceditur cellæ vinariæ ingressus; nè doliis contenta vina rancida fiant.

LIV. Largiuntur cutaneæ glandulæ ex modo dictis, receptam impræssionis occasionalem ideam, dicet illæ miliares sint, dum nervulis, venulis, arteriolis multiplicibus construantur, ut successivo

ſuccorum gyremate intromiſſionem cutaneam adhæſiva ideatione tranſmittant, & in fluitantia fluida, ſolidaſque partes vitia traducant, uti modulationis, ſaporis, figuræque ſtructura fuerit; & tali diſtinctione ſimilaris, diſſimilariſque pars afficiatur, univocatione etiam motùs. Mercurialia in ſalivale fluidum, & lymphaticum primariò, parteſque ſpermaticas, cartilagineas, perioſticas, aliaſque ſecundariò: cantharides adhæſiva appoſitione cutaneis partibus; renes, veſſicam, uretheres ſtimulant: ſic intùs ſuſcepta potiori vi, uti viperina, canis, bufonis, aliaque venenoſa fluida unum potiùs individuale fluidum, & hujus conſonum organicum, tali moleſta prehendunt idea, quam aliud: hoc univocatione fluidi nutrientis, conſervantiſque: ſaporis; figuræ, vacuitatis homogenea capacitate, & ſimilitudine. Singulis ideationibus perfectivis, ac defectivis, tanta, taliſque motio occurrit.

LV. Ideatio contiguitatis in aereo ſpirali regno, etiam mineralibus; metallicis proximitate neceſſariâ agitur: ſtybiata, mercurialia præparationi antecedenti ſubjecta, & propria indole ſpoliata, ni arctiſſimo vaſe includantur; iterum ſuſcipiunt ex ſpirali aereo id, quod arte ductum fuit, dum ſufficiens temporis intercapedo perſtiterit. Hoc contiguitate immediata ſpiralis elaſtici, ut ex aerea mole proprium ſociabile violentèr detractum ſugant, uti ſimile propriis figuris, ſaporibus, & eſſe; & veluti reſtaurari conentur. Fæces minerales ferreæ, vitriolaceæ, aliæque ſpoliatæ artificis induſtria proprio naturali ſapore, & fundamentali idea; & uti inutiles ejectæ, omnibuſque ſpiralibus injuriis, ex annitemporum ordine expoſitæ, diuque morando, ſuſcipiunt quidpiam ferreum, vitriolicum, licet exile ex ſola ſpirali irradiatione circumjacente, uti prægnante, in proprio ſinu ſervante apponenda mineralibus, ordine, & graduatione agentis, paſſique capacitate habita; ut motus, ſapor, & figura ſuſcipi poſſint. Martialia, æſtivis diebus, ſimplici aqua in pollinem redacta; omiſſis ſaporibus ferreis, ac figuris ſtrictiſſimis, uti martis dulcedines dictæ lapides, ceruſſæ martiales, &c.; dum intus aſſumuntur: viventia corpora, illud, quod præparatione omiſerunt, & ſylveſtre corpori morboſo aſſumunt, & foràs per alvinas ſedes, aliaque emunctoria demandant: temporis mora, vappidè, parumque operantur, iterum ſuſcepto proprio ſapore ex aerea ſpirali mole; ideoque nova indigent dulcificatione, ac depuratione, ut novitèr noxio ſpolientur; idoneaque reddantur præſidiis neceſſariis, & munera exercere valeant ſalubritatis. Naturales ideationes conſervantur, reficiuntur, firmantur ſimilitudine, & univocatione fluidi in figura, ſapore, & motù æqualis, & conſona homogeneitate affecti.

Cy-

LVI. Cylindrus mercurialis, aut ex depurato spiritu constructus signat, & nuncius crastinæ serenitatis, austrinæ, borealis; & graduatione præssionis, ac ponderis, æstivis diebus, supremum, medium, & infimum æstuationis gradum annotat; & hoc solà spirali elasticitate aerea, numerum auctum, diminutumque intensivæ irradiationis, eadem semper quantitate reclusa contenti corporis deprimendi, attollendique in fistula cylindrica. Aeris impræssiones continguitate sociabilitatis in subjectum non vivens corpus traduntur graduatim occasionales à movente irradiativo; poli altitudine, annitemporis, cœlique statu, irradiatione, spiralique motu, & pondere: quale fortius ideationis vestigium in viventia deportat, naturali, neutra, aut molestà occasionali impressione? Docent diminutæ, auctæ in aerea mole spirales vires, & vibrationes præssionis majoris, & minoris, æqualis, inæqualisque annitemporis; undè motuum omnium celeritas, morositas in subjecta singula corpora, & in vastissimam viventium machinam universalem, individuatas singulas ipsorum specificatorum in vegetantibus sensitivis. Maritimæ fluctuantes, vibrantes, spumantesque undæ ad lituris arenas vestigia signant distantia, propinqua, turgidiora, demissa, mediocria, uti annitemporis status, spiralisque elastici pondus, vibratio, copia, depressio erit; cæteris paribus, cœlique serenitate in omnibus habita. Horologii portatilis decurrens motus signans sterlina, minuta, quadrantes, & horas in altitudine montium, & apicibus eorundem, ac cænosis habitaculis sibi diversas spiralis aeris impræssiones, præssiones, & elasticitatis vires, ibi tardior, hic celeritate gaudebit, aut mediocri spirali motu, mediis vernis diebus, pressior, ac velocior hyetalibus, æstivisque longior, uti alias annotatum superioribus paginis estat; & supremi immensi Motoris munere virtuosæ posteritati dilucidabitur: nec quidpiam annotare liceat inviolabile, sed scrutinio virtuosis astronomis: veritati semper subjicere cupiens. Universalissima vis inest spirali aereæ moli in subjecta corpora singula; at necessario, præcisoque motu in inspirantia, respirantia mista; & in machinis organicis viventibus altior, atque nobilior motus considerandus venit. Sumus in aere, vivimus in ipso spirali inspirato; initium spiræ generativæ ex illo susciperunt vegetantia, viventia singula, graduatim ordine naturali. Semina vegetantium, ovula seminaria dicta, & oviparorum generatio initiata ex puncto spirali saliente, sint tibi oculare documentum. Sapores, & figuræ qualescumque fuerint, extricationis motum suscipere nequeunt, nisi spirali elastico intimè diastolicè agendo.

LVII. Idearum ergo quidditas consistit in impræssione primariò in-

intromissa fluidis nutrientibus, naturalibus, annexis, consequentibus, conservantibus, restaurantibus, ac perficientibus machinam organicam viventem in sociabilitate saporifera, cui annexa est consona figura, æqualisque univocos motus, tam extricationis primus, quam fermentativus consequens, & initium capiens à rudi chylificatione, usque ad ultimatum actum annexionis nutritivæ, & repletionis vasorum suscipientium, ac augendorum. Secundariò tanta quidditas communicatur, atque tribuitur singulis partibus solidis, graduationis ordine, & modulatione: simplicibus, organicis, cæterisquè, causa gyrematis universalis, & successivarum fermentationum perficiendarum in quolibet individuo fluido, distincta sede, & cavitate; quam in fonte principaliori vitali, ac fluido polychresto, mistionis eterogeneæ causa, & necessitate. In partibus solidis consequens, & secundaria fit ideationis quidditas; at ratione stabilitatis, & permanentiæ, principalitèr in solidis residet: ab his enim tribuitur fluidis succis præcisè in fermentationibus naturalibus chyliferis salivalibus, vitalibus, animalibus, lymphaticis, nervinis, pancreaticis, esurinis, & cæteris omnibus; ideationis imago saporifera, figurata mobilis: ab organo vivente in subjectas vivificas partes æquales, sociabiles, consonas, sequenti annexione ducitur.

LVIII. Talium ideationum multiplicitas, & distinctio ducitur ex naturali agente, præternaturali, & neutro imprimente, & fluido impresso, ac moto; vel naturali impræssione saporifera, & figurata; aut dissono, ac molesto à simili ideante: in hac serie continentur omnes ideationes occasionales contingentes, quæ neutræ aliquando; nonnunquam propè naturales fiunt, quandoque molestæ, morbosæ proveniunt, & ita transferuntur in subjectas partes nutriendas tali, tantoque fluido ideato: unde concepti fœtus ab hac occasionali neutra ideatione non excluduntur, delatis fluidis maternis in contenti fœtus nutritionem, & ex machina vivente perfecta continente in machinam viventem perficiendam, ac ultimandam, dum simili, æqualique alimonia polychresta ideata, utrumque organicum nutritur: continens restaurationis necessitate: contentum augumenti, & ultimationis gratia. Inter multas observationes, unam referam non multis annis visam. Utero gerens nimio conatu, aviditate, & cupidine canina fictilia argillacea vasa devorabat: peperit fœmellam, quæ eodem appetitu primis annis afficiebatur: lapillos, frustula parietum, omniaque cretacea nimis avidè deglutiebat, ut pleno ore, aliquando minimè respirare posset, & hoc clandestinè agebat, ob timorem à parentibus inductum. Neutra ideatio impræssa fluido nutrienti à materno intrinseco agente, tantæ transmissæ ideationis

ex-

extricatio alieni appetitùs fuit: tanto, talique ideatio fluido fœtus auctus, nutritus, ultimatus. Ideationes impræssione intrinseca agentis ideantis fluida intrinseca fluitantia pro nutritionis ultimando opere, possunt sola movente cogitativa extricari, imprimi, perfici: quales ideationum imagines imprimuntur genitis, naturales, neutræ, morbosæ, monstruosæ, uti erunt matrum prægnantium insueti, alieni, monstruosi appetitus; & iisdem locis, quibus extricationis motus inducitur, aut illis partibus, quibus magis consonum, & sociabile erit concupitum non habitum; ut si quid musculis unibile, musculosis, glandulosis, cartilaginosis, &c.; licet cuti adhæsio fiat, attamen à vase nutriente consono transmissum venit: strumæ apparentes in gula, priùs in glandulis conglobatis, conglomeratisque ab dominis, & vasis principalibus fiunt: podagra pedes, chyragra manus: at sedes in fluidis lymphaticis, pancreaticis, ac sede epigastrica: sic luves venerea, aliique morbi: nasciturus infans suscipit ideationum impræssiones à saporibus, & figuris consonis, & univocis: sapores, & figuræ specificantur in propria sede, cavitate, æqualique organo. Potissima ratio probans ventriculorum distinctiones, ideationum diversitatem, ac fluidorum nutrientium individuas impræssiones susceptas, ac tribuendas cuique consono, æqualique fluido à singulo organico, solidaque parte: quo fluido in utero gerentibus nutriuntur cædem infantiles partes æquales, similesque maternis; tactu, cogitativa, & cupidine forti extricatis, talique ideatione impræssa, nutritioni concepti fœtùs delatis: præternaturales ideationes occasionales non dissimili motu extricante, & movente: fermentationes noxias, & molestas ducendo suis saporibus, figurisque oppositis naturali salubritati, & operationibus naturalibus.

LIX. Agitur qualiscumque ideationis motus, tam extricans, quam ductivus, diastolicus, systolicus, vibrans unibilis, perfectivus, defectivus, neuter, molestus, monstruosus intrinsecus, omnisque reperibilis, ac ultimandus, initians, medians, perficiens, elasticitate spirali, in omnibus viventibus cujuscumque speciei, sivè vegetativæ, sensitivæ, volatilis, fluvialis, oviparæ, insectorum, verminosæ, & propè specificationem verminosam, qualem fungosam diceres: sine spirali non fit extricatio saporum, & fluidi figurati dissolutio: præter spirale elasticum non agitur fermentatio: remoto spirarum impulsu nequit fieri impulsionis, ac ductionis motus: deperdito spirali non ducitur inspiratio primoprima necessaria cuicumque vitalitati, & vegetationi, & sensationi. Ideatio agitur motu: motus est, & fit inspirali elastico, vel intromisso, aut successivè reficiendo,

ciendo, deferendo, ac in mobile ducendo; ideoque aliqualem occasionalem ideam ex spirali habemus.

LX. Sunt ideationes omnes intromissæ activitate intrinseca agentium, mediantibus saporibus, & figuris, motibusque æqualibus: sic cogitativæ, concupitæ: naturales, præternaturales, neutræque singulæ in ventriculis, sedibus, fontibus, & origine fluidorum, fermentationum, nutrientium fluidorum, & naturalium opportunorum ritmo viventium. Fiunt insitione in plantis, quæ neutralitatem sapiunt; nam veræ naturales fiunt, suntque à radicibus, sivè naturalibus ventriculis, à quibus, & in quibus sapores, figuræ, fermentationes individuæ ideantur, & fluida nutrientia fructiferam, & seminalem ideam trahunt. Insitione fit, atque agitur novus ventriculus, at neuter, uti producens fructus, non semen univocum, nisi concessis insitioni propriis radicibus. Agitur ultima ideatio transfusionis, præcedentibus ignobilior, uti intromissione propriæ fluiditatis, vel fluiditatis vestigia calcans: ducitur in actum ab agente movente; aliter mortua esset transfusio. Servat ideam sui misti, à quo transfunditur, uti in transfusione alieni arteriosi sanguinis, v.g. vituli in machinam humanam, gratia expellendi graves morbos; at frustra, nam transfusus novus delatus cruor graviorem ducit morbum, diceres brutalem morem consonum viventi, à quo, & in quem virum nescis.

ICONISMUS XII.

Fluidorum naturalium in propria sede, & individuo organo ideatio in sensitivis.

I. Productio fluidorum, ut quid distinctum ab ideatione, sat probatum. Chylificatur idem cibus in ventriculo humano, canino, ovillo, equino; at distinctas, diversasque ducit ideationes, præter esse chyliferum. Cruorizatur organis vitalibus, & opportunis necessariis diversa idea. Reliqua fluida salivalia, fellea, pancreatica, lymphatica, nervea, cæteraque ideationis motum distingunt pari modo; & quod urgentius est, eadem fluida similis speciei v. g. humanæ, has distinctas, diversasque agnoscunt ideas; ut individuorum singulorum saporiferæ, & figuratæ erunt modulationes, quarum discrimine ideæ operatrices neutræ occasionales ducunt vestigia operibus; uti viri morosi pancreatici nimis; vappidi inertes, pigritia capti: nonnulli iracundi fellei, sulphurei, celerissimo motu ducuntur; sic mœsti, hilares, jocosi, ingeniosi, reliqui segnes,

gnes, inertiſſimi, quamvis eadem elaſticitate aerea, ſimilibus alimentis, eodem cœli ſtatu gaudeant. Fluidorum nutrientium, & naturalium ideationes primæ individuales, & organorum continentium inſitæ fermentativæ ideæ; tantarum diverſarum impræſſionum agentes ſunt: naturalem ſpecificam non excludunt, ſed intimè copulantur, capacitate ſuſceptionis multiplicium idearum. Idem organum guſtùs, auditùs, odoratùs, ſuavitèr, jucundè ducitur, delectatur plurimis ſaporibus, diverſis armoniis, cantu, innumeris odoribus ſuavibus, ſuavioribus, ſuaviſſimis; ut pariter neutris diſtinctis, & oppoſitionibus, lædentibus afficiuntur ſinguli. Ideationum naturalium multiplicitas innumera eſt, aſſociabilis propriæ ſpeciei; alitèr individuationis terminatam ſignaret ideam, quæ occaſionaliter, multiplicationi non repugnat; nec opponitur ideationibus contingentibus in ordine naturali, ut occaſionali morboſæ, neutræ, etiàm donat locum; & paſſibilitate multiplici diſtincta præhenditur.

II. Rectiſſimis anatomicis obſervationibus conſtat, fluida naturalia quæcumque ſuas naturales ſedes, præcipua organa tenere: unumquodque proprium fontem, originem, ſcaturiginem, fonticulos, canales, ductus, vaſa deferentia; aliquando penitùs abſcondita, ſed tempore fermentationis aperta, patentia, quibus gyrematis univerſalis, vel individui particularis, motu diaſtolico, ſyſtolico, & periſyſtole, ducuntur à naturali organo, fonte, & vaſe; & regreſſu eadem organica petunt, non pauca; at non omnia fluida, rationabili cauſa nutritionis non habitæ: ut fluidorum uſus, fermentatio, ſapor, figuræ, motus, quidditas diverſa: pari ratione, vaſorum figuratio, ſtructura, locatio diſtinguitur; & capacitas: uvartonianas parotidales glandulas petit ſaliva: ventriculo gaudet chylus; acuminatam veſſiculam, felleumque felliculum biliarius ſuccus, conglomeratas exigit fluidum pancreaticum: & ſalivale enunciatum: lactiferos racemos, ac ſacculum retinet dilucidatus chylus: decurrentia vaſa lucidum lymphaticum: cordis ventriculos, venoſam arteriam cruorizandus chylus, & ſpiritualeſcens arteriis ducitur nutritionibus ſingulis, ac reſtaurandis fluidis in propria ſede; regreſſum mediantibus venis ad principaliſſimum viſcus. Fermenta ſtomaticha, vitalia, animalia propriis; & individuis gaudent organis; & quodlibet fluidum naturale ſpecificatum ſuo diſtincto organo non privatur: ſapore, & figura, diſtinctione non diſſonis; ſed terminatis.

III. Omnia fluida Vegetantium ſpecificam ideam ſuſcipiunt à ra-

dicibus principaliter; in qua seminalis ideatio abscondita, ut speciei,& seminalis unica sit capsula:reliquarum ideationum modulata impressio, requiri, & inveniri potest in musculosa structura plantifera, ut insitionis annexio perficit, & plenè ostensum: quadam neutralitate tamen.

IV. Ducuntur fluida Viventium distinctis ductibus, canalibus, vacuitatibus, fibrillis nerveis, nervea propagatione, arteriosa, venosa, lymphatica, pancreatica, ductu felleo; vacuitatibus salivalibus, &c. diversimoda textura, figuratione, & compositione; ut fluidi copia, præstantia, universalitas, usus, fermentatio, sapor, figura, motus, nutritionis indigentia, necessitas, modulatio exigunt; tanto discrimine, quanta sunt fluida diversa, & distinctæ operationum specificationes; & tali munere gaudent omnia genera animantium, singulæque subsequentes species: nec excipiuntur Vegetantia, nec verminosa, insecta, maritima saxea, crustosa, fluvialia: in volatilibus non distans, aut longa; similisque figurationis medela. Sensitivis perfectis nobiliori structura, præstantiori activitate id totum perficitur, observatur. Nec succis, fluidisque naturalibus, nutritivis, ac restaurantibus hoc necessariò debet adaptari; sed omnibus, singulisque depuratione filtrativa, uti inutilia fœculenta excernenda, quibus propria tributa vasa, figuratione distincta, ductus, canales excretorii, tum universales, ut alvini, urethici, cutanei; tum etiam particulares, narium, aurium, oculorum, cæterorumque.

V. Volatilium fluida ideantur primariò rudi impressione in Ingluvie, non ratione sequentis chylificationis; sed causa fermenti proprii substituti vice Salivalis initiantis opus chyliferum: perficitur ideatio in rugoso musculoso ventriculo, cujus fluida esurina nimis activa ideant fluidum chyliferum polychrestum omnium fluidorum: in quo partium singularum nutriendarum rudis, sed universalis impressio fit: pennarum, rostrorum, colorum, & annexorum omnium. Est illud fluidum denotans fermentationem chyliferam, & ideationem specificam, individualemque. Idem cibus captus à diversis avium speciebus, chylificatur in distinctis ingluviebus, & ventriculis; sed diversimodè ideatur in singulis præter motum chyliferum fermentativum, reddens cuique speciei, & individuo aliam superadditam ideationis impressionem diversam, distinctam à generali chylificatione; quamvis separari non permittatur, ut in fluido seminali masculeo, alia ideatio sit specifica similitudinis, & alia ideatio fœcundativa, aliaque occasionalis morbosa parentum. Fluida fœminea donant specificationem similitudinis, sed minimè fermentum

mentum fœcunditatis; aliter in avibus salvari non posset figurarum, colorum, ac externorum ideatio, nec saporum; in otuumque distincta diversitas: quorum modulatione eveniunt ideationes fluiditatis chyliferæ maternæ, causa proprii fluidi; ex mare, ratione fœcunditatis.

VI. Capiunt ulteriorem ideationem successivo gyremate in singulis organis principalioribus, quibus inest distinctum fermentum, non solùm antecedentium perfectivum; sed ideativum, in quo clarè ostenditur distinctarum idearum impressio. Sit pars, vel organum vitio aliquo affectum: ventriculus, hepar, pulmo, renes, vessica, felleus facculus, conglomerata pancreatis glandula: quorum distincta vitia, sensibiles molestæ crases communicantur fluidis propriis; non ordine specifico, sed causa individuali; ut alienum, distinctum sit ideans speciem, similitudinem, & univocationem fluidi, à molesto individuo morboso. Si in defectivo motu tanta distinctio ideationum, quanta præstantior in perfectivo naturali erit?

VII. Tenent aves multiplicitatem pennarum, ac plumarum, & in omni specie; aviculæ, aves feræ, præperes, domesticæ, præcipuè pavones triplici distincta sede, & ordine pennarum gaudent; scilicet plumoso propè anum, forti superioris figurationis, & oculato Argum imitante; ultimo altiori. Curiosus investigator diligenti scrutinio notet harum pennarum radicales finus distinctos, & diversimodè nutriendas plumas, tam primæ, quam secundæ, & tertiæ figurationis: hæc idem in singulis avibus. Reperiuntur ventriculi prægnantes fluiditate, diversæ ideationis; ut vacuitates radicales pennarum repleantur distinctis ideatis fluidis, quibus nutriri, augeri, & perfici debent pennarum diversæ modulationes, & figuræ, & colores. Aliquibus sedes radicalis angustior, brevior, tenuissimo fluido repleta: aliis longior, capacior, duriori succo occupata: denique ocularis conceditur distinctus liquor perfectiori sapore, & figura dotatus. Nec alienum est observatione dignum; scilicet in radice pennarum contineri copiosum succum nutritivum semper, quo vegetiores, validæque sint in continua expansione, ac ad volatum semper aptæ, & promptæ; & proportione avis, sit pondus plumarum, alarum, quibus findi, agi possit motus in aereo corpore, illisque præmere subjectum corpus; qua præssione, alarum, pennarumque copia æquali, ad ima non decidant; hinc spoliatis, diminutis pennis, ineptæ, imbecillæ redduntur exercendi naturalem motum; diminuta præssione subjecti corporis, uti scabellum propriæ sedis. Aves præditæ, ornatæ copiosioribus pennis,

figuratione longioris expansionis: gaudent altiori, sublimiori volatu; ut Grues, Corvus, Milvus, &c. & sinè gravi labore integrum diem, sub pennis, volando adimplent. Aves inferæ, diminuta quantitate afficiuntur, habita proportione ponderis corporei; sunt excedentis ponderis in mole carnea, ac pennarum, ut omnes aviculæ, gallinaceæ, anatræ, pavones, &c.: qua majori ponderis mole, altiora minimè petere possunt; efficaciùs præmitur, scinditur aer ex nimio pondere, & angusta figura pennarum non impediente, suâ expansione, & dilatatione aeris scissionem. Tabula nimis lata non scindit faciliter aquas, licet pondere plena. Naves, lignorum machinæ maris undas quassantes, id totum nimis demonstrant; & figurationis modulatio diversa, ut sat peritis notum, clarumque ducitur. Distinguuntur ergo ideæ, & imprimuntur in fluidis ejusdem viventis; & quod magis urget in simili organica agente. Capillorum, pilorum diversitas, & distinctio in homine eodem, & volatilibus omnibus: distinctis coloribus, diversis figuris eædem afficiuntur pennæ in eadem ala. In equis, ovibus partim nigræ, partim albæ lanugines: ac singula viventia, externo indumento, distinctis coloribus maculata, impræssa, figurata; sed non specifica naturali ideatione, sed occasionali; arte, vel cogitativa extricante, movente, ideante. Incubationis diversitas nimis totum demonstrat, declarat occasionalitèr ideando subjecta excludenda ova.

VIII. Ideantur fluida ovaria universali impræssione, nutritionis causa. Concipit in utero ovorum sede, quodlibet fœmineum volatile, tempore consono, & opportuno ovula, quæ successiva nutritione augentur, quousque debitam molem, perfectam structionem, figuram, modulationem adipiscantur; & quia nutriuntur, & augentur iisdem fluidis nutrientibus singulas concipientis fœminæ organicas, similares, dissimilares partes, ductus, vasa, canales: universali, & individuis impræssionibus habitis omnium componentium, & adjunctorum; hinc similibus ideis fluida ovaria imprimuntur, figura, coloribus, saporibus, motibus, ut adveniente fœcundatione masculea apta extricare, movere, & ducere actum fermentationis generativæ; sint ipsa materna fluida ovaria fœcundata in eadem ideatione matris, ut ducantur absconditæ impræssiones fœmineæ ad opus perfectivum generationis, successivis delineationibus, fermentativis motibus, compositionem totalem perficientibus; non omissis ideis occasionalibus masculeis, & muliebribus, insuperque elasticis, & incubationum fotu impræssis, occasionatis: quorum omnium sedes, & restauratio in, & ab æquali agente, & fluido fit.

IX. Ordine simili deducuntur ad constructionis perfectivum opus,

opus, vasa, & organa præparantia, ac ideantia fermentationes chyliferas, cruorizantes, felleas, lymphaticas, pancreaticas, &c., & successiva structione implantantur fermenta, & succi saporiferi figurati necessarii ad vitales, naturalesque operationes geniti viventis. Fabricatur ventriculus, struitur cor, adimplentur organa singula cum suis debitis fluidis, saporibus, fermentis, ut non omittatur simplicissimus ideationis punctus, non ducendus ad perfectissimum opus ideationis universalis, & induiduæ, & cuilibet parti tribuendus; ut organizata undique qualibet parte, suisque succis fermentativis saporiferis, figuratis, agentibus dotata; valeat, aptaque fiat, perficiendi, ideandi similes sapores, motus: univocare fluida subsequentia ei ducenda ex communi Annona polychresta nutritiva; & æqualia reddere primordiis tributis tempore generationis; tam similitudine fermenti, quam ideationis, figuræ, saporiferi nutritivi, & producentis. Struitur Ventriculus, glandulosum conglomeratum, Capacitas fellea, Uvartonianæ salivales, Lymphatici ductus, Cordialia singula fabricantur; & singula singulis dotantur, naturalizantur propriis fermentis, insitisque fluidis, ut agentia adequata, sufficientia apta capacia sint, similes succos, ideas imprimere succedentibus consonis fluidis vitali conservationi, nutritioni, & restaurationi necessariis; illisque tribuere in restaurationis opere celebrando in machina qualibet Vivente, univocos sapores, similes figuras, æqualesque motus, quibus ideationis opus agitur naturale.

X. Insurgunt ideationes particulares; dum unum fluidum simplex suo naturali motu ducitur, uniturque alteri fluido, ut pancreaticum lymphatico, biliario, nerveo; salivali, & fermentativo motu: Ideatio unius imprimitur socio, cui annectitur: tribuendo propriam ideationem, unde fermentationis motus universales ideantes, & ideati; & ex prævalente fortiori ideatione unius fluidi, oritur impressionis majoris, grandiorisque activitas. His modulationibus ideantur occasionaliter multoties individua in pancreaticam crasim, sulphuream, lymphaticam, esurinam, vividam, vappidam, salinam, &c. Nec dissonæ à talibus ideationibus sunt impressiones saporiferæ, figuratæ, motrices tributæ, & intromissæ à varietate eduliorum, ciborumque diversorum; ut acidis restauretur pancreaticum fluidum; magisque ideatur oleosis sulphureis felleum; nervinis lymphaticum nerveum; ut cætera fluida naturalia eodem ritmo, modulatione ideali acuantur.

XI. Natantium animalium fluvialium, maritimorum ideæ fluviatiles, etiam propriis organis perficiuntur; & primario in facculo ventriculari, quo esca chylificatur, ut pisciculus devoratus dissimilis

lis

lis ſpecici, motum chyliferæ fermentationis patiatur: univocatione propria ducitur, ac in nutritivum polychreſtum ſpinalis ſemioſſeæ modulationis, ſquamarum, cruſtarum, & muſculoſæ molis piſceæ; ut ventricularis ſedis fermento fiat univerſalis nutritionis modulatio; & particulares ſingularum nutriendarum partium rudes impreſſiones initientur, ut delatione tanti chyliferi, motu nutritivo ad quamcumque partem, id propinquius aſſimilabile fugatur à qualibet individua. Neque neganda, ſed rite terminanda, atque tribuenda iis ſingulis occaſionalis ideatio ducta ex ſinu aqueo maritimo, vel fluviali perfecto, minoris lucriditatis; cænoſo, &, eſcarum, pabulorumque diſtinctione; unde ideationes occaſionales, inter quas non ultimus præſtandus, concedendusque locus elaſticitati aereæ, aquas, & ſinuoſitates aqueas prementis, vibrantis, moventis, cujus vi, efficacia, inſpiratione, ductivo motu impulſionis; natantia validiora, perfectiora, ſapida, vappida, aliterque, & multiplici afficiuntur modulatione. In his univocus motus generationis, licet debilioris ordinis ſit; privantur multis organis perfectis, ut inſpiratoriis; rudes ſunt tales, non deficientes piſcibus partes; ac paucis emunctoriis dotantur; unum vicem omnium ſignat, ſcilicet ſquamarum productio: ſquamæ univerſalem fœrè ſapiunt cribationem; & ſecretionem; uti pilorum copia in brutis, pennarum in avibus.

XII. Propria ideatione afficiuntur fluida naturalia in organo individuo, præcipuoque, modulatione non diſſimili, ac motu fermentativo delineationis in oviparis, cæteriſve. Ovipara ducimus exemplaria, uti patentia, ocularitèr patrata. Hæc ſucceſſivo motu; incubationis fotu fermentum concipiunt, quo extricantur, delineantur, perficiuntur. Incurrunt fluida tranſmutabilia in organicam capacitatem v. g. Folliculum felleum, glanduloſum corpus conglomeratum pancreaticum, in quo intromiſſum aſſimilabile fluidum copia exili, apta paſſibilitate affici à ſede, fermentoque, cui unitur, & paulatina fermentatione ſaporifera, figurata ideatur; ſed non ſignata tantùm ſpecificationis idea, ſed occaſionali quacumque individua neutra, morboſa, aliena; ſic in ciſtico vaſe, ſtillando fluidum magis conſonum, actuali ſequenti fermentatione fiunt ideationes ſingulæ, non productivæ naturales tantummodo, ſed externæ, cujuſcumque ordinis intromiſſionis capaces; nec unico brevi motu, ſed longa repetita ferveſcentia, ut fluidi ſtructura requirit. Non unico circuitu, ſed multiplicatis gyrematibus cruorizatur chylus, filtrationibus multis, cribatione multiplici, elaſticitate nova continua ſucceſſiva: quibus repetitis motibus, fermentationibus, ſapores, figuræ perficiuntur, depurantur, ac ideationes ſin-

singulas, omnesque minimas suscipiunt impressiones, & illas naturales, & omnes occasionales, & præcipuas neutras, vel morbosas, ducendas ordine fœcundationis, vel nutritionis in generandos fœtus, & in illas partes univocatione similes natorum, decisas à parentum similibus organicis; modulationis vi necessitante nutritionis; univocæ partis in partem consonam, æqualem: saporibus, figuris, motibusque tantùm opus univocationis sat intrinsecè perficientibus. In sapore agitur extricationis primus spiralis motus figuræ annexus.

XIII. Retrocedunt fluidorum ideationes multiplici causa; & partis organicæ imbecillitate, non præstantis proprium munus fermentativum, saporiferum perfectum; vel fermenti insiti vitio quanto, saporoso, figurato, aut excedente, aut deficiente, nimis subtili, crasso, maleque figurato. Ordine recepti fluidi ideandi non aptè sociabilis, ac passibilis, nimia quantitate, sapore silvestri, figura longiori, aliena, violento motu intrusi; sit plenè incapax ideari; ut ventriculo appositus cibus gravis molestus, chylificationi non associabilis: illis pravitatibus, saporibus, & figuris prægnans, quorum ideationes non permittunt passibilitatis chyliferæ motum. Fluida quæcumque ideanda distinctis organis, præcipuisque naturalibus sedibus affectis; longissima depuratione, ac incapacia sunt totali impressione: agentis organi, & fermenti ideantis culpa, retrocedunt à passibilitate ideationis, ut morborum præcisæ causæ ex hoc magno foro originem capiant. Peccat sapor, alienatur figura, depravatur fluidi, naturalis motus: ecce morborum origo.

XIV. Omnia artefacta imitantia naturales generationes, sequentes ideationes; quorum depravationes, vel agentis artificis imperitia, instrumentorum ruditate, aut applicabilis inertia. Statuarius minus callidus cœlans statuam; sivè lignum, marmorem in Apollinis imaginem; vel propria imperitia, sculptri prava figura, marmoris, lignique passibilis incapacitate; nec egregia, nec formosa ducitur statua. Pictoris incapaci ingenio, phantasiæ imbecillitate, colorum aliquali carentia, penicillo rudi, mistionis non adequatæ colorum; imperfecta, nec luculenta, nec pulchra fit imaginis impressio. Nec luculentius scriptor, neque subtiliter pangit dictiones, si litteræ deficiant tali compositioni necessariæ; aut pangere egregiè nesciat. Agentis activitate, passibilis ruditate, instrumentorum inertia recedunt artefacta à perfecta naturali imitatione, realisque idealis impressionis modulatione. Organi depravatione, imbelli efficacia, fermenti inopia, vel nimia vappida non naturali copia; ductuum, canalium deferentium vitio, annexorum coadjuvantium

læ-

læsione ; deferendi fluidi , seù passibilis non perfecta assimilabilis societas recedens à consona applicabili fermentatione ; defectu saporum alienorum non depuratorum , vel mistione pravi silvestris ; aut figurarum dissipatio , nimia nodositas , incompassibilis dissolutio , atque explanatio ; motuumque morositas , celeritas nimia , abolita penè perisystole , aliisque opportunis concurrentibus non opprimè figuratis , nec sapore dotatis consono , nec extricante , movente , perficiente motu affectis : insurgunt non depuratæ , nec naturales fermentationes , depravatæ specificæ , & alienæ ; sed si consonæ naturalibus associabiles ; ideationes sequentes , licet occasionales , applicabiles , susceptibiles fiunt . Si alicui dictioni struendæ (v. g. omnipotens) addantur aliæ litteræ præter decem requisitas , & intromittantur eidem dictioni ; certo certius inconsonam dictionem pangent ; uti pariter si una , vel plures subtrahantur , nec perfectam edant . Si carneam effigiem , humanamque imaginem pictor effigiare velit , & debitus , consonus deficiat color ; minimè humanum vultum imprimet ; uti consono si addat inæqualem , & mistione copulet ; monstruosam , turpemque reddet imaginem . Sculptor cælans Junonis statuam , si loco labiorum addat aures , vel simetriæ oculorum signet nasum , vel genarum loco struat supercilia ; jocosum , monstruosumque operabitur ; multiplicatis organis , deficientibus partibus statuam sculpet , sivè celet ; nec primum , nec secundum naturali statuæ applicabile est . Ideantur fluida in propria sede : consona fermentatione , univocis saporibus , debitis figuris , univoco motu , proportionato organo , naturalique movente . Sapor , figura , motus univocationem sociabilitatis , si retineant in sede ; fluido perfectam ideationis impræssionem , ac restaurationem tribuunt.

XV. Possunt ideari occasionaliter in corpore organico fluida natural a innumeris saporibus jucundis , neutris , molestis ; quibus organum gustus afficitur : quæque gustabilia palatum capiunt , quos sapores linguæ acumen distinguit . Salivali fluido masticatione cibali commiscentur , chylosæ massæ copulantur , ut forum inferum , intestinalemque sedem petant , suasque pareant actiones ; reubarbari masticatio ; masticinis singulis , stomathicis , emeticis , cæterisque triturationi subjectis , tantæ ideationes tribuuntur . Sufficeret linguæ præclarum organum à summo Opifice tanta miranda compositione structum , musculari , nervea , glandulosa , fibrosa , venis , arteriolis , tantisque salivalibus ductibus dotatum , ut solo tactu distinguere aptum , capax , sufficiens sit , tantas saporum species innumeras , quanta saporifera simplicia , & mista in mundana reperiuntur machina ; non solum jucunda , suavia , grata , delectantia in regno

guo vegetabili maritimo, volatili, & terrestri; sed quod minoris ponderis est, innumeræ saporum diversitates in arte coquinaria: opposita insuavia eadem copiosa serie continentur, ab eadem organica gustante distinguntur. Nec acido, amaro, insipido, austero, pontico, salino, muriatico ducitur sensorium gustûs, sed mille millibus sinè numero saporibus. Lapis lydius est, saporum omnium ideas distinguens, graduationes noscens, efficacias notans, nec potus, nec cibus reperibilis, nec saporiferum arte quacumque paratum mistione, assando, elixando, copulando, coagulando, dissolvendo qualicumque industri artificio, quod luculentèr, intimequè non distinguatur. Hujus saporiferæ Authepsæ ignis separatorius lingua est, faucibus ducens masticationi, potuique subjecta chylifero universalissimo organo, singulisque fluidis, naturalibusve succis. Non depravato, aut morboso existente organo, sed consonè agente.

XVI. Rectè structo tanti organi opere, esset futilum, & inanitèr compositum, si corporis organica machina affici, ferri, duci, capi non posset in suis singulis fluidis, solidisque nutriendis partibus, iisdem saporibus. Fabrefactum, ut jucundis, suavibus, consonisque delectaretur, molesta, nauseosa fugeret, abhorreret; at omnibus affici aptum; nec tantis fermentationibus concederetur locus, salubribusve nutritionibus, augumentis, restaurationibus; ni suo naturali idearetur sapore qualiscumque viventis corporis pars. Gaudet nativo fluido, delectatur proprio sapore, nutritur suo roscido utrumque participante. Molestamur morbis, saporum silvestrium intromissione, generatione, ideatione, graduatione in fluidorum sedibus reposita; nec quidpiam jucundum, molestumque reperibile in corporis universalissima machina, quin sapore, figura, motuque ductum non fuerit. Saporibus primus conceditur locus; quibus necessariò annectuntur figuræ, & motus: extricationis initiantis, & perfectæ fermentationis ultimantis.

XVII. Ideantur fluida quæcumque, ut plurimùm saporibus primariò; secundariò motione, & ultimo loco figuris. Ideantur similitèr principali masticationis trituratione à salivali fluido, & præcipua, principalique chylificatione: biliario succo, & pancreatico liquore in fermentatione saponaria infrà pylorum, sequenti dilutione lymphatici ex ramo majori: cruorizatione universalissima, & depurationibus universalibus, individuisque successivis, & gyremate univocando, ideatione particularium organicarum partium fluidum universale illà, illisque ideis, quibus afficiuntur singulæ similares, dissimilares, simplices, & compositæ; tam naturalibus annexis, quam neutris, morbosisque alienis, nocentibus, lædentibus, qua-

rum delatio successiva, prolatione fermentativa, generativa, occasionali non remota, perficitur.

XVIII. Alienas suscipere possunt omnes; at polychrestam elasticam ideam necessariò quodlibet fluidum retinere debet, causa inspirationis, & impellentis motus. Ideantur fluida quæcumque aerea intromissa impræssione, & motrice vibratione, qua affici, necessariò indigent. Habet quodcumque naturale fluidum viventis corporis motum proprium ductionis vel universalem; ut sanguis, Chylus; vel particularem individuum, ut biliarium à felliculo ad cholidochum, & in axillarem, unione sulphurei oleosi in massam cruorizandam, aliqualiterve inflammabilem: sic pancreaticus à sua conglomerata in jejuna:lymphaticum universas penè corporis partes irrorando, & exonerando in urethicos ductus serosum inutile fluidum in vessicam. Nerveum nerveis canalibus, capacitatibus: omniaque hæc in præcipuo fonte, debitaque scaturigine, ideationis saporiferæ, figurativæ, & annexorum motum, modulationem præhendunt. Aeris elasticitate diversa; fluidorum similes ideationes erunt.

XIX. Sed non prætereunda multiplicitas modulationum saporiferarum naturalium, & præternaturalium; mistione tantorum saporum oriunda. Naturalis ratione nutriendarum partium, propria ideante fluiditate saporifera figurata, motrice. Præternaturalis multiplicatio fit ordine fermentationum dissonarum: innumeræ fiunt distinctæ ideationes, & causa oppositæ figurationis, molestorum saporum, depravatorum motuum; & copiosiores oriuntur saporum modulationes morbificæ. Sufficeret solus hyppochondriacus affectus, tantas atroces, inremissibiles vomitionum species diversas, saporumque silvestrium quotidiè demonstrans notas: alienis fermentationibus tales, tantosque molestos producunt sapores, quibus molestè naturalia fluida ideantur.

XX. Emunctoria ostendunt ideationum distinctionem in fluidis singulis. Chylus respicit alvum, lymphaticum depurabile uretheres; ideoque oleaginosum serum urinarium prætiosissimi, præstantisque luminosi lucidi omissionem, uti glutinosus sudor. In hoc fluido nobilior rosciditas nervea servatur, depauperatione cujus, perit vivens, ut vivido balsamico roscido, luminoso, depurato evacuato. Salivale ductus sublinguales excretorios tenet; sic mucositates, cerumina auricularia, surfuracea, &c. Casù molesto accidit, unico incongruo nonnaturali emunctorio plura excerni fluida, ut alvinis fœcibus chylosa, sanguinea, lymphatica, pancreatica, roscida pinguia colliquata nutrientia. Uretheribus sanguineum fluidum, pancreaticum stimulans diversitate læsionis diversum; in his non salu-

britas,

britas, sed viventis præceps casus, vitalisque ritmi carentia. Naturalia emunctoria respiciunt propria compositione distinctas figuras, sed modulatione vacuitatum consonas; individuos sapores talibus structuris non dissimiles; & motu insito diastolico expansivo receptivo univoco sugibiles; & expulsivo mediantibus fibrosis, nerveis, musculosis, aliisque texturis organicis, foràs detrudenda, quibus vitale naturale robur, universalisque regitur motus. Compliclatis, alienatis, depravaris fluidorum ideis saporiferis, & figurarum; molestus trucidans motus.

XXI. Docemur efficacissimè, clareve in his ventricularibus, & sequentibus ideationibus fluidorum ex artificiali, ingeniosaque transfusione fluidorum universalium ab uno organico vivente in aliud corpus; ex quo deducto principali liquore cruoris usque ad animi deliquium; artificiosis tubulis, & instrumentis, ex arterioso, successivo venoso, intromittitur sanguinis debita quantitas, æqualisque ponderis, salasso evacuata. Fit in fatuis, aliisque morbo aliquò universali correptis, ut intrusione novi fluidi innocentis saporis, & figuræ, extirpetur morbus antiquatus, nec auxiliis, cedens, & sanguine ideato morboso fotus, ac conservatus; & expulso noxio universali fovente fluido, inveteratus morbus recedat. Intromittitur v.g. corpori humano morboso sanguis robusti, valid que vituli, prius evacuato antecedenti morboso, vitioso, molesto, usque ad animi deliquium. Resolvitur morbus, dissipantur ideationes antecedentes morbosæ, à quo cruor universalis evacuatus fuit, & alienus specificus intromissus, sed innoxius, innocens, vividus robustus, ut ingeniosæ Britannicæ observationes testantur; licet ideationes annexæ partibus morbosis ex molesto antiquato fluido antecedenti, totalem morbi expulsionem retardent: sæpè sepeliuntur primæ ideæ, & reviviscunt sequentes intromissæ brutales, vel bajuli rusticum cruorem concedentis.

XXII. Erudimur ex tali transfusione nutrientis fluidi ab uno vivente specificè diverso in aliud vivens; ex hoc vitulo in humanum: ideationum impressiones alienas, diversasque non agere, nec aptas esse ideationibus humanis. Emunctoria non secernunt, quod segregandum, filtrandum, depurandumque est, sivè per urethicos canales, alvinam sedem, cuticulares, miliaresque glandulas, & reliqua emunctoria, causa figurarum, saporumque non univocorum cum humano cruore. Ideæ dissimiles, figuræ inconsonæ, motusque diversi. Non idem chylus, nec idem sanguis, ut ex modo dictis, & probatis, conficitur ex eodem specifico cibo v.g. carne, in ventriculo humano, canino, lupino, simiæ, galli, ursi, &c.; licet

esuriua stomaticha fermenta in singulis chyliferum opus agant; non tamen iisdem ideationibus dotatur, nec univocis saporibus, similibus figuris, consonis motibus. Hæc ideantur in quolibet organico vivente specifico, primis fermentationibus, & sequentibus, aptis, filtrationibus, cribationibus propriis, tam universalibus alvinis, & cutaneis, quam individuis. Nequit una fermentatio chylosa v.g. corrigi à cruorizante; quanto magis chylifera unius speciei ab altera diversa specificatione? Nec in tanta artificiosa, ingeniosaque transfusione fluidi nutritivi, reperibiles sunt cæteræ ideationes naturales organico viventi in cujus capacitatibus arteriosis, venosisque fit intromissio fluidi nutribilis. Dant ideationes vaccinas, vitulinas fluida transmissa, nec sufficit cordis cruorizatio sequuta, nec insinuatio successiva singulis partibus nutriendis; & hoc causa primæ ideationis chyliferæ universalis, & sequentium omnium fermentantium dissimilium, quarum mores naturales, operationes assimilantur viventi à quo fluidum innocens, innoxium, & spoliatum morbo intromissum est; sed non innocens, nec orbatum novo pejori morbo, scilicet ideis brutalibus. Si salassum fiat à corpore bajuli benè valentis, ac robusti in corpus nobilioris, clarioriſque progeniei; ex villitico homine, aut rustico, in præstantiorem, virtuosum, ingeniosum virum, qui antecedenter affectus morbo erat. Idem oritur, licet minori ordine; & hoc sola ideatione individuali styrpis rudis, claræ, nobilis, purioris luciditatis, sed ejusdem speciei; ut elasticitatis distinctio idem agat occasionaliter in vegetativis, & sensitivis singulis. Partes solidæ non restaurantur ab alieno specificato nutritivo fluido, ni propriis organicis sedibus, & fermentationibus tale ducatur fluidum, præcisè chylifera universali, ex qua singulæ nutriendæ partes suum consonum sugunt.

XXIII. Cujuslibet fluidi naturalis nutritivi ideatio primaria agitur in proprio ventriculo, in quo, & à quo rudimenta saporifera, & figurarum prima imprimuntur fermentis stomathicis, ac ideis propriis, & occasionalibus non repugnantibus specifico ideato, cui sequentes fermentationes consonæ sunt usque ad actum perfectæ nutritionis. Arte transfusoria ducitur ideatum fluidum nutriens universale à vivente in vivens; sed non univocum fermentationibus, ideis, modulationibus passibilis organici, cui intromittitur; quæ saporibus præcipuè perficiuntur. Carnes, medullares, membranosæ, adiposæ, cæteræque partes unius viventis non assimilantur alteri, etiam in genere volatilium, quibus major inest saporum univocatio, Piscium species, brutorum quadrupedum, reptilium, aliorumque, id totum digito demonstrant. Cerebella animalium sivè fri-

xa,

xa ; aut elixa sapore distant : ventriculi , renes , genitalia eodem modo discrepant ; & majori graduatione musculosæ partes ; totumque hoc fluidorum nutrientium , distincta ideatione . Nec chylus , nec sanguis , lympha , succus subacidus , biliarius , nerveus , cæterique leporis univocantur cervo hædo , ovibus , aliisque specificis diversis ; nec quodlibet fluidum cujuscumque viventis specificati omnimoda univocatione assimilatur alteri ; licet ejusdem ordinis ; nec chylus chylo , nec lympha lymphæ , &c. His anatomicè positis . Nequeunt ideari proxima impræssione partes organici, in quod translatum alienum fluidum , licet spirituosum , roscidum , elasticum , cruorizatum , & universales ideas continens ; cum rudimentum polychrestum ideationum nutritivarum sit univocum viventi , à quo transfusum , delatumque fuit ; undè dum gyremate eodem ducitur partibus indigentibus nutritione , famelicisque , non recipitur , nec amplectitur , nec fugitur eadem aviditate , uti proprio naturali satiebantur , implebabantur vasa nutritionis , causa saporis non omnimodè consoni , & figuræ , vel parumpèr , mediocritèr , graviterque discrepantis : & operandi ordo non univocus , sed proximus , assimilabilis fluidorum intromissorum ideationibus . Inefficaces sunt insitæ ideæ organarum partium , ducere ideas proprias , intromisso fluido novo; quia universale, copiosumque ; & ideationes fluidis nutritivis conservantur , depurantur , diversificantur . Usus ciborum, potuum , nervinorum , viperinorum , optimorum alimentorum sat talia vestigia signat , uti elasticitati non ultimus concedendus locus , aereæ moli spirali præcipua modulatio . Ideationes ergo fluidorum primariò in propria aguntur sede ventriculari ; & si æqualia æstimentur ; attamen specificatione diversa , talia non sunt ; & aliena in sapore, figura , & motu . Chylus hominis non univocus canino , ovillo , lupino ; nec sanguis unius specificati viventis æqualis alteri diversæ speciei : sic cæteraque fluida ducentia primam ideationem à specifica universali sede , & polychrestis succis ideantibus in ventriculi organo .

XXIV. Usus excretorum annotat ideationes principales in fluidis nutritivis , quorum filtratione , cribatione , depuratione facta per particularia emunctoria , oritur fœculentorum distincta idea , diversus usu impræssionibus prægnans univocatione illorum , quorum excreta sunt . Humana cerumina , auriculari organo filtrata , amara , ceræ similia , ulneraria sunt , urinarium serum , ejusque valitale sal , omniaque ex ipso deducta succurrunt vitiis urethicis . Tufaceus lapis cistico folliculo fabrefactus ictericis obstructionibus præsidium . Sputum humanum salivale maculas , lentigines , cutaneasque

que impræſſiones abſtergit, mundat, ſi virile, innoxiumque fuerit. Ex alvinis fæcibus tanta detruduntur, morbis continuum auxilium. Lotio calida ſeri urinarii, non ſolùm contuſionibus recentibus confert, incipienti eryſipelati; ſed intùs aſſumptum tale virile ſerum; non paucis prodeſt morbis. Stercora canina, græcum albi, pavonum marium fæces ſcotomiis, nerveiſque capitalibus morbis. Non omittenda innumera ex ſanguine humano elicienda ſpirituoſa oleoſa, cæterorum animalium; ut ſanguis leporinus, ſapore pavido, furores dyſentericos mutilans: hircinus ſilveſtra acida, & ſpinoſa aſſumens. Adipoſa humana, cervina, urſi, vulpis, cuniculi, anſeris, & ſinè numero numerandorum animalium partes, ungues, corium humanum, vulpinum, urſinum, lupinum, ovillum: ſecundarum parientjum pulvis. Medullares minùs ſolidæ contentæ partes diverſorum animalium; ut quidpiam reperibile non ſit, ex continentibus, ſolidis, contentis fluidis, excretis fæculentis ſuo munere, diſtinctaque vi gaudens ratione ideæ propriæ inſitæ à proprio ſapore, conſona figura, univoco motu. Quale eſſet agens univerſaliſſimum in corpore organico tantis diſtinctis, diverſiſque fluidis, partibuſque ſolidis ornato, compoſito, dotato; diſtinguens ideans, imprimens tanta oppoſita, diſcriminata opera, varias operationes, & operandi modulationes; ni quodlibet fluidum, qualiſcumque pars ſuo individuo ſapore, determinata figura, & æquali proprio motu, affecta eſſet? Lapides, non dico cancrorum fluvialium, præſtantiſſimi alkalini; ſed omnium animalium volatilium, maritimorum oſſei naturales, & occaſionales geniti, reperti in ventriculo auxilium præſtant uni morbo: inventi in capſula cordiali, aliam retinent vim; in cerebro producti diſtinctum afferunt præſidium; ut alia diuretica, vel elexipharmaca, capitalia ſint: diverſitate partium, & fluidorum, excretorum, & productorum, quamvis in eodem metipſo vivente; diſtincti diſpares operandi modi, inæqualia auxilia ideantur, producuntur, perficiuntur; uti ſat, nimis experta probant; Pharmocopeæ demonſtrant: viribus ſaporum, figurarum, motuumque; ideationum conſonas impræſſiones annotantium.

XXV. Ideantur excreta, modulanturque in propria ſede; & organum qualecumque nutritum diverſis fluidis ob ſuam eterogeneitatem, pluribus, tantiſve ſcatet; dotatur emunctoriis; et id gratia nutritionis ductum fiat, ſuo emunctorio lucidum, roſcidum, depuratum. In regione animali, ſcilicet capite, ubi aguntur non paucæ diſtinctæ nutritiones, & præſtantiſſimi ordinis; ſedes univerſaliſſimi ſenſorii, in quo cogitativa, rememorativa intelligendo ſingula queque, & capacitate perceptibilia, ſomniorum innumeræ idea-

ideationes fiunt, ut sat antecedentibus paginis ostensum. Visivi, auditùs, gustatùs, olfactùs, saporiferi, & præclaris tangibilis ritmi modulatio: quo organo continentur osseæ partes, etiam inter se distinctæ; ventriculi, & capacitates cerebrales; cerebellique ingeniosissima structio: nervorum origines, propagationes, tantis membranis internis, externisque cuticulis capillitio indutis; musculis, glandulis, similaribus, dissimilaribusque partibus, ut minimè qualemcumque partem, cujuscumque modulationis excludat; omnigenericas servans, continens: fluida cujuslibet ideationis navet; scilicet arteriosa, venosa lymphatica, salivalia, lucidissima nervea, impetumque agentia, partim intrinseca idea prægnantia, partim ultimam ideationis graduationem à distincto organo suscipiendo: ab auribus, papillis narium, cæterisque. Sufficeret oculorum structuram inspicerè tantis diversis fluidis modulatam, aqueo, vitreo, uveo, crystalloide; tantisque tunicis dotatam, indutam: singula singulis nutriuntur, ideantur fluidis; ideoque innumeris afficitur emunctoriis, lacrymalibus, mucosis, cerumine, sputione, capillitio, furfuraceis squamulis: suturis sagittali, coronali lamdoidea: cui principalissimo organo spinalis medulla suis vertebris, nerveisque propaginibus annectitur, perficitur. Qualis, quantaque sit multiplicitas ideationum naturalium, occasionalium que in hoc præstantissimo organo; nec lingua huic affixa enarrare, nec aures possunt annexæ audire, nec oculi insidentes videre, neque ipsa cogitativa sedes totalitèr concipere. Actiones, fermentationes, modulationes, ideationes, saporum distinctio, figurarum ordo, motuum eterogenea homogeneitas individua, & specifica, intelligentia percipi, ingenio servari, paginis delineari: pauca enarrantur, dum multa exprimere cogitamus. Laboriosum nimis esset unius organi multiplicem ideationum seriem annotare; quam difficillimum, atquè longissimum singulorum singula scriptis deducere: sufficit unum. Est organum, in quo nobiliora rationalis animæ intellectualia aguntur:

XXVI. Undè sede hac laborante, graviterque deturbata, uti Regina reliquarum ideationum, cæteræ particulares subalternæ sensationes non percipiuntur. Dolente capite, non pungitur brachium, neque spina afficitur pes; licet stimulis, spina infixa rep[illegible]tur. Præclarissimum ideationum opus: hoc in organo celebratur, ut Abecedarium omnium notarum, Vocabularium singularum dictionum, Epitome universalissimum: ideomatum, expansio: linguarum, constructio, & vocum: figurans figuras omnes: sufficeret, satisque esset acutissimè inspicere diversitates innumeras, & sinè numero

mero multiplices figurationes labiorum, linguæ motus successivos diversos tantos; quantæ dictionum distinctiones sunt: curiosus consideret proprii oris, fuæque linguæ, gyremata, revolutiones, figurationes in sola prolatione, & expræssione abecedaria; quid in locutione continua domestica, lectione librorum, enunciatione, studiosi viri, multarum scientiarum eruditi? Quid concionator, quid publicus lector, multorum idiomatum luculentèr, egregiè peritus? Quid non mirandum in visivo organo, quid non cogitandum in armoniis, odoribus, gustabilibus, singulisque operantibus his? Organa agunt, passibilia patiuntur structura figurativa, saporifera, motrice; sed usu, & vi fluidorum vasa nutritiva occupantium, impetumque facientium: nervinorum, arteriosorum, lymphaticorum, cæterorumque: quibus ideatis, consonis figuris, univocis saporibus, sequentibus motibus, ducuntur, perficiuntur in quolibet organo naturales activitates, ac passibilitates; fiu minùs, uno ex illis, pluribusque depravatis; tam in organo non rectè sua figura gaudente; quam proprio fluido non restaurato: vel læso, molesto, diminuto, vappido, pungente; nec præcipuo sapore prægnante; turbantur ideæ specificæ, & occasionales sociabiles, nec naturale ideatum opus agitur. Omnia igitur ideantur fluida in propria sede; nec exceptis emunctorio detrudendis. Specificatione viventis; individuatione sedis ideantis, & annexis singulis spiralibus in sapore proprio, consona figura, & univoco motu; intromissorum fluidorum sociabilitate capacium, in viventibus omnibus ideatio agitur.

ICONISMUS XIII.

Fluidorum naturalium univoca restauratio, & conservatio unde.

I. SIcuti nimis aliena à figuratione, saporeque; chylificationis opere fermentativo non subjacent; graviter tolerant, diminutè fermentantur, depravatè chylificantur: sic torpidam, morosam, [illegible]ǵvem, effœtam, morbosam, nullamque suscipiunt fermenti [illegible]cationem; & si totali omnimoda oppositione prædita sint, tam causa motùs, quam saporis, figuræ; & ideationi opponantur; venenorum texturam, & vestigia sequuntur, ut ex demonstrandis patefiet: pariter approximabilia sapori, similia figuris, facili fermentationis motu ducuntur restaurationi conficiendæ, & sequenti conservationi naturali, vitalitatem successivam continenti.

Li-

II. Licet fluidum aliquod restaurari possit ab uno; at ab eodem minimè aliud, occasione figurationis, & saporis. Lapilli à nonnullis avibus deglutiti ideant, restaurant illarum fluida; at alteri viventi tale deglutitum lædens, molestum est. Cretosa, terrea devorantur à lupo, nec læsione capitur; cætera viventia molestant. Herbacea cruda speciei bovinæ unicum restaurans, impinguans: eadem equis, & præcisè rapæ, aron maximè nocent. Cuicumque speciei univoca sunt restaurantia, & successivè conservantia. Ventriculorum figurationes, fermenta, ideationes indigent proximis transmutabilibus, & consonè applicandis naturali propriæ chylificationi; suscipiendo motum fermentationis chyliferæ propriis saporibus; proximis figuris, ut uni sit jucundum, restaurans; alteri molestum, ponderosum, grave, secum ducens insociabilitatem, ac repugnantem ideationis impræssionem; & veluti passum, silvestre, & oppositum tali sensitivo; quod idem consonum, æquale, applicabile distincto, diversoque viventi. Id ipsum longum non est à vegetantibus herbaceis plantiferis; una specie fimi, vel terræ cœnosæ, cinerum, cretæ, lapillosæ, similisque structionis, restauratur specificata herba, aut planta; dum eadem alteri nocet. Sit documentum herbarum, plantarumque spontè nascentium in viridariis, silvestribus, montanis, lapillosis locis, vel in profundis vallibus, gyptis, propè flumina, maritima; parietibus, plantis adhærendo diversis, ut herbæ murales, saxosæ: saxifragia, parietaria, polypodium, viscumquernum; aquosis capillus veneris: umbrosis linaria, &c.; quæ alicubi ducta, radicata, fixa; vel vappescunt, arescunt, diminuuntur, estinguntur: immò multa animalia, causa elesticitatis spiralis, & ciborum, uno vivunt locusubriter, alibi non. Homines diversitate crasis primordiæ generationis susceptæ, aliterque modulatæ, uno cibo restaurantur; eodem alii offenduntur: nationum distinctiones sat cuique patrant. Eædem partes ejusdem viventis declarant: quo nutritur intestinum, non reficitur musculus: quo restaurantur ossa, non reficiuntur glandulæ, vel pulmones; & hoc distinctione, diversitate ventriculorum, quibus afficiuntur discrepantes ideationes: modulationibus inæqualibus susceptis à saporifera structione. Colores oppositi non univocantur; figuræ distantes ritmo conservari non possunt; nec amarum pontico, nec acidum roscido dulci. Abecedarii notæ inter se proximiores, longissimæ, distantes; huic dictioni, hæ, non illæ conferunt, annectuntur.

III. In restaurationis modulatione singulorum fluidorum, reperiri debet proportio saporis, figuræ, & motùs susceptivi; quæ

proportionis medela est necessaria univocationi naturalis restaurandi: reperiri, inveniri necessè est in chylificando polychresto alimento, & quocumque veniente sub ordine, & modulatione alibilis, uti potationes, & singula venientia in figura fluiditatis nutritivæ: cui operi agendo annectuntur organi figura, structura; adjacentium partium foventium, ac ideantium consonæ modulationes individuæ. Fermentum organico continenti implantatum in primordiis generationis, & successivè depuratum, applicabile fit, motu naturali, fermentandis appositis; & denique sapores fermentativi, & fermentandi retineant anologicam sociabilitatem, licet rudem, sed passibilitate fermentativa, perfectibilem. Omnibus his uniformari opportunam aeris elasticitatem, uti in singulis fermentationibus, moribusque. Non restauratur solo univoco alibili, oleosum, sulphureum fluidum, neque volatilem suscipit impræssionem; aere existente brinoso: nivosa, arida ideatione affecto. Alibile, organum, fermentum, adjacentia, & sapores associari necesse est universali vibranti, intimeque intromisso: cujus vi, activitate, idea opposita; nec perfectè modulari, nec opportunè fermentari possunt restaurantia fluida: gratia quorum, individuum apponitur remotum alimentum; ratione fermentationis, proximitati alimentitiæ restaurativæ ducendum. Nec æstivis canicularibus luculentèr reficiuntur acida, pontica; nisi majoritate, & nimia copia, intromissioni chylificationis agendæ, successivè adhibeantur; at tanta graduatione excedente, ut elastici spiralis vis minimè opponatur.

IV. Beneficio alibilis, sedis organicæ, fermenti naturalis innati primordia generatione, & coadjuvantium occurrentium, debita elasticitate affectorum, celebratur tantum maximum opus chyliferum, cui annectuntur sapores omnes, quamvis rudes, remoti aliquantulum à proxima restaurationis modulatione. Sunt in lacteo chylifero sapores, & figuræ cujuslibet firmè restaurandi. Salivale cibis masticatione mistum, vel ingluviei beneficio in volatilibus, alisvè masticandi opere carentibus. Adest succus nobilissimus sulphureus oleosus felleus saponarius, ut aliquando copia, vel sapore gravans, similes in ore ideas, atque vomitiones annotet. Subacidum famelicum implantantum rugositatibus, miliaribus nodulis servatum, rugisque ventricularibus; undè avium ventriculi optimum præsidium restaurandis discrasiis, ac vappescentiis famelicis, ideatione saporifera, similitudine univoca modulante, augendo diminuta, vappidaque fermenta stomaticha. Nerveum lucidissimum fluidum stillans ex rete nerveis fibrillis contexto ventriculari. Lymphaticum undique decurrens, & salivali proximitate consonum. Spirituosa nervea ex

fa-

fasciculo nerveo. Arteriosum vitale, venosumque ex decurrentibus arteriis, venisque, ut anatomicis sat delucidatum, primisque erudimentis edocemur. Hinc est restaurationes, fundamentales sapores, figuras, ideas, impræssiones inchoari, exordiumque ducere polychrestum à ventriculari sede; in quo præstantissimo organo, uti in patrefamilias sunt ideationes natorum, nec fluidi restaurandi vis, idea, sapor, fluidum in viventis universali structura reperibile, quod neglectum, longum, distans sit à chylificante scaturigine; ideoque universale restaurationum omnium fundamentum, polychresta officina in statu naturali; & hujus vitia neutiquam ab aliis fermentantibus, ac fermentationibus corrigi, depurari possunt, causa insufficientiæ, & individuationis: deberet, & necesse esset aliud reperiri sequens organum principalissimum sua sinuositate gaudens singulis antecedentibus succis, saporibus, fermentis, annexisque, ut errata primi, corrigeret secundum; & hoc esset alter ventriculus robustior, nec vita frustratur in his. Sequentia viscera cruorizant, specificando, individuando, distinguendo, depurando, & motum universalem tribuendo tanto universali fluido, polycresto alibili, quo restaurari debent singula contenta fluida, & partes omnes ipsis fluidis nutriendæ. Ducuntur ad ultimatam modulationis figuram, perfectum saporem, roscíditatem, motumque, elasticitate præcipua, ut vivens jucundo fruatur restaurationis opere in singulis fluidis, solidisque partibus. Radices in vegetantibus plantiferis, eadem structura dotatæ agunt specificationis actum seminalem, & præstantissimam nutritionis medelam, ritmum, structuram; etiam in appositione insitionis, radicalem seminis ideam servando.

V. Eterogeneitas individualium modulationum in hoc præcipuè cognoscitur v. g. hominum aliqui pancreatici, nonnulli sulphurei, multi lymphatici, non pauci famelici, &c. Scaturigo copiosior, diminuta, mediocris in ventriculo hoc, non in illo, vel primordiis parentum, vel hàbita occasionali causa ducente. Hilares, occasione tristes, animali cogitativa agente, successivis, tristibusve pathematibus affecta; vel contingentibus materialibus ciborum structuris id deferentibus. Fit copiosior, exuperans unius, & non alterius fluidi restauratio, causa internæ sedis celebrantis, fermenti insidentis excedentis in hoc, non altero, & minus prævalente sapore: subministrati pabuli magis ideati præcipua figura, vegetiori sapore, & sequenti ideatione. Agitur occasionalibus contingentibus animi molestiis fœcundis, neutris, quibus nimis tristes, iracundi, pavidi, morosi, læti, jucundi, hilares, ut penè orci fauces multi ingressi fuere, ex magnæ letitiæ nuncio, ut non paucæ historiæ; sic pari-

tèr ex tristi memoria, non consono, nec debito tempore, incongrua produci. Scio virum virtuosum florentis, hilaris, ac procerae crasis, spatio viginti dierum circitèr mutasse capillitium, ac pilos ex nigro tunc colore, in albos senescentes, sola continua cogitatione alicujus dolorosae incisionis faciendae in organo verecundo. Intensissima futuri doloris cogitatio sufficiens paucis diebus ideare fluida in senescentem figurationis modulationem, quae longiori annorum itinere indigebant. Hinc est, ut restaurationis distinctio apud nos sit illius saporis, quo praeditum naturali structura est fluidum restauratione indigens: talia administramus, & continua admittimus usui alimentari, ordine ciborum, potuum, caeterorumque chylifero operi subjacentium, veluti polychresto ducente fluida singula, sapores, figuras, ideationes illorum primas, initiatas deferendas motu successivo.

VI. Tenet fluidum quodlibet suos praecipuos naturales sapores, quibus reficitur: figuras, quibus firmatur; motum, quo ducitur, & specificum, individuale opus perficit. Salivale suo aqueo spirituoso, salino acidulo afficitur, quo diluit, vivificat, adhaeret, esurit; undè famescentibus subtilis in ore saliva. Miscetur facillimè reliquis fluidis univocatione proprii saporis, & semipolychrestum fluidum est; universas internas corporis organici vacuitates penetrat; susceptas ideas occasionales tribuit pharmaceuticas, alexipharmacas, urethicas, aliasque; & eadem modulatione molestas, morbosas. Scimus nonnullos solis osculis gallica lue molestos fuisse, & Juvenem tali morbo contaminatum graviter in oris, linguae, tonsillarumque glandulis solo potu; in eodem calice pluribus diebus, cum gallico commensali. Reubarbari masticatio fat: cinnaberina suffumigia non solùm ventriculi sedem, plicas; sed imae regionis vasa, glandulas, hepaticos ductus, arctissimos canales referant, intima mistione, reliquis fluidis propriam ideationem tribuunt, ut obstructiones, sapores alienos, silvestres in tota cruoris massa morbosè contentos expellant, omnesque solidae partes illis vitiosis violenter fotis, depurentur, spolientur. Nec aliud fluidum tam intimè associabile aliis, quam salivale; & hoc causa sui aquei, cui omne annectitur saporosum; spirituosi ratione, licet diminutae impressionis, ob quam eandem modulationem, cujuslibet activitatis passibile fit: salino diluente penetrat tenuissimas structuras fluidas, & solidas; & acidulo sapore lucidum, efficacissimum esurinum est: quibus modulatum salivale fluidum, evadit praestantissimum fermentum stomathicum, & successiva deglutitione, faucium, musculorumque motu, veluti stillicidio ad ventricularia fermenta delatum, oritur

efurini fermenti reftauratio, robur, vivificatio, chyliferi fermentandi ebullitio: fi cafu, occafionalique caufa, diminutum, depravatum, morofum, aliterque moleftum fuerit; celeberrima, principalis, univerfalis omnium fermentationum fermentatio, eodem vitio, depravataque modulatione capitur. Aqueo lymphæ: fpirituofum, nerveis: falinum efurinis, oleofis: fubacidum pancreaticis univocatur, ideatur, facili impræffione, fingulis affociatur; omnia acuit; nec organicas figurationes diftinctas abhorret; quamvis conglomeratas productiones glandulofas principali fcaturigine agnofcat. Viventium diftincta, & diverfa fpecificatio graduat hujus fluidi faporem, figuram, & motùs modulationem; uti de cæteris fluidis id ipfum diftinctione habetur. Fluida contenta univocantur continenti organico viventi; & quale hoc, talia illa; & qualia hæc, fic illius fapor feræ fermentationes, & motus reliqui.

VII. Naturalis reftauratio falivalis fluidi primariò agitur fluidis fimilibus eodem fapore aqueo, fpirituofo, falino acidulo prægnantibus, vel prope faporiferam impræffionem venientibus; ut aquea acidulo fapore dotata, reftaurationis medelam ferant. Fluida primo loco, caufa facilioris modulationis figurativæ. Sequntur cibaria cujufcumque fpecificationis, & ea fingula fundamentali ftructione faporifera aquea, fpiritofa, falina, acidula; ut pomaria, fructufvè diftinctæ impræffionis, & propinquæ maturationis; non dum perfectum maturationis motum habentes, fed quadam leviffima acidula idea retenti, falivale fluidum acuunt. Omnia efurina ftomathicum fermentum perficientia; una fimul falivale reftaurant. Diximus primariò fluidis aqueis refici falivale; nam fola oris madefactione aquea, aut acidula lotione, faliva aliqualiter reficitur, proximitate fedis glandulofæ, & copiofiffimo numero miliarium fugentium. Faciliffimus modulationis tranfitus inter fimiles fapores, figuras, motus. Oppofitum producunt dura, ficca, glutinofa, muriatica, ftyptica, pontica, fulphurea, rancida, oppofitione faporifera, diverfitate figurarum, & morofitate motuum; ut in morbis malæ pravæque ideationis, morofitate fluidi falivalis, figura peccantis tenaci: coagulatione aliquali intromiffa, nec debito naturalique motu habito: infurgunt tonfillarum tumores, vicinarumque partium eodem fluido viventium, ac irrorationem fufcipientium, præcipuè eæ partes ordinem, ftructionem glandulofam poffidentes, uti funt paropfides retro aures, & in Uvartonianis; quibus in morbis, obductis canalibus falivalibus, ratione figuræ, crasfioris falivæ; & remota, diminutaque fluiditate, nec organo ducente, impellente; diminuitur motus falivalis; paucæ efpuitiones funt;

fiunt; fed non deficientiá fluentis, fivè fluendi; nam fat copiofum eftat, fed caufa morofitatis, ftàgniante copiofo fluido in fede, à qua fcaturiginis motum ducit; partiumque adjacentium etiam moleftia, depravatione, læfione; fed primariò faporis, indè figurationis, & motus vitia infurgunt.

VII. Annumerantur ftrumofi affectus glandulas occupando, falivali fucco repletas; & quod ejus motum univerfalem annotat: anatomico documento patefit; fcilicet apparent ftrumæ in glandulofa fede gulæ, eamque longo tempore lædendo, menfibus, & annis; nec fatis curantur, non correcto falivali fucco, univerfalibus præfidiis; dum iidem ftrumofi tumores glandulofum genus naturalis regionis infeftant, duciturque falivale fluidum depravatum à ductibus falivalibus inferiori mefentericæ aglomerationi;afficiendo illas ipfas glandulas eodem fluido præditas; nec reliquum glandulofum genus à tali fœdatione alienum reperitur. Ideatio ab organo in proprium fluidum.

IX. Tenuiffima depravatione efurini fermenti exiftente, aut fapore filveftri, à ftomachicis fluidis alieno, nimis fulphureo, felleo, acetofo, vitriolaceo, pungente, lancinante, findente; ftatim in falivali organo id totum annotatur, tam in fapore, quam colore, figura, & motu activo molefto; ut linguæ organum non folum fit faporum naturalium Lydius lapis; fed etiam moleftantium, morboforum; & in falivali fluido tantæ impræffiones, ideationes aguntur; depravando, immutando, inducendo turpes, graves, noxios fapores in falivali fucco, & iifdem læfionibus ideatur, uti univerfa corporis fluida vitiofa fuerint ideata; quo docemur fluidum hoc in naturalibus reftaurantibus, ac in morbofis pugnantibus uniri, modulari, affociari fluidis fingulis, fua propria aquea, fpiritofa, falina, acidula modulatione faporifera; immò experimur hoc unicum effe fluidum in guftante organo, quo diftinguntur omnes fapores. Sit diminutum, craffum, minimè lucidum, obtufum falivale fluidum; certo certius, nec diftinguit, nec luculenter lingua defpicit, nec rectè, intimeque judicat. Animatum vivens appofitorum faporum fpecificam diftinctionem, diverfitatem, & præftantiam hujus fluidi lucidi, fubtilis, floridi; quoque faporum infitam jucunditatem; fuaviorem, placidamque delectationem perfentit. Qui pauca faliva gaudent, parciffimo guftu afficiuntur. Bruta graduatim fic corripiuntur; at volatilia omnia carentia falivæ in roftrali organo, ciborum faporem diminutè percipiunt; lapillos, amara, infuavia devorant; nec infuavitate, felleo, duroque afficiuntur, uti cætera animalia maft catione gaudentia, ac falivali fluido fluente in oris, palati, annexafque partes, in quibus fuos patrat extrica-

tionis

tionis saporiferæ stimulos, distinctosque effectus: in illis ingluvies locum tenet.

X. Undè est, quod carentia salivalis succi miscendi, masticationis ope cibis singulis tritis, ut in volatilibus est: substituta sedes Ingluviei, aut Ruminationis; causa salivalis impraegnandi. Ingluvies non donat tantum aliqualem mollem figurationem cibis deglutitis, quamvis lapillosis, durisque; sed tanta temporis mora, ibi continentur, quanta necessaria est impraegnationi succi extillantis à ductibus ingluviei proximis; quo fluido molles, salivales fiunt, ac praegnantes: tali fermentativo fluido affecti ad ventriculi musculosam, carneam, rugosamque sedem detruduntur, ratione & causa successivæ chylificationis peragendæ à tanta valida, rugosa, crispata musculosa organica ventriculari sede. Avibus talis structura ventricularis donata, ob deficientiam fluidi salivalis immediatè stillantis continua deglutitione in chyliferam sedem: qua successiva detrusione, ut superiùs prolatum est, partium subjacentium, & annexarum irroratio, vividitas fermentativa, roboratio, ideatio sequentis chylificandi: aptos acuendo, imbelles vivificando; ut modulationi idonei reddantur, esurini stomathici succi; luciditati proximos, figurationi consonos, saporiferæ ideationi specificos. Saliva continuo motu ventriculum petens, suo aqueo diluit salia, dissolvit dura; qua dilutione, extricatio fermentativa modulatur; rumpit vinculum duritiei, fluiditatem initiat, & primordia chylificationis annotat: proprio spiritoso, licet exili vivificat, chylificanda dilucidat: salino conservat propriam ideam, ne in alienam impraessionem migret. Denique acidulo sapore incidit in proximum fermentum: succorum famelicorum, subacidorum, esurinorum restaurans fit. Roscidis, nerveis praestantissimo operi dicatis, pabulum est. Diluit, extricat, acuit, restaurat, fermentationis chyliferæ motum adjuvat, fluida ventriculo annexa, confluentia; distinctione saporifera, diversitate figurarum; & multiplicitate fervescentiæ dilucidat, uti semipolychrestum associabilitate universali, videatur fluidum. Distinctione, & diversitate afficitur multiplici, uti multiplicatio, & diversitas specifica viventium est.

XI. Restauratur, occasionalitèr à fluidis aqueis propinquis suæ univocationi salivali, & naturalis conservatio refectiva perficitur à chylifero polychresto restaurante. Motu universali ducuntur singula cruda fluida singulis organicis distinctè fermentantibus, atque ideantibus, & univocatione saporis, similitudine figuræ, eo fluido implentur vasa praeparantia; quod consonum ipsis est, ut ultimatam perficientem crasim, structuram, modulationem, ideam recipiat

mo-

motu fermentativo extricato insitis fermentis saporiferis. Glandulosum organum requirit conglomeratum maxillare, parosidale uvartonianum: ductus, canales, scaturiginem, quibus perficitur, fugitur, ideatur, ducitur, cribatur, depuratur, deglutitur; superfluum spuitione extera detruditur, quia quantum, aut non associabile reperitur.

XII. Analogicum salivali Lymphaticum occurrit aqueum; sale lixivioso dotatum, nerveo spirituoso animali prægnans: restaurationem, modulationem suscipit, ut reliqua fluida in propria sede, organicis ductibus majoribus; ingreditur proprias glandulas, in quas refluum est: ideatur, struitur, perficitur, ultimoque ritmo lymphatico ducitur. Ex massa universali consona saporibus enunciatis reficitur in omnibus partibus, visceribus, in quibus lympha separatur; & cum necessarium, lucidissimum fluidum sit, reperitur in hepate, & glandulis prope hepar; in corde, pericardio, sterno, mediastino, pulmonibus, intestinis, ventriculo, liene, utero, mesenterio, thorace, abdomine, talibus; penetrat cum venoso genere, & ex arterioso capillari superfluum stillat: nutritionis opere satis adimpleto; & quamvis terminatam scaturiginem non habeat; attamen fluvios majores tres annotat; scilicet receptaculum chylosum, lacteum thoraticum, & jugularem, & mediante axillari alveo, universalem, communemque cordis capacitatem ingreditur, chyloque polychresto alimentitio annectitur, copulatur; & cujus motu universali, irroratio communis nutritionis agitur.

XIII. Lymphaticum aqueum lixiviosum, animalium spirituum residua roscíditas; suscipit pro suo restaurante pabulo, ac conservante nutritivo omne id, quod in massa universa alibili, tantis, talibusque saporibus affectum sit, & consonis figuris structum: quibus unitur motus univocus associabilis propinquis fluidis lymphaticis ruditer ideatis in sede chylifera; sicuti omnia fluida à tali organo, veluti communi horreo, & promo restaurationis initium suscipiunt.

XIV. In lymphatici fluidi restauratione, roscida nervina prosigua, quia lucida, spirituosa, lixivialia mitissima; hinc tanti præstantis saporis modulatione, perficiuntur præcipua viventis organici opera; scilicet nutritio, restaurativa conservatio. Primario diluit in receptaculo chylifero, lacteo, & jugulari massam chylosam sua aquea fluxilitate, lucidamque reddit spirtuascentia; & lixiviali miti, futuræ effervescentiæ extricationis vestigia.

XV. Sunt lymphæ naturales vires non ultimæ in quolibet motu fermentativo. Primum chylosum ventriculare acuunt fluxibilius an-

annotant; lucidumque ideant, vividius componunt; aptiusque cruorizationi vitali modulant. Percurrit lympha præcipuas, universales organicas partes, ut sua irroratione partes nutriendæ vivaciores, vividiores, aptiores fiant, suscipiendo roscidum alibile, quo vasa, nutritionis causa impleri debent; unde morosa, diminuta, vappida, depravata irroratio parit distinctas, molestas, morbosas nutritiones. Partium tabescentia initium sumit à lymphatico fluido saporibus naturalibus defœdato. Rachytis particularis tabescentia præcipuè inferiorum partium tibiarum, femorisque, non alia majori causa fit, nisi vitio lymphaticorum vasorum ibi depressorum, ac læsorum saporum intromissione, vitio partis, undè in Rachytide caput grande; copia lymphatici alienam regionem occupantis, abundantior succus fit una in parte, & alterius carentia, uti etiam pectus magnum, & caput hydrocephalo laborans, ferè aspicitur. Multis annis retrò elapsis infantulum novi Rachytide laborantem, cujus inferiores partes femoris, & tibiales tam exiles, tabidæ, ut monstruosum visu erat; data occasione ex fasciis cruralibus frigidis, quibus rusticis, sordidisque involuebatur infantulus: omniaque excreta pluribus horis, ex nutricis imperitia, subjectis partibus adhærebant. Refectus lotione partium rachytide læsarum, adipe viperino, multisque nervinis vivificantibus, lixiviosis mitibus, ac roscidis naturalibus aqueis, continuoque fotu, ac unctionibus adiposis volatilium. Volatilia reptilia vividiorem, præstantiorem, nerveumque adipem conservant, & naturale flammeum vitale celeritèr augent, restaurant, vivificant; undè continuo, quotidiano usu veniunt inter nostrates fotus vivorum immanenter apertorum animalium, scilicet cuniculorum, pipionum, catulorum, agnorum, in restaurandis visceribus, leniendis dolorosis punctionibus, colicis, iliacis, cardiacis, dissentericis, nephriticis doloribus, suppressionibus secundarum, difficultatibus pariendi, singulisque restaurazione vitali indigentibus, ac nervinas ideas deferre partibus, organisque molestè crispatis, depravatis. Paritèr diminuta lympha, non solum chylosa massa arescit, torrida, morosa, minus roscida, insociabilis evadit, obstruens, non decurrens, parùm lucida; sed cruorizatio nec spiritosa, nec vivificans. Tabescentiæ, longitudine febrili, intromissæ præcipuam agnoscunt causam in lymphæ omissione; non diluta, neque vivificata, partium structura, vasa arctantur, constringuntur, non dilatantur, inepta redduntur impleri roscido saporifero, nutritivo. Figuræ complicantur, sapores alienantur, motus deficiunt naturales. Non irroratis plantæ radice, ramo, truncoque; nulla sequitur illius partis nutritio: strictis vasis, occupatis figuris, alibile non fugi-

 tur,

tur, non assumitur. Novi Virum sexaginarium robustum, iracundum vini potatorem, grandisque corporis; qui paupertatis onere pressus, nec tanto cibo, potuque satiebatur, uti antecedenter; ex hoc iracundior factus, cœpit extenuari, parum spuebat, indeque nihil, paucumque serum emittebat urinarium: nunquam febre correptus, sed diro marasmo captus trium mensium spatio: omni prorsùs lymphatico succo carens, ut monstruositate quadam afficiebatur: ossium interstitia conspiciebantur; arteriæ pulsantes, pellis, & universa cutis tanta ariditate capta, ut lignea videbatur; nec thussi, nec phrænitide, neque pectoris angustia, sed universali aridura præhensus: obiit tanto torrido marasmo. Diminuta lymphæ restauratione, ac partium necessaria irrorqtione; arescentes partes, arcta vasa, abolita nutritio, cessans fluidorum roscidum, & motus, extinctum vivens; ideoque universum circuunt corpus, arterioso, venosoque annexi lymphatici ductus; ut eadem penè sit necessitas partibus nutriendis arteriosa roscid itas, venosa regressio, ac lymphatica irroratio, dum ferè consimili motu ducuntur; & sicuti sapores, figuræ, ideationes nonnaturales cruori, chyloque annectuntur, & distinctos figgunt morbos; ita nec longum est Hydropes, Cachexias, Obstructiones, Atrophias, Hydrocephos, & pectoris hydropem, podagricas, nerveas affectiones, agnoscere: convulsiones universales, ac particulares, innumerosque morbos, causam principalem in lymphæ sapore, figura, motu, luciditate, lixivio, spiritoso, aqueo pacato, diminuto, depravato, alienato, moroso, stagnante; vel à propriis vasis decurrente, ut in Hydrope evenit, vel torpido convulsivo, aut crassa figura obstruente; aut nimis salino erodente, ac lacerante, ulnus quodcumque ducente, annotare; aut vappescentem Atrophiam; innumerosque animales, vitales, abdominisque molestias determinare. Lymphæ depravatio signat universalia in morbis vestigia.

XVI. Fluidi lymphatici necessitas, præstantia, & præcipua successiva restauratio, cognoscitur oppositione præternaturali ei intromissa. Graviores morbi lymphatico succo tribuuntur, ac massæ cruorizatæ. Laborat sanguis nimia oleositate, introducitur acidum: salso sapore, utimur insipido, diluente, alchalino; neutro acido, martialibus, oleosis dulcibus: diminuta spirituum copia, nervinis, vitalibusque volatilibus, impetumque ducentibus. Tumores, inflammationes, coagulationes, dissolventibus diaphoreticis, assumentibus, stybiatis, innumerisque aliis. In lymphatico depravato reperiuntur majora; nam ipso molesto existente in sapore, motu, & figura; cessat universalis irroratio, & per consequens polychresta

or-

organica nutritio ex cruore perficienda, ultimanda; undè non solum vehiculum est, sed principale modulans partium crasim, vasorum capacitatem, aptitudinem, & susceptionem intromittendi fluidi nutrientis: figura retinendi, sapore unibilis, & motu augendi, restaurandi, conservandi viventis texturam. Saporum alienationes, figurarum distractiones, motuum depravationes in hoc fluido maximè reperiuntur; ut coagulationes, obstructiones, tumores lymphatici hydrocele, singularumque herniarum lymphaticarum species. Scio juvenem laborasse hernia lymphatica umbilicali in vasorum umbilicalium ligatura; magnitudinis, & capacitatis ovi anserini, quæ stypticis, & externis martialibus tractata: æmulatur Varicem, & Aneurisma dilatatione, & apertione vasorum facta. Dissolvitur cruor arsenicali fermento dissolvente, ut in febribus pravi moris; at in seroso lymphatico, majus obstat. Diabeticæ, adiposæ, roscidæ, oleosæ excretiones copia, & rosciditate peccantes, ut paucis diebus corpora extenuentur; tabbescant: omni prorsus oleosa rosciditate omissa: ex quo forsan capiunt vitiosum saporem, nisi ex forti lixivioso lymphæ intromisso? Aqueis roscidis ranarum, testudinum, capocefali, ulnerariis mitissimis, remotis abstringentibus, & salinis; juribus, expræssionibus carnium, lapillis cancrorum, corallorum, mitissimis martialibus, aqueis cancrorum fluvialium, omnibusque: & illis utimur valentibus lymphaticum salinum, vel muriaticum corrigere saporem. Lymphaticum sibi, aliisque universalibus fluidis nutrientibus parat vias.

XVII. Lymphæ excellentia, ejusque restaurationis necessitas ostenditur universali nutritionis ritmo; nec celebratur opportuna, consona, debita, polychresta partium conservatio, ni lymphatico rectè modulato, existente, restaurato: & multi præcipui morbi oriuntur ex latice lymphatico molesto. In mulieribus nimius mensium fluxus ex lymphæ muriatico sapore. Non fluentibus, stypticitate, austeritate, visciditate; quorum enarratio præsentis loci minimè est. Non paucos scimus ægros pulmonis hydrope extinctos, lymphatico fluido depravato: plusquam sexaginta laborasse profluvio diabetico: roscido, pingui, oleoso lucido intrinsecè sero urinario apparente, ut purissimi olei copiam repræsentaret urinarium excretum; non omissis innumeris supernatantibus oleosis stillis, & aranearum telæ simillimis. Truculentus, gravis, perniciosus morbus celerrimè enecans juvenes validos, robustos; brevissimè senes, & pedetentim mulieres virgines, & nuptas, ex hujus lymphatici vitio in tota massa, & in propriis ductibus. Recidivas patitur facillimè morbus; nec tam præsidiis cedens lacteis, roscidis, aqueis;

fermenti stomachici depræssione; diminutione habita.

XVIII. Vitalem machinam ingreditur succus biliarius. Fluidum salinum, mercuriale, sulphureum; sua oleositate flammam concipit: volatilitate penetrantissimum est, & fluiditate aquea, qua etiam afficitur, fluxile redditur. Cysticum pyramidale occupat organum. Balsamicum fluidum sale lixivioso prægnans; suaque structura saporifera arcet partes solidas, fluidasque à præternaturali coagulatione vitiosa: sanguineam massam solutam conservat, & sulphureo proprio tincturam cruoris producit. Diluit saponaria vi quidquid intestina occupat glutinosum, vel sapore viscido annexum; vase, ductuque chylidocho, at melius cholidoco ad intestina detruditur; ut sua saponaria vi, ac mistione, fœces, inutilia omnia à chylosis separet, & modulando chyliferum rarescentia, oleositate, vivascentia, ne morosum fiat: præveniendo vitiosæ coagulationi; aptum, capacissimum redditur saporibus, figuris, & balsamico volatili gyremati, & in racemosum sacculum lacteum; & ab hoc axillaribus ascendentibus, cruorizanti, vitalique principi organo. Fluidum nutritionis non est; sed nutritivis fermentis necessarium. Modulatio literarum non pars intrinseca dictionis, sed dictionibus medium occurrens. Colores picturam perficiunt, sed penicillo ducuntur. Horologii portatilis partes separatæ motum non retinent; at modulatæ, proprioque loco, debitaque figura structæ, atque alligatæ, motum signant, & ritmicas annotant horas. Ars imitatur viventis structuram, vivens ab intrinseco in sua machina operatur; artefactum extrinseca modulatione.

XIX. Instat hujus fluidi restauratio in suo cystico folliculo, affixo magno, & præstanti Hæpati, ex cujus arteriis cysticis sugit univocabilem suum aptiorem transmutabilem figura, sapore lixivioso, volatili, oleoso sulphureo penetrantissimo; ut ejus vappidate cachexiæ, attophiæ, obstructiones enormes insurgant: sicuti parcè fluens, restaurantis copia, sanguinis ritmus morosus, coagulabilis ideatur: nimia volatilitate, oleositate sulphurea modulatione; causones, vomitus enormes, & præcisè illis pychrocali crasi affectis, quibus nonnunquam ductus biliarius non in intestini jejunii principium, & duodeni finem abit; sed præternaturalis in ventriculi fundum bilem effundit; undè iis hominibus vomitus enormes eveniunt, vel alvus nimis fluxilis; reddendo fœces nimis saponarias fluori aptas, ex penetrantissima oleositate, & lixivioso sapore intimè intromisso excernendis. Pictores in miscendis coloribus tanto felleo utuntur; ut penicillo, propria fluxilitate obediant: quo effræno, sulphureo, oleoso habito: nimia acuitate infra pylorum in jejuni principio, traductum

ductum chylum non depurat, sed potiùs contaminat; nec cribatio, effervescentia pacata agitur; superando pancreatici frænantis aciditatem; & nimia celerrima saponaria extricatione obtusum, nec depuratum ducitur chylosum in sacculum racemotum lacteum, ac tantà flavedine tingitur chylus quoque, undè icterus niger, vel oleosum sapiens; nec semper talis regius morbus obstructione biliarii ductus chylidochi, aut cholidoci ex vappescentia, inertia, flaviditate saponaria, figura crassiuncula, & motu moroso, aut diminuto, aliquando abolito (ut in lapillosa icteritia, ex genito calculoso lapillo in pondo, vel ductibus biliariis) uti multotiès observavimus lapidem tufaceum in felle bovino, cujus pulvis icteritiæ confert, in hystrice, porco spinoso, in suibus; sed externè lentiginosum, ac puncticulis eminentibus lenticularibus; in gallinis album, sed levigatum multoties vidimus. Icterus ergo producitur aliquando ex nimia fervescentia, oleositate, saponaria vi acuta, & inflammabili, ut annis elapsis endemicus fuit nostris regionibus morbus talis à principio Augusti usquè ad solstitium hyemale: pauci tanto morbo capti non fuerunt; occasione elasticitatis sulphureæ; nam initiante Junii mense, usque ad Kalendas Decembris, omnimoda serenitas, & aeris æstuatio; nec pluvia, nec irroratio aquea, nisi festo divi Andreæ Apostoli: qua Cœli inclementia penè omnes icterici evasere, nec iis fœces dealbatæ, vel alvi, stypticitas, sed ferè omnibus nimis fluxiles; & biliosa fœculenta urinaria, alvina, oris amarities, vomitus similes; ariditas universæ cutis, capillorum, pilorumque radices flavo præditæ, siti immani cruciabantur: fuit hæc constitutio endemica anno 1695. Aqueis, & diluentibus, alchalinis usi ægretantes, nec ætati sexuique pepercit. Duæ utero gerentes obierunt, quarum una octo gestabat mensibus puellam, & alia sex: utraque aperta statim, ac vitali munere orbata, & Deo favente, cuique Baptismus donatus: quæ octo mensium fœmella erat: tribus vixit horis; quæ sex semihora vitalem spiravit auram. Fœdato chylo, & contaminato consequenti sanguine, fit ictericus morbus, nimia dissolutione; omnesque partes tanto flavo, amaricante sapore, lixivioso sale offenduntur, ut musculosæ carnes intrinsecè flavescant, & torrida crasi ideantur; undè morbi rebelles, virium prostratio, alvi fluxus, sitis, & similia apparuere. Non tædiosum sit gravem observationem enarrare.

XX. Degebat senex septuagesimum primum annum: hyemali tempore præhenditur icterico morbo atrocissimo, cujus capillitium circa radices flavo tingebatur, & universa cutis eadem flavedine, & scabritie: lenta, sed non periodica febre, linguæ ariditate, siti non

non pauca, universali aridura, alvinis fæcibus vitellinum colorem æmulantibus, urethico sero ad nigrum, vitulentum inclinante: viscera æstuantia hypogastricæ, & æpigastricæ regionis: parum crispata in dextro, sinistroque hypocondrio; nec somno destitutus; his symptomatibus, tribus mensibus correptus, quamvis alvus nimis prodiga fluxilitate se exonerabatur, alvinæque nimis colore vitellino satiatæ. Aqueis, acidulis, diluentibus usus, figuram increpantibus: sapores oleosos, sulphureos, inflammabiles pacantibus, motumque celerem sedantibus: omnia incassum acta fuere; omnes figuræ dissolutæ, sapores ferocia alienati; & motus dissolvendo, roscidumque successivè dissipando, tandem in tabificam torriditatem ductus, ut pelle, & siccis ossibus constabat; nec roscida uniebantur, nec aquea irrorabant, neque acidula morosam modulationem effræni felleo inducere potuere. Monstruosum visu erat; omnes corporis partes intensissima flavedine affectæ: torrida corporis modulatio, rugosam cutim, nudaque ossa sepulchro dedere.

XXI. In singulis fluidis naturalibus fermentativis, at non merè nutrientibus; considerandum, nec prætereundum est; sapores, figuras, motus destructivos formari, atque ideari; & uti quadam tyrrannide corripi, & occasionali causa molesta intromissa, talitèr alienari in deleteriam impræssionem figuralem, saporiferam, motumque præternaturalem duci, ut sat exprimi, & delineari non possit: uti in fluido biliario, & pancreatico; quibus efferatis, depravatis in trino modulativo saporifero, figurato, & movente; tanti atroces, innumerique insurgunt morbi, cujuslibet speciei, & universales febriles, & hydropes; particulares singulatum regionum, & præcipuè naturalis; ut nequeas invenire hypochondricam affectionem multiplicitate symptomatum diversorum complicatam; nec dysenterias, colicas, diarrhæas, obstructiones, apepsias, tubercula, crispationes, durasque glandulosas modulationes; non præsentibus his. In cruore vitali, nerveo latice, roscido lymphatico nervino animali fiunt alienationes; at faciles sunt eorum depurationes, cribationes; ferunt indolem placiditatis; nec in his nutrientibus reperibile vitium est; ni felleo, vel pancreatico lædente intromisso, non naturali figura, non consono motu, nec jucundo sapore prædito: rationem ab intrinseco requires. Sunt hæc fluida, non omnimoda similitudine, & univocatione ideata, elaborata in generatione principali; sed semi naturalia, & semi excernibilia producta, ut fermentationis naturalis opera peragantur, & ultimandæ nutritioni dicata; quæ intrinsecè nutriunt, sunt omnimodæ univocationis, & his vasa nutritionis implentur, nutriuntur, augentur

par-

partes, & totum organicum; unde sapores omnes, figuræ, & motus sunt intimè associabiles, & mutabiles in organicum vivens; ideoque non tam pravè molestè ducuntur, mutantur, depravantur; nam jucunda, & non onerosa vitæ. Sunt fermentationum, cribationum fluida; non augumenti, ac nutritionis universalis fundamentum sociabilitatis auctivæ, atque restaurativæ.

XXII. Restauratio lixiviosi, oleosi volatilis sulphurei, agitur iisdem cibis univocatione fellea prægnantibus: dato, concessoque primario loco elasticitati aereæ. Dies caniculares, regio torrida magnopere tantos, talesque sulphureos, inflammabiles sapores, acutas figuras annotat. Intromissis igneis ideis universo cruori, necessitate inspirationis successivæ continuæ; qua motione, & intromissione, ipsis æstivis diebus apparent ferales morbi, causonici, dysenterici, multique consimiles: fiuntque endemicæ constitutiones; fit tanta restauratio, aeris constitutione minimè coadjuvante; & conficitur susceptione potuum, ciborumque oleosorum inflammabilium, lixivialium ritmum, figuras, sapores ideando in fundamentali opere chylifero, cujus successiva delatio, motu circulari auget, roborat, restaurat suum simile fluidum, vel naturali modulatione, vel molesta occupatione movente graduationem, quantitivam, aut intensivam productionem: reliqua viscera transeunter ideantur; at principale viscus, individuum fluidum præcise reficitur, restauratur.

XXIII. Et pancreaticum fluidum, ut minimè excrementitium: in suis glandulis pancreaticis conglomeratis fecernitur, quatuor circitèr digitis transversis sub Pyloro in homine: ipsoque in duodenum effuso, alimentis in ventriculo fermentatis miscetur, motuque intestinorum peristaltico deorsum detruditur; & una cum cibis fermentatis ducitur in lacteas venas, indè in racemosam cisternam; sed ejus purior lucidior portio: ab hac, ductu thoratico, in subclaviam venam, & denique in dextrum cordis ventriculum intromittitur. Excrementosum non est, aliàs nec fermentationes, nec mixtiones, neque sociabilitatem ageret cum cæteris succis. Idemque observamus esse in salivali præstantissimo fluido, à suis etiam conglomeratis glandulis maxillaribus superioribus, inferioribusque fecerni; & per ductus salivales in oris capacitatem deferri, ut masticatis, assumptisque alimentis associetur; & licet salivam ore retinemus, nec expuere volumus, quadam avaritia ducti, ob ejus necessariam præsentiam; ut nobis insciis, ac non advertendo, tantum salivale fluidum deglutimus: confunditur, miscetur in ventriculi sede, alimentis fermentandis, & ad opus chyliferum ducendis; & uti præ-

stantissimum

ftantiffimum fuccum amplectitur ventriculus, fummæque activitatis, & coadjuvantis auxilii munus; neutiquam inutile, onerofum, excrementium eft, fi tantis afficitur dotibus, minimeque fruftaneum, ut avibus carentibus mafticatione, conceffum fit peculiare organum ingluviei, uti fedes, & fcaturigo tanti neceffarii fluidi.

XXIV. Sapore fcatet acido gratiffimo figura limpidiffima extera: nec fpiritibus caret pancreaticum fluidum. Nonnaturaliter falinum, aufterum, ponticum, aliifque occafionalibus offenditur: quo grato fubacido, limpido, fapore vegeto naturali; incilivum, attenuans ducitur, & vifciditatem lymphaticorum, occafione inutilium adhærentium crifpaturis, parietibufve inteftinorum trudit: fic patuli poruli, five ora lactearum venarum fiunt, ut chylificatis à Pyloro allatis alimentis tranfitus, & fuctio tribuatur; ipfæque lacteæ fufcipiant ipfam chylofam maffam tali fluido ideatam.

XXV. Tali fubaciditate volatilitas, oleofitas faponarii fucci infringitur, ac aliquali craffitie figuratur; aliter nimia volatilitate, & lixiviofa acrimonia, non folum partes chylofas vitæ fubftentandæ neceffarias in motu læderet, & celeriori motione duceret, minufve rofcidæ, & applicabiles fierent; fed naturali debita morula privarentur; faporibus penetrantiffimis, lixiviofis, & figuris acutis ideatæ. Millies obfervatum in caufone vero, muriaticis icteritiis, ex vappefcente fucco fubacido, nec mixtione infringendo fulphureum, oleofum, volatile, inflammabile; & hoc effræno reddito, totum chylofum productum contaminari, fœdari, & à Pyloro affundi in duodenum, & effervefcentia non depurari; fed tale in maffam cruoris univerfalem transferri: & veluti tabiofum, falinum, depravatum in fingulas corporis partes nutriendas traduci, gyrematis fucceffivitate continua neceffaria invehi.

XXVI. Alimentis fubacidis, lucidifque, præcipuè pomariis, fuccis expræffis uvarum, granatorum, potuumque omnium fpecies fubacido fapore grato, fuavi, naturali prægnantibus, tale fluidum augetur, acuitur, reficitur; & una ftomathicis efurinis, quorum focietatem pancreaticum fluidum admittit. Copia, fapor, figura, motus reftaurantur confono potu, cibo, alimonia; quibus œconomica crafis confervatur, ideatur; non prætermiffo, majori agente, quamvis extrinfeco; fed infpiratione intrinfecum fit, & hoc unum elafticum eft, valens, ducens, augens, ideans, figurans, faporizans, movens; nec ultimum, auxiliarium, tantum fluidum acuere, præcipue annitempore hyberno: quo acidæ, nitrofæ ideationes aeri infunt, fimilefque infpirantibus præbens; atque mifcela facta, & vibratione propria in quodlibet fluidum agit: illudque acuens,

per-

perficiens; augens, quod sua gaudet univocatione; quale pancreaticum est; undè aliquando nimia copia, & intensiori acido coagulationes, inflammationesque parit. Camphora unicum, non negligendum præsidum sylvestres tales oppugnans aciditates.

XXVII. Undè motu peccat, & occasionali causa, celeriori fluxu ex intus assumptis ducitur; & acidis volatilibus aptis introducendi motum frequentiorem intrinseco fluido, illudque ideatur volatili esurino, pruriginoso: internas albas spermaticas, illasve partes fluidis aqueis lædit consonas; & glandulosis singulis adhærendo conglobatis, miliaribus, cutaneis, conglomeratisque, sua nimia fluxilitate deturpat, lædit, afficit, offendit.

XXVIII. Remora habita; visceris obstructione, præssione, concussione, crispatione; tanti fluentis succi sequitur turgescentia, & postea nimia eruptio, ac fermentatio rigorifera universalis; cœliaci chylosi fluxus, & similia occasionata. Ex frequenti causa saporis austeri, crassæ figuræ, si morosum nimis fiat, insurgunt coagulationes, scyrrhosi apparatus, quartanæ, nodositates in partibus spermaticis; omnesque extuberantiæ duræ mesentericæ, maxillares, gulæ, capillitii cutanei, abdominis, viscerumque omnium capacium tali fluido irrorari, magisque uniri, modulari; ex quorum diversa, distinctaque structione, positione, figura, producuntur distinctæ, diversæque crispationes, durities, coagulationes, morositates.

XXIX. Aliquando parcè fluit, vel inæqualiter, causa deficientis restaurationis in massa universali, vel propriæ sedis vitio; uti pancreaticis glandulis tumefactis, duris, crispatis, ulceratis, aliterque obductis: sic non referantur lactearum venarum oscula, nec affunditur, naturali ritmo, chylosum universale fluidum in suam lacteam cisternam; non depurato, neque sat filtrato, & spoliato à mucosa fœculentia: immo sæpè sæpiùs occlusis suis pancreaticis ductibus, in propria sede stagnationem recipit, & nimia morositate gravissimè depravatur in fluiditate, sapore naturali; alienosque sapores suscipiendo, & figuras: violenti motu erumpit in plures, aliquando unum ductum; cujus violentæ, copiosæ, præternaturalis eruptionis fluxus, parit lancinationes, tormina, cruciatus intestinales, punctiones, convulsiones abdominis, uretherum mictiones, acidas, atroces, intolerabiles, & his innumeras similes affectiones; & universali nutriente depravato ex diminuta, necessaria naturali copia tanti fluidi; etiam proprium nutritionis munus molestè, depravatèque perficit. Crassa stomathica, intestinalia non dissolvuntur suavi aciditate; nec consona œconomica restauratio nutritiva agitur;

immo sua deficientia, reliqua fluida à proprio ritmo parumper alienantur graduatione quantitatis, saporis, figuræ, ætatis, individui, & annitemporis.

XXX. Talibus occasionatis læsionibus copulatur figuræ defectus, dum nimia fluxilitate ideatur: irritando intestinales fibrillas, motu celeriori inducto peristaltico, & muco naturali intestinali indumento necessario; intestinorum paietibus spoliatis, denudatis; undè motus irregulares, molestique inducuntur, & alui fluxus, chylosæ ejectiones, omniaque talem vitiosam figurationem sequentia. Opposita figuratio, mucosa colluvies gignit constipationes, morbos cronicos, febres lentas, intermittentes, duritiem, crispationem, vasorum deferentium, præparantium obtusionem, hypochondriacas affectiones, & pancreaticas singulas, ex depræsso moroso, vappescente fluido, depauperata figura affecto; turbato, molesto, depravato sapore.

XXXI. Incurrit pancreaticum fluidum in diversos multiplices alienos, præternaturales sapores; scilicet in acidiorem, insuavem, ponticum, austerum, salinum, salsuginosum, acerbum, vappidum, insipidum, &c., quorum alienorum saporum introductio, tantas distinctas, diversas, præternaturales fermentationes conficit; quantis affligi potest sanum, salubre organicum corpus. Colorum modulatio, Abecedarii compositio, vegetantium omnium distincta diversa nutritio: sensitivorum omnis generis restauratio, conservatio, diversitate saporum in pluribus nutrientibus fluidis. Sapores enim principalitèr tantùm opus nutritionis distingunt. Satis esset diversitas ejusdem fluidi pancreatici v.g. in homine acidus suavis, gratus existit; in cane salinus; in felibus salsuginosus; & tantis subaciditatibus pancreaticis diversis instruuntur corpora; quantæ sunt specificationes multiplices; immo qualia sunt individua ejusdem speciei, quamvis non tali diversitate specifita modulentur. Iracundis subtilior, mæstis crassus; lætis lucidus, vappidis aqueus, &c. Idem de cæteris fluidis, salivalibus, lymphaticis, biliariis; & quod maximum est de universali chylifero diverso, distinctè modulato, ordine, & specificatione multiplici; uti sat probatum superioribus Iconismis. Si ergo in ordine, & ritmo naturali, diversæ fermentationes, ideationes, impræssiones fiunt circa idem fluidum, aut salivale, aut stomatichum esurinum, biliosum sulphureum, lymphaticum lucidum, nerveum, pancreaticum, causa saporis magis, minusvè acuti, depræssi, vappidi, salini lucidi, aquei lixiviosi, &c.; quid non majoris distinctæ, diversissimæ modulationis erunt sapores à crasi, ritmoque naturali recedentes?

Oriun-

XXXII. Oriuntur ex nimia aciditate, lancinationes, cruciatus, tormina, punctiones, hypochondriaca flatulenta, lumborum concussiones, arthritides fixæ, aut vagæ, rheumatismi multiplici idea molestantes: præcordiorum oppressiones in regione vitali thoracica: respirationis difficultates, convulsiones, orthpneæ, thusses, & similes: lympha acidiori reddita, sociabilitate nimii acidi depravando roscidum nutriens, nerveasque fibrillas convellendo: inæquali motu movendo, crispando. In ventriculo cardialgiam, vomitiones acidas obstupefacientes, ructus corrosivos, famem caninam aliquando. Si dentes occupaverit odontolgiam, stuporem, glandulosas stagniationes in œsophago: vitalem ingrediendo, parit syncopales deficientias, deliquia, palpitationes, pulsuum defectus varios; & in nervino genere convulsiones, epilepsias, apoplexias, cordapson: alvum pungens, viredescentes infantulis lactis coagulationes. Stranguriam, dysuriam, iscuriam, vesicæ fibrillas, & structuram tangens; ideato prius urinario sero talibus feracibus saporibus. Perniones, pruritus, pustulas, roseolas infimæ pedum articulationis; aeris elasticitate imprimente, hyemali tempore inspirati, externeque offendentis, similem saporem producendo; uti coagulationes, inflammatorias pleuritides, pneumonias, pneupleuritides, &c. Universales morbos fovendo, distinguendo, multiplicando, uti diversis fluidis, distinctisque saporibus miscetur, intromittitur; & partium structuræ fuerint: undè tam fluidorum distinctio, quam partium diversa œconomica structio, saporum multiplicitas, multiplicant, discriminant, variant fermentationum modulationes, irruptiones, motus, productorum nocentium notas, discrasias. Non reperibile lædens fermentum, non occupatum, fusum à vitioso depravato acido, vel austeritate, pontico, acerbo, vitriolaceo, erosivo, mortifero, destructivo vitale roscidum; extinguens luminosum roscidum insitum, fluens, restaurans, conserservans; neque partium ulcerosa depauperatio, exitialis mortificatio cangerosa; ni acido prævalente defectivo exitiali sapore, quo motus naturales nutritivi primò extinguntur, & successivè sapores omnes, diminuto, & omisso roscido extirpentur, oblivioni tradantur. Cessat rosciditas, deficit nutritio, aboletur restauratio, amittitur sapor, dissolvitur figura, retrocedit œconomica totaliter: nulla elasticitas, minimè motus: perit vivens.

XXXIII. Universalis restaurandus succus sanguineus est, quo continentur fluida singula. Cruorizatio nimis larga restauratio est, qua reficiuntur præcipuæ organicæ partes masculosæ solidæ, & fluidæ in esse fluiditatis: continuo gyremate, sanguis non solum depuratur,

puratur, cribaturque diversis separatis emunctoriis; sed successivè à nerveis fugitur: proximæ nerveæ structuræ, figuræ, sapori, motu. Lymphatica vasa, & receptacula suscipiunt illud consonum residens, ipsis propinquè associabile. In pancreaticas conglomeratas exoneratur acidum suave gratum. Cysticæ, & arteriosæ ramificationes hepaticæ deponunt sulphureum, lixiviosum applicabile figura, motu, & sapore; sic de unoquoque, singuloque fluido naturali, vel nutritivo, uti fæculenta similibus excretoriis ducuntur.

XXXIV. Necessaria naturalis figuratio vasorum, sivè organorum primariò agitur. Circuitu confusè ducuntur omnia fluida in sanguineam massam, occurrit lymphaticum receptaculum figuratione sua assumens propinquum figurabile; non minus ac in emunctorio contingit: illud secernitur fæculentum, tali figurationi idoneum, sivè sint renes, alvus, auris, oculus, cutis, universalisque compages. Figura dissona discrepat à suctione alienæ modulationis; indeque est non restaurari hoc, illudque fluidum; sed pancreaticum v.g. in gradu copioso, non biliosum, minimeque salivale, & è contra; fit tanta distinctio, dum in massa polychresta cruoris tale applicab le fluidum extat, & non aliud, uti aliquando arte, vel occasionaliter fat cribatur fluidum commune viis urethicis, & non alvinis, causa alimentorum urethicorum; aut per alvum: minimè per sudorem, ratione eadem, ac ideatione tali prævalente in communi fluido. Neque glandulæ v.g. maxillares fugunt biliarium; nec sanguineum musculosum: neque nervea sedes salivale, vel flammeum lixiviosum; ni causa depravationis, ac molestiæ; & depravata aliqua sede emunctoria, nec refluit fluidum excernendum in massam universalem. Vidi juvenem non mingentem tribus diebus ex ictu equi supra regionem pectinis; & præssione musculorum hypogastricorum: in quo juvene serum urinarium usque ad thoracis musculos turgebat: convaluit emplastro ceræ mellifluæ cum apiculis ex alveare; quæ recenter captæ, vino decoctæ, & ad formam cataplasmatis pubi appositæ; veluti incantamentum quodam. Similiter observavi, annis elapsis, mulierem nuptam ætatis 23. annorum, cui vasa lymphatica abdominis rupta, occasione data; hæc parum spuebat, parcè mingebat; sed mirum erat observandum: fluctuabat in Peritonæo tanta seri copia, ut ab una in aliam lateris partem ducebatur; à sinistro in dexterum, & ab hoc in sinistrum: sola manus præssione, & cum murmure hoc agebatur, ut currentis fluvii funt præcipitæs lymphæ: vixit tanto onere pluribus annis: tandem paracentasi celebrata, sed incassum, obiit: serosum fluidum extractum, at morosum adhærens, multisque annis figura mutatum, residuum fuit, & viribus de-

destituta prælo ducta. Pancreate tumefacto, & semiscyrrhoso in alia muliere 52. annorum: occasionato, præveniente gravi causa, ex saltatione, & subsequenti potatione gelidissimæ sorbilis, & saccaratæ aquæ, tempore inconsono, paucis horis post prandium; & successivis multis mensibus; ut tandem in gravem abdominis superioris duritiem incidit; & inducto stateomate spurio in glandulis naturalibus conglomeratis; duplici scyrrhoso tumore præhenditur: uno in regione uterina, sed etiam spurio; nam aliquantulum dolorosum erat; & alio vago in spuriis ultimis costis dextris, propè ventriculi curvitatem: erat magnitudinis cydonii, æqualens pondere duabus libris; sed quod mirum erat: habebat proprium folliculum, quo continebantur multa tubercula, sed vitreæ duritiei, & stridoris similis: ducebatur manibus à propinqua ventriculi curvitate, usque ad imam hepatis alam, & dum manibus tractabatur, stridentes vitreæ pilæ intus esse æstimabantur: remota manu, iterum superiorem petebat locum; sed hoc levissima patientis molestia agebatur: tandem uterino acuto tumore, gravissimis præmitur doloribus, sanguinis copia: quo immodico fluxu, periit. Acida minimè gustare poterat, & parcissimo sumpto alimento, doloribus cardialgicis afficiebatur. Fluido quolibet non sucto, vel non depurato causa figuræ, vasorum continentium, sugentium, & ultimatè præparantium, ac ideantium, refluum fit in partem viciniorem capacem susceptionis, vel in communem massam; & non sucto, nec depurato vitio organicæ figuræ, deturpat associata fluida in ritmo saporifero, & consequenti motu. Morosum, nec naturaliter figuratum fluidum, sapore alieno capitur, afficitur: qua alienatione insurgunt morbi, nec sugi à proprio organo, nec depurari à consono emunctorio: aptum, capax est, tantis depravari molestiis.

XXXV. Infallibile argumentum omnium tumorum, & inflammationum. Fluidum quodcumque sapore depravatum, figurà læsum, morosum fit; nec facili regressu ducitur, vel ingressu vibratur; nec subtiliora, angusta, exilia vasa introire potest; indeque moratur; mora magis depravatur in figura, & sapore, nec iugredi, vel regredi potest aliud vas; indeque alienatur à sua propria structura, modulatione, & ritmo; preternaturalem adipiscitur crasim minimè associabilem, nec de cætero unibilem suo proprio insito esse; ut quid noxium, molestum figura, sapore, & motu; hinc foras expelli necessitat. Nec pus ex sanguine reducibile in naturalem modulationem; nec lymphaticum intensissimè opacum, viscidum, neque biliosum torridnm, vitriolaceum, porraceum, atrum; neque rancidus chylus, graviterque molestus in consonam, naturalem salubrem,

brem, propriamque transit ideam, modulationem, structuram:

XXXVI. Ventriculus sedes universalis, in qua homogenea, eterogenea conficitur omnium fluidorum restauratio, dum chylificationis opus fermentatione agit, ut alibi dictum, & per transennam probatum; ferè omnibus restaurandis fluidis dotatur; scilicet salivali, masticationis ductione, continua deglutitione: & in avibus, masticatione carentibus, speciale statutum organum ingluviei: hoc simile præbens. Lymphatico decurrente ventriculi partes, & in glandula sita inter stomachum, & pylorum affi. itur. Bilis ideationem chylosam recipit in duodeno, fermentatione separativa utilis ab inutile. Nerveo afficitur succo à plexu nerveo, & sexto pari decurrente reticulam, sivè coronam reticularem nerveam fabricante. Venosa impræssione ideatur ex ramo pylorico, gastrico, gastroepiploide ducto ex vena pertæ, undè insignis gastrica vena ventriculi fundum decurrens: nec exilibus arteriis orbatur: ex quibus salinum volatile arteriosum alimenta comminuens, incidens. Acido salino scaturiente gaudet, famescentiæ stimulus, & cibos fundendo, fluxilesque reddendo, etiam sociabilitate aquea. Sunt ergo præsentia, & modulantia in ipso ventriculo singula, saporibus, figuris, spiritibus, motibus, motibusque restauranda; scilicet arteriosa, venosa, lymphatica, nervea, biliaria, pancreatica, esurina, & cætera vitalitati, animali regioni, & epigastricæ: rubra, spermatica solida, & fluida, cujuscumque ordinis, modulationis, saporis, figuræ, & motus fuerint.

XXXVII. Et Unicus cibus, chylificatione tantis saporibus ideatur, quanta concurrunt fluida, & stomacho insidentia fermentationi peragendæ; illisque precipuè, quibus intrinsecè scatet, aut causa figurationis proximæ, vel saporiferæ structuræ ducibilis: sic potus, sorbilia quæcumque. Ideatur chylosum magis, minusvè his, aliis alterutris saporibus, figuris, & motibus; ut passibilis chylificandi alimenti capacitas fuerit, & stomachi proportio; non solum graduatione sexus, ætatis, crasis, loci, annitemporis; sed etiam mensura, vi, distinctione elastici inspirati, non infimum locum in tanto opere habentis. Carnes musculosæ musculos, adiposæ adipem, spermaticæ spermaticas; & idem in potabilibus, fluidisque sulphureis, acetosis, salinis, nerveis, spiritosis agendo, chylificando perficiunt; undè restaurationis graduatio major, copiosa, exilis, mediocris ducitur huic potius, quam alteri fluido, ac solido à chylifera massa. Eterogeneus apparatus alimentorum, & multiplicitate eduliorum diversus, popinaria arte paratus, uti mensa conquisitissimis cibis extructa quotidiè denotat: eterogeneitate

pa-

parabilium, alimentorum, artis, saporum, omniumque hoc agentium opus: construitur abecedarium idearum, & saporum diversorum, sæpissimè oppositorum, tam stomatichis fermentis, quam fluidis naturalibus restaurandis; & veluti oppræssione capiuntur fluida, organa, totum: etoregenea multiplicitas, deturbata complicatio, parit difficilem cribationem, filtrationem in duodena separatione; & tanta confusa ideatione saporifera ducuntur chylifera sequentibus fermentationibus, & emunctoriis incapacibus aliqualiter secernendi, quod fæculentum est, tam ordine copiæ excedentis excernendæ, quam non perfectæ modulationis necessariæ in filtrationis opere: non neglecta, neque omissa insufficienti suctione, & repletione vasorum nutriendorum, dum alienos sapores intromissos, complicatas figuras immissas à multiplicitate alimentitia in chyliferam officinam, non fugunt; & si impleantur vasa, non homogeneo, sed eterogeneo succo molesto gravantur; undè morbi graves ex repletione nuncupati: quibus solus vomitus singulare præsidium, sed in principio exonerando stomaticham sedem onere, quo præmitur, & ideantibus deprimentibus. Innumeros extinctos noscimus tali, tantaque eterogeneitate alimentorum, & præcipuè tenacis figuræ. Vir 27. annorum in lauta mensa sat comedit, sed incautè ultimò gelatinam devoravit paratam ex partibus spermaticis vituli: alvi stypticitate corripitur, vomitum non admittit, oppræssione affligitur, chylificatio non fluxilis, tepescit: sudore frigido capitur: tertio obiit die.

XXXVIII. Reciproca ideatio requiritur saporum, figurarum, & motuum, ex modo ostensis, inter succos stomatichos, & fluida restauranda; ut si quid silvestre chylifero succo applicetur, uti inconsonum, molestum, morbosum recipitur; nec naturali ideatione perficitur: ratio causalis electionis alimentorum in qualibet specie, ut unum proficiat, aliud molestet, ut antecedentibus sat denotatum est. Univocatio aliqualis, sociabilis amicitia, & consona modulatio applicabilis necessitat inter sapores alimentios, chylificandos, & cruorizandos: ultimò in nutritivam structuram firmandos; & saporibus non opposita sit figurarum explicatio. Primum salubritatis fundamentum: simplicitatis cibariæ secundum, dum unico univoco nobis alimento, famem: similique lucido, moderato permutabili potu congruo, quanto, graduato, sitim extinguimus; & aeris perfecti elasticitate gaudendo. Parca mensa diutius vivit; levi potu, læti sumus; lucidoque cœlo, sagaces fiunt. Diversa, opposita agere; molestas, diras, morbosas introducunt ideas.

XXXIX. Suctione universali, & gyremate fluidorum fugitur, coa-

coalescit figura primariò, indè sapore à qualibet parte: illud repertum in polychresta fluiditate univocum sibi, nec sapore dissonum, neque figurà repugnans; sic successiva perficitur distincta restaurativa suctio in machina vivente.

XXXX. Artificialium series donant firmissima documenta. In popinaria preparatione contingit: linguam, palatum, fauces delectari omnibus saporibus jucundis suavibus, & oppositis graduatim infici, molestari; at quod observabile in casu est; saporibus stomaticis resici stomachum; vitalibus vitale, animalibus vivid s nerveam regionem; & unumquodque viscus restaurari proprio consono, univoco sapore: pariter, oppositione, injucundis, lædentibus, noxiis, depravari distincta organa, uti renes, stomachum, thoracicas partes, animales, &c. eadem habita causa figurationis, saporis, & motus oppositi. Massa plurium metallorum v.g. auri, argenti, æris, plumbi, &c. dum liquatur: nonnè quodlibet metallum suam sequitur figuram, propriumque occupat locum, nec diutina sociabilitas quidpiam operatur? Cimento igneo graduatim resistunt, incudinis, malleique ictibus, causa figurationis, ideationis; & aliqualis saporis, distinctionem, atque diversitatem ponderis, structuræque producendo, modulando. Locutiones, dictiones, idiomata ex universali abecedario fugunt, suscipiunt consonas literas; illis utimur discriminatim, uti vocis, dictionisque modulatio erit.

ICONISMUS XIV.

Nutritionis idea, opus unde? quomodo, quando, necessitas ostenditur.

I. LOngus, minimèque laconicus præsens Iconismus esset, nisi vestigia nutritionis, antecedentibus Iconismis delineata fuissent. Duplici cardine viventia ducuntur, scilicet conservativo individuali, & specifico universali. Primum nutritione agimus; secundum generativa propagatio successivè conservat. Nutritione indigent herbæ, plantæ, insecta, verminosa, volatilia, maritima, terrestria, nulla excepta specie, ulloque minimè individuo, nec pulex, nec culex nutritionis suffragia fugit; neutiquam reperies herbulam, ejusque balbum, fibras virentes nutritione carere. Est nutritionis opus unicum necessarium, vitæ ducendæ suffragium, scaturigo successiva, continua fluens; lucidas, veras, necessarias ferens aquas. Supremi infiniti, immensi, increati factoris creatione extrà abyssi nihilum opus: perenni ejus conservatione regimur, ge-

generatione propagamur: spirituali immortali anima intellectualia operamur; successiva restaurante nutritione naturaliter vivimus: nostraque reficiuntur corpora, partes singulæ organicæ distinctæ, fluidæ diversæ, ordine suo nuncupatæ partes; contenta, continentia, impetumque agentia singula. Deficit nutritio, cessat vita; depravatur, molesti sumus: diminuitur, imbecilli efficimur: aboletur; morimur; vitales, naturales, animalesque operationes, fermentationes deficiunt. Nutritio luminis vitalis pabulum: elastici susceptivum; fluidi roscidi mater. Nutritionis opus, masticatio, alimentorum productio, præparatio, electio: ipsius omnimoda necessitas, chylificatio, cruorizatio, cribatio, depuratio, emunctoriorum structura varia, diversa, distincta; quia nutrimur, vivimus; quia vivimus inspiramus. Inspiratione fluunt, motuque gyrematis perenni ducuntur fluida naturalia, spiritus omnes diversimodè ideati. Vivimus, nutrimur, operamur naturalitèr. Nutritione generamur, augemur, perficimur; consonam, debitamque molem attingimus. Nutritione restauratur deperditum, firmatur sanum, detruditur morbosum, opponitur adverso, fugatur pravum; validiora fiunt organa; vivificantur solida, augentur fluida, extricantur fermenta, struuntur operationes viventium; unico stringuntur vinculo vita, & nutritio. Restauratio continua nutritio est.

II. Inveniri vegetantium genus nullum, à nutritionis beneficio alienatum, nec vivens ullum omni nutritione vacuum. Esset lumen usuale sinè pabulo, accretio sinè quanto, motus præter mobile, actio ex nullo agente. Venena, noxia, molesta, prava; si vivant nutriuntur. Fluida morbosa pari univoca ducuntur propria restauratione, motuque ipsis consono; viventi dissono impelluntur. Metallica in propriis fodinis accretione saporifera figurata quanta augentur, spuriam diceres nutritionem, dum vitalitate carent; licet multa ex eis intùs suscipiant, motuque externo elastico, irradiationibus ideato, ac terrea societate mixto fotu imprimente producantur. Cellulæ modificantes, capacitates figurantes, stractiones recipientes, apposita non dissona, elasticitas ideata coadjuvans; augumenti proportionatam molem, figuræ fabricam, corporis metallici specificationem deducunt. Quanta Dominus, Immensa Sapientia in vastissimo nutritionum Oceano posuit! Vegetantibus datæ radices loco ventriculi; filamenta, fibrillæ, medulla, cortices diversæ texturæ, & compositionis: ligneæ partes, ductus, cavitates distinctæ figurationis, quibus correspondent fluida, ventriculi particulares, fermentationes, sapores univoci cuique parti nutriendæ; quorum omnium modulatione, & graduatione nutritur, augetur, perficitur, crescit, vivit

 her-

herba, planta, ultimatam attingens molem, naturalemque figuram, vi efficacia, & præstantia nutritionis; suumque germinat florem, & fructus; in cujus capsula fructifera uterina conficitur ovulum; vel multiplicata producuntur naturalia, primordia, plantæ specificatione: quæ ovula apud nos semina dicuntur.

III. Sic ovipera perfecta, suis fœcundatis ovis, incubatione exclusa. antecedentibus delineationibus, structionibus, compositionem ultimatæ organizationis habendo, ex vitello universali nutritionis pabulo, statuto ordine naturali nutriuntur: indè organis fabrica concessa solida, & fluidis saporifera, figurata, motrice; occurrit pipillatio, alimentorum distincta deglutitio; ut nutritionis, perenni opere, restauratio, accretio, perfectio partium solidarum, & fluidorum: accursus novus, vegetus, capax, sufficiens fiat; vitalibus, naturalibusque motibus necessarius, & vitæ naturaliter ducendæ unica scaturigo.

IV. Quæ Reptilia sunt, Verminosa, Insecta ex ovulis ducta externis; nutritionis cardine moventur, tantis modulationibus distinctis, quanta diversitas organorum chylificantium extat. Somnabuli Glires, & species Gliribus similes, ut plurimum spatium quinque mensium somno transmittunt; & tunc pinguescunt, majoremque nutritionis ritmum possident. Acidis esurinis aqueis gaudent, minimevè volatilibus, ut uno sumpto cibo, integrum ducunt diem, plures hebdomadas, aliquando menses. Sint Cervones, Viperæ singulare documentum integris mensibus reclusioni subjacent, remoto omni cibo; & tempore autumnali vescuntur unica coclea, aliovè simili cibo, quo nutriuntur integritate hyemis, dum somno vitam permittunt: sic æstivis diebus ante conceptionem ovorum, alimoniam petunt fœmellæ, & mares æstro venereo ducendi. Testudines apud nos multis annis observatæ; diebus Octobris capiunt cibos, indè propè parietes, vel saxosum, sed præservatum locum, quantum domicilium fert, ut temporis hyemalis inuriis minus offendantur, voluntariè naturaliter scepeliuntur: pedibus excavant terram, & in gyrum voluuntur; quo gyremate premunt inferiorem subjacentem terram, & ità pedetentim spatio plurium dierum, eadem mota ferraginea terra teguntur, supereminentia quinque, vel septem digitorum: grandiores, & majores natu, & mares, minori copia cooperiuntur: minores, fœmellæ, majori: putandum ordine inspirationis, ejusque indigentiæ; sic primis tonitruum fragoribus, fine martii, suaviter moventur, attellendo superjacentem molem; & quia squamis albis oculi affecti: petunt feniculum, similemque herbam, in cujus frondescentia voluuntur. Serpentes, Viperæ, & similia

milia unitim, & veluti cumulum agunt, & una simul aglomeratim dormiunt, quærunt, eliguntque loca maximè radiis solaribus exposita, eminentia, & minimè cænosa; scilicet Meridionalia, & Orientem respicientia. Non multis elapsis annis à quodam fossore, uno acervo plusquam quingentum albi serpentes, & nigri unitim reperti loco consimili enunciato. Exenteratis his animalibus hyemali tempore; non vacuus, sed cibo satius invenitur singulorum ventriculus, & alimento semichylificato, vel parum, vel prope ultimationem repletus: uti mensium graduatio longior, distantior; propinquior, brevis, brevior fuerit. Roscido volatili salino carnes viperinæ; nam acida ideatione carent: lædentibus coagulationibus non infimum præsidium; diminutæque, declinanti luciditati universale auxilium restaurans, reficiens.

V. Verum quæcumque longa spatiantur mora, privanturque cibo, illoque parcè utuntur: longissimo quiescunt mensali somno, causa fermenti digestivi aquei; attamen dormiendo, chylificationis opus peragitur, graduatione esuritii, & appositi alimenti: diutiùs orbata, ciboque carentia, extinguntur: Cocleæ, Testudines, Cervones, Viperæ, Lucertulæ, &c. tali servato discrimine; ut Chelydrus aquis degens citius pereat, nec diu vivat, alimento remoto Coluber nemoralia loca degens longius vitam agit, causa roscidi, majoris, minorisque copiæ in uno, non in alio. Deserti, Circumforanei verno tempore, principio Aprelis Viperas capiunt, quarum nonnullæ statim, vel breviter pereunt: aliæ usque ad æstivum durant tempus: primæ somno experrectæ nullum sumpsere alimentum, ideoque pereunt; secundæ usæ cibo, alimonia restauratæ, vitam longius protrahunt. Pharmocopolæ exenterando, continuò edocentur. Unum ergo tenendum nutritionis opus: lumen vitale conservari, restaurari omnibus, singulisque viventibus; nec exilia vegetantia, herbulæ, plantulæ excluduntur, neque crustacea saxis affixa: primò inspiratione indigentia, secundariò nutritione restaurativa, reparativa deperditi, & auctiva molis cujuscumque naturalis.

VI. Et motus primario in quacumque nutritione considerandus venit, etiam in primordia generatione: quælibet enim nutritio motus est; & generationis vestigia ducit, signat. Motus generationis initialis est; nutritivus reparans, restaurans; ille nutrit speciem propagatione; hic conservat individuum alimonia debita. Initium generationis insurgens, apparensque in puncto saliente oviparo motus est. Fit incubatione salium, saporumque extricatio, figurarum distinctio, quæ nil aliud est; nisi effervescentia quædam; quantum dicere valet: initiatum motum; indeque aucto motu, crescit deli-

neatio: accrescunt fermentationes, insurgunt exiles proportionatæ nutritiones, ut oculari inspectione in oviparis observare licet. In seminibus vegetantium omnium, punctum seminale otiosum: incubatione terrea, fluido apposito solvente salia, extricando sapores seminales, motum intromittit, servescentiam, germinationem, quæ nullimodè initiari potest, non intromisso nutriente, licet exilissimo in puncto saliente seminali; quod etiam fieri potest sola aeris elasticitate extricante fluida seminalia, uti in bombycum ovulis, veris tempore contingit; etiam remoto incubationis fotu bombyces enascuntur. Germinatio est auctio, nec auctio agitur, nisi intromissione nutrientis: sunt nonnulla vegetantia, uti cæpæ, allia, castaneæ, cerri, & similia spontè germinantia, surculos, & stolones emittunt, omni remoto fluido, nec terreo sinu incumbata. Mirum observabile ordine nutritionis est, dum germinationis opus perficere, initiare, ducere volunt, sivè naturaliter agunt; sugunt fluidum nutritivum ex propria mole, ex eadem cæpa, castanea, cerro, &c., & uti accrescunt stolones, & surculi, ita graduatim diminuitur corpus annexum germini seminali, ut in oviparis contingit; diminutio vitelli, auctio partium nutriendarum; & ultimis horis vigesimi primi diei, vitelli moles vacua sit, & structio pulli perfecta: exclusio à putamine brevis. Tamdiù stolones, surculique augentur, quamdiù fluidum extat sugendum à corpore annexo, quod ultimò elugum, leve, minimè ponderosum, vappidum, suberis structuram æmulans; & sucto omni fluido ex annexa mole: arescunt germinationes, ni terreo sinui committantur, novoque nutriente fluido restaurentur; vel à terra subministratum, vel aliundè intromissum sit. Nutritio nequit perfici, neque oriri contingit, non præcedente, præsente, & successivè continuo motu ductivo fluidi nutritivi capacis, apti, consoni; assimilabilis saporis, & figuræ inter nutriens, & nutriendum. Gaudet aliquando fluidum nutriens sapore associabili nutriendo, sed non figura; quia crassa, vel subtilis, aliterque non univoca. In ventriculo agitur saporosus chylus, sed aliquando crassus figura, ideoque nec ducitur, neque unitur. Nonnunquam optima, æqualis figura, sed sapor pungitivus, urticalis, salinus respuitur à nutriendo (atrophiis, atque tabe affectis, præcipuum obstaculum). Lumen usuale, candela sebaceum vappida redduntur, sevo non depurato; cera quoque, & quod oleo nutritur, aliquando extinguitur, crassascente oleo; & in lychnuco, pabulo non figurato: ut si depuretur igne, idem oleum opportunum pabulum. Ex adverso nimis subtili reddito, celerissimè effugit, dissipatur, æquali causa, & modulatione figurationis. Alibile viventium, si ni-

nimis spirituosum, volatile fuerit, evanescit, non unitur, non restaurat; & si morosso ducatur motu, depravat nutritionis typum, ac ritmum; & velociori cursu delatus nutriens succus, non retinetur, neque associabilis est.

VII. Communis singulis nutriendis, universalisque nutritio. Ideatur ipsa motu, mobile, sapore, figura, ductibus, mole applicabili vasorum capacitatibus, & nutriendorum cellulis. Motus primus extricationis partium alimentabilium; qui principium sumit à miscela salivali in organico masticante, vel ingluvie apposita; quem extricationis motum perficiunt stomatichæ organicæ. Consequitur motus chylosus maximus, omniumque præstantissimus: solvendo alibilia deglutita, & mistione esurinorum fermentantia; cui fermentationi, motuique chylifero annectuntur fluidorum omnium enunciatorum ideationes, antecedentèr sat anatomicè demonstratæ. Venosum, arteriosum, nerveum, lymphaticum, pancreaticum, bitiarium, spirituosum, & rubrum, & spermaticum genus; quo peracto motu chylifero; non minùs necessarius occurrit separativus; distinguens utile ab inutili fœculento, fex digitis infrà pylorum, in duodena sede, dum miscentur saponarium cholidochi, & pancreaticum conglomeratæ glandulæ. Peristaltico cooperante, agitur motio, detrussio, effusio in sacculum chyliferum; undè diastolica delatione in subclaviam: celebratur solemnis motus in vastissimo organo vitali ideationis, spirituascentiæ, elasticitatis: & rudes imperfectæ impræssiones ideales perficiuntur in esse cruoris, ac figurationis. Emunctoriorum fluida in communi massa servata, capaciora, aptiora redduntur filtrationi, cribationi, depurationi; & non sat, sufficientèrque peracta eorum luciditate, atque roscíditate; sequentibus, ope gyrematum, fermentationibus: ad ultimatam, consonamque modulationem deducuntur, & illa.

VIII. Hujus motus universalitas; nutritionis communis, & particularis ordo: initium suscipit à salivali sede, occupat chylosam tempore graduato; assumpti alimenti copia, figura, & sapore; ætatis distinctione, annitemporis diversitate, fermentorum efficacia, sedisque structura, annexorumque; foventium viscerum robore, ritmo, valetudine, externorum occasionalium occurrentium sociabilitate perfectiva coadjuvante, vel defectiva molesta, gravi, morosa, alitèrque depravante; quorum omnium nexus, & cooperationis medela; celerem, morosam, perfectam, morbosam, utilem, inutilemque fermentationem chyliferam construunt.

IX. Illabitur chylosum peristaltico motu, fermentativo separante, ascendenti; & intromissionis actus fit, elaborationis vitalis elasticæ,

sticæ, expulsionis systolicæ, ductionis majoribus arteriis, & minoribus; & repletione vasorum individuatorum, ac motu regressionis vehalis assumentis, quod reliquum, superfluum est; ut circuitu ad idem præstantissimum viscus ducatur totum, vel quantitate non receptum, vel sapore non admissum, vel figura non consonum, vel molestum, neutrum morbosum: quibus motus distinctis omnibus, & fermentationis perficiuntur fluida nutrientia saporibus, figuris, & rosciditatibus diversis, sociabilibus univocis nutriendis solidis, restaurantibus fluidis decurrentibus in propriam sedem, & ad partes ducendis, reducendis, ingressu, regressuque naturali; non prætermissis innumeris vitiis, cuique fermentationi occasionalitèr contingentibus; undè morborum origo, multiplicitas, distinctio, diversitas; saporis, figuræ, motus, partis, fluidique specificatione, & oppositione, locatione, actione, idea, aliisque diversificantibus, depravatis.

X. Liberè, atque naturali modulatione ducitur nutriens fluidum, habitis omnibus iis, mobili necessariis. Mobile nutriens requirit primariè fluxilitatem consonam, ut motu duci possit, fermentationes ferre, & jucundè suscipere; qua ratione, & causa, solida nutritioni applicari nequeunt, ut prioribus Iconismis pertransennam patefactum est. Incapax solidum ingredi, & regredi, quia non fluxile. Abominatur ideationes, quæ necessariæ in fluido imprimente; fugit saporum multiplicitatem, maximè requisitam fermentationibus: expellit numerum figurarum, quibus retineri nutriens debet: non annectitur semifluido; nec perfecto solido; ideoque caret motu, elasticitate vibrante, ingressu, & sequenti regressu; opponitur saporibus intromittendis, & expellendis; figuris concipiendis, assimilandis: ductibus non ducitur; quibus mediis nutritio agitur: mole non annectitur, nec vasorum capacitates eo satiari, impleri, refici possunt; nec refectivum, ni fluxile primario fuerit, extiterit. Non quacumque fluiditate affici necessariò; sed tali, qualem requirit nutriendum organum; illamque distinctam, ordine partis individuæ restaurandæ, augendæ: qualis fluiditatis distinctio reducitur figurationi; unde fluidum fluxile figuratum, mobile nutritivum necessariò esse debet: naturalitèr subjacens omnibus motibus fermentativis, chyliferis, cruorizantibus, separantibus, distinguentibus; omnibus univocis, jucundis, suavibus applicabilibus, sociabilibus propriæ specificationi, & individuationi, etiam vegetantium, maritimorum, volatilium, terrestrium: habita modulatione annitemporis, ætatis, elasticitatis, omnium, singulorumque coadjuvantium, opportunorumque perficientium. Nec mobile nutriens avium,

avium, pisciumque speciem, univocum erit: equus non requirit bovinum: cæterorum non dissimilis ratio. Admissa fluxilitate, debet quoque gaudere mistione capacissima depurationis fermentativæ, & ideantis, undè

XI. Oritur saporum præsentia in singulo nutriente; in illorum intrinseca structura residet fundamentalis ideatio alimentorum, potuum. Quodlibet cibale, edulium, alibile; uti patitur miscelæ texturam; consequentèr de necesse multiplicitate saporifera affunditur; attamen graduationis ritmo non neglecto, quamvis limones, agresta, ribbesii, absintium, aloetica, melliflua. Mixtum quodcumque tantis, talibusve annectitur saporibus, ut compositioni locus concedatur; quorum saporum prævalens excessus, & graduatio: nomen individuum talibus compositis annotant. Radices vegetantium, & vegetantia ipsa simplicia nominamus, non carenria compositionis; sed simplici naturali motu accretionis, prævalentisque saporis, & efficaciæ, individualisve activitatis.

XII. Sapores naturales alimentorum non alienantur, nec indistinctè obolentur opere chylificationis, cruorizationis, &c. Deficeret restauratio fluidorum, & individui fluidi, nec medicamentosis, elexipharmacis, diureticis, diaphoreticis, stomatichis, vitalibus, nervinis, cæterisque afficeremur, neque morbis, morborumque causis concederetur locus; qualis præcipuus in alienatis sistit saporibus. Retinentur, sed modulatæ ideationes naturales saporiferæ in salivali prima impræssione, & extricatione; & nova rudis ideatio sui mixtione intromittitur: ideantur novi fermentativi, oppositione naturali, non morbosa in ventriculari stomatica sede; quibus unitim agentibus, & successivè susceptis, fluidum ideatur chylosum, illisque singulis; sed graduatim, & distinctionis ritmo servato: repertis in organo, & consonis restaurandis subjectis corporeis organicis, ut modo expressis, sat ostensum fuit. Causa præcipua, quare simplicia notabilia saporibus carentia (uti aquea) non indigeant longa fermentatione, sed sola modulatione, ut roscidum servetur: reliquum proprium, consonumque urethicum petat emunctorium brevi motu.

XIII. Insuper ex chylosa sede ideari sapores non excludunt ideationem novam saporiferam, à cæteris sequentibus organis imprimendam; & hoc modulatione, & motu naturali. In sequentibus sedibus vitalibus, animalibus, non tantùm perficiuntur, lucidantur ipsi impræssi sapores nutrientis fluidi, & cribationibus, à fœculentis spoliantur artificio naturalium emunctoriorum; sed novæ quoque ideationum impræssiones novantur, imprimunturque, ut continuo gyremate

mate idoneæ, aptæ, capaces reddantur saporiferæ rosciditates ipsismet organis, & organicis restaurandis, nutriendis; undè præcipua seminalis similitudo in propriis natis, dum ex lucidioribus, omnibusve fluidis seminalia conficiuntur: sic pari causa, ideales molestæ impræssiones morbificæ nascendis, simili ideato fluido ducuntur. Universales necessariò saporizant organicas, particularibus non exclusis.

XIV. Nutritionis munere magis dotantur nutriendæ partes illæ, quibus copiosior, efficacior corresspondet saporum cumulus in universali massa servatus, ideatus, repertus. Acido magis graduato, pancreaticum, lucido, lymphaticum nerveum. Roscido rubro, musculosum genus, &c. Documentum experimentale, & firmis rationibus adhærens: Utuntur similibus alimentiis chylificandis, talique sapore ideatis; quo opere fermentationum modulatio, sed non deperditio; naturales organicæ, vel fluida indigentia tanto graduato sapore, mediantibus univocis alibilibus solidis, vel fluidis; opulenti vi reficientur, restaurantur.

XV. Ut excedentis, prævalentisque copiam, vim, efficaciam alicujus saporis extinguamus: oppositis introductis potionibus, alimentis, medicamentis, aut saldem assumentibus. Salsum aqueo; acidum amaro; volatile terreo, cretaceo: esurinum adiposo, &c. Hoc, opposita nutritione, ut à naturali obstacula elongentur, objicientia removeantur. His non expulsis, læditur motus, depravatur mobile, rixosus, spinosusque sapor; nec fermentationes agi possunt ritmo naturali, neque ullum consequens ipsas. Catena determinatis anulis methodicè structa; & uno læso, rupto, minimè suo munere gaudet. Dictio conflata individuis notis necessariis, una vocali, vel socia desinente, corruit dictio; variata, non expressa. Statua individuatæ effigiei, læso articulo, non sumpto, vel ruditer delineato; ridiculum, monstruosum repræsentatur opus. Nutritio quælibet principaliori ordine, modulatione, & necessitate, saporibus fundatur, figuris, motibusque fermentativis, ut sequentes annotant paginæ.

XVI. Tenetur fluidum mobile figura consona naturali uniri, retineri à nutritivis capacitatibus replendis; nec complicatis, confusis, dissolutis, nimisvè aglomeratis, nodosis affici, construi, modulari. Nec primariò fugitur mobile nutriens, ni æqualitate figurarum simbolizentur nutriens, & nutriendum; fluidum decurrens, delatum, & vas receptivum. Inæqualitas, & figurarum improportio est maximum molestum vestigium in partium nutritione; nullimodè applicari, retineri possibile est quadratum à sextili, triangulari, aut sphæ-

sphæricum à pyramidali figura cubica salis marini non retinetur ab octoedrica aluminosi, nec esagona armoniaci, vel pyramidali salis nitri. Quodlibet applicabile consonum; ritmus figurationis æqualitatis operc prætium est: retineri, nequit ossea figuratio, & satiari musculosa structione repletiva aliena; nec urticosum levigato, neque cubicum sphærico. Mutatur; diversificatur figura mobilis fluidi, ideatione alimentitia fundamentali, & acquisitiva fermentativa in organicis modulantibus, & agentibus fermentationum sedibus. Unumquodque vegetans herbaceum, plantiferum, aquaticum, maritimum, terrestre, volatile, sua externa figuratione dotatur determinata; & singulum articulum distincta figura: pedes, digiti, caput, pectus, palatum, v. g. rostro, niphulo, cæterisque: uti frondibus, floribus concessum, fructibus, seminibus, sivè ovulis secundum naturalem specificationem. Nutriuntur consimilibus distinctis fluidis figuratis: ossa osseis, cartilagines, cartilagineis: musculosa musculosis: membranosa membranosis; & ex fluxilibus lymphaticum lymphatico; salivale, salivali, subacidum subacido; amarum amaro, &c.; quibus correspondent figuræ organicæ, etiam dissimiles glandulosæ, membranosæ, musculosæ: nec ingreditur dissimile fluidum alienam organicam figurationem; sed similem, æqualem, univocam; immo aliquando aliquod ex his fluidis, retinet figuram propriam, sed nimis extricatam, expansam, angustam, parvam; uti parvus circulus, magnus; grande quadratum, restrictum quadratum; spatiosum pyramidale, arctum pyramidale; & tali modulatione depravata; nec omnimoda fit annexio figurantis figurato, nec fluidi solido nutriendo. Qua alienatione, vel distracta figuratione nequit naturalis perfici nutritio, nec applicabilitas, & sociabilitas nutritionis. Figura distracta à naturali ritmo, affert stagnationes in subintrantia vasorum sugentium; undè secundum vitium ex fluido moroso producitur graduatim; sic ex figura nimis fluxili, & parva, amovetur fluidi retentio: proportione partis nutriendæ, requirentis non fluxiliorem, sed firmiorem, aptioremque figuram. Figurato debet univocari figura fluidi nutrientis.

XVII. Remota sociabilitate figurarum, Mobile Nutriens, vel nimis fluxile redditur; & tabificæ extenuationes, adiposæ, roscidæ, nutrientes, chylosæ, spermaticæ seminales, sanguineæ necessariæ, restaurativæ accidunt; omnes, singulique morbi lumen vitale naturale, nutritivum extirpantes, evacuantes; firmiori nativa figura in fluido nutritivo amissa; alienatis figurationibus unginosis, crispis, nodosis fluido univocis, consonis, debitis, necessariis; vel graviori, solidiori, unginosiori, crassa figura ideatur, & tunc moro-

 sum

ſum fit, ſtypticum, impertranſibile, minimève ingreſſivum; ut obſtructis ductibus illis, quos ingreſſurum, & vacuitatibus, quas repletione naturali introire neceſſitaret: minimè penetrat, occupat, replet, undè ſtagnationes particulares, ſi mobile individuum erit ſtypticum, firmum; vel univerſales, polychreſtum agens opus, uti Cachexiæ, Hydropes, Abdominis abſceſſus, internæque tuberationes, inflammationes, criſpationes, & ſimilia; quibus firmis, unginoſiſque figuris ſtatim annectuntur depravati, moleſti ſapores moroſitate, figuræ defectu, alienati à ſaporifera craſi, conſono ritmo, & naturali ſtructura. Nullum Mobile ductum figuratum, ſaporibus caret, nec ſaporiferum innata figuratione. Excernenda ſucceſſivè, licet morboſa, fœculenta, vel etiam naturalia, dum figuratione carent congrua; ab emunctoriis non retinentur, nec partibus retentivis, uti teſtantur alui fluxus, fluidales, & dyſenterici, urethici, diaphoretici motus; in quibus, evacuatis, & transmiſſis morboſis; roſcidæ expulſiones ultimò pernicioſæ, læthales contingunt. Utimur præſidiis unginoſis, ſtypticis, ponticis, acidis, acerbis, cretaceis, ſimilibuſque in fluxili figura, ſervatis ſemper æconomica methodo, & univerſali totius connexione, aliorumque conſenſu, aſſenſu, conſpiratione, cauſa univocæ vitalizationis. Oppoſitis diſſolventibus, extricantibus, aperientibus, ſalinis, amaricantibus, reſivis, gummatibus, & univocis, conſoniſque; dum firmitudine figuræ, craſſitie, duritie, moroſitate Mobile in figura laborat; cui figurationi ſapores etiam conſimiles copulantur, miſcentur, affluunt. Figurarum reſpectus, modulatio, annexio, univocatio inſpicienda in figuratione Mobilis nutrientis, cujus vitiatæ, læſæque figurationes, à poſterioribus notantur effectibus, ſive naturalibus, ſivè moleſtis; ideoque non prætereunda in morborum gravium curatione, viſcerum naturalium, Epigaſtricæ regionis obſervatio: in tali ſede potiora celebrantur opera fermentativa, multorum fluidorum ſedes, & officina, magnorum viſcerum ſitus, locatio, principium chylificantis, & chylificati, &c. Criſpationes, durities, tumores, dolores, ſtagnationes præcipuæ ex tali ſede initium, & primordia ſumunt.

XVIII. In Mobili, non ſolùm motus, ſapor, figura conſideranda; at quantitativa copia, ac etiam moles. Nimia, excedens, non ſervans organici nutriendi graduationem, ruptioni præparat vaſa, nec levaminis; ſed gravaminis eſt organico nutriendo, undè ponderoſa, depræſſiva conſideratur; neque celeri naturali delatur motu, ſed opprimente, dum vaſa nimis repleta expandi, reſtringi congruè nequeant; obeſa evadunt corpora, & nimia repletione, non decen-

tèr,

tèr, sufficienterque cribationis, depurationis agitur opus. Nutriens mole æmulari debet fluidi cordiales ventriculos occupantis, subintrantis; dum naturali expansione suscipit congruam copiam semirepIentem dexterum ventriculum; vel paulò plùs, minùsve, ut ætatis, alimenti præcedentis chylificati, annitemporis, elasticitatis, sexus, & crasis structura erunt: nunquam in horum singulis totaliter, satisque repletur. Nequiret utique systolis, constrictionis motum peragere, denegato spatio organis, quorum capacitas non repleta, successivæ expu[illegible] systolicæ locum tribuit. Nimius affluxus, luminis extinctionem, pondus, gra[illegible] motùsque oppressionem pareret: sic sequentes ductus, canales arterios[illegible]rentes, & cuncti suscipientes nimium superfluum; eadem molis modulatione quantitativa reguntur, ut diastolicum susceptivum, systolicumque expulsivum agere possint motum. Nutritio Primarii Organici vestigia signans; sequens, etiam mole capaci, mobile ditescere facit.

XIX. Tenuis, tenuissima, parcissima mobilis moles in majora incidit vitia, ut copiosas fugans undas, arenosum incurrat litus. Mobile tenuissima exili mole, extinctionis ducit vestigia. Parco, nimio, & avaro Vita non ditescit: lumen non irradiat, dum nimium affunditur pabulum: partes singulæ famescunt, tabescunt, vappescunt, decrescunt. Restaurationis opus; nutritionis modulationem notans; ad æquale in perfectis, ad majus in pueris, & juvenibus agi, perfici debet. Vita motus fluidorum intrinsecorum, seu mobilis ab Organico Vivente vibratus, sed à fluidis substentatur, reficitur, conservatur nutrientibus naturalibus, graduata mole, consono sapore, unibili opportuna figura, sufficienti mole, capacibus ductibus. Dum deficit, aut prope defectiva moles mobilis esset; nec fermenta agerent: in passibile proportionatum agere opus est, omnibus annexis dotatum, præcipuèque graduata mole, ut organici exigentia reperitur. Sapores non reficiuntur, inconsona mole, quanto molesto, figura aliena, & motu depravato. Refectio copia ducitur, quanto substinetur. Motus exiles, dimiuuti, depauperati si fuerint; fluidorum quorumcunque, vel nulla, vel levissima fit regeneratio. Figuræ alienantur, vasa præparantia, & deferentia collabescunt; spiritus non producuntur, roscidum nutriens deficit, vitales, naturales, animales operationes torpescunt, vita deficit. Quicunque fame pereunt, nisi paulatina successiva mobilis nutritivi deficientia: senes naturaliter extincti, ut non paucos propè centenarium vidi; non alia causa, ni deficiente successiva nutritiva mole. Nulla fieri contingit in Privativo restauratio, neutiquam Nutritio,

ullumque conservari lumen, naturali defraudato pabulo; neque organum centuplo indigens, unica unitate delata reficitur.

XX. In ductuum, canalinm, vasorum decurrentium, deferentium necessitate, modulatione, congrua structura, & capacitate explananda, non multum morari oportet. Sunt necessarii ductus, uti medium interpositionis, instrumentale delationis ad nutriendas, augendas, restaurandas partes; nec herbæ, plantæ, vegetantia irrorantur, medefiunt, reficiuntur aqueo fluido in scaturigine, fon[illegible]; in canalibus, ductite, & origine servato [illegible] annexis, & in radices vegetativas, herbaceas, plantiferas fluidum deferendo, affluendo, ducendo; in quibus consideranda capacitas, immediatus nexus, continua successivitas, ruptio, moritas facta in alienum corpus, & vacuitatem, molesta affusio.

XXI. Omnibus deferantibus vasis, principalitèr concedenda capacitas, qua suscipitur, repleturque organica vacuitas nutrienda fluido delato, deferendo; æquales requiruntur capacitates ductuum, quanto, mobilique transferendo à scaturigine, fonte, loco, organo fermentante, conficiente, ideante. Improportio capacitatis, vel diminutæ, vel auctæ, morbosa est: si dilatata, expansa nimis, v. g. arterialis cubiti, tibiæ, alteriusque partis; tunc auctæ nutritiones, undè unum articulum inæquale socio consimili: quales monstruosas inæqualitates sæpissimè observantur; sic similes in lymphatico fluidi vase contingunt excrescentiæ, præcipuè tibiarum; & si exilitate afficiantur, unum articulum imbecillum, exilisque nutritionis, uti aliquos scimus, Rachytidos, Delentes. Universalis improportio vasorum, ruptionem inducit in pulmonali venosa, aorta arteria incapaci recipiendi totum systolico motu detrusum à sinistro cordis ventriculo: quales eruptiones observamus in iis gracilitate vocis organizatis. Multum conficitur, at violenter totum assumitur ab arteriis, in capacitate vacuitatis: moles excedens, deferens, deficiens, raro contingit, sed observatur.

XXII. Nexus immediatus ab organo perficiente in partes subjectas nutriendas; ut si interpositio obstaverit valvulosa, anastomasea, compressiva vasorum, ut in tumoribus varicosis venosis. Ancurismate, affusione lymphatica, tuberculo, percussione, incussione, mala compositione, lunatione, &c. oriuntur vasorum non immediati nexus, & affluxus: sic partium incisiones, punctiones in salasso, arteriotomia, &c., quibus in casubus, vel totum elanguescit, effuso fluido necessario, vel partes illo restaurandæ vappescunt. Continua necessitat, successivitas deferendi, traducendi; qua remota;

vel

vel depravata in vitali organo, syncopales effectus, deliquia, palpitationes, cordiales oppressiones, partium obstupescentia, languor, defectus. In ulceratis, graviterque vulneratis partibus; musculis majoribus affectis, subjacentes; nutritione indigentes partes privantur, successivitate continua; ideoque præcipuè imbecillæ, quamvis ex aliis etiam causis lædentibus id contingat.

XXIII. Irrumpunt aliquando ex occasionali causa in aliam capacitatem, morbosa tamen, uti sunt ruptiones lymphaticorum vasorum in Hydrope; pancreaticæ in villosas intestinales; atroces, gravesque cruciatus causando. In Venoso genere ruptio varicosa, erosiones, dieresis, & anastomacæ apertiones, transudationes diapedesis; sanguinis spuitiones, hæmorrogiæ omnes, aneurismata, ruptiones vasorum omnium, uti innumeris morborum speciebus, & multiplicitate symptomatum sat clarè patent. Scio Juvenem passum fuisse incisionem in musculis buccinatoribus, lymphatica ductione scatentibus; & nunquam convaluisse, ruptis lymphaticis, incisisque vasis: nequeunt consolidari, uniri, cicatrizari, quæ fluido continuo scatent; dum ulceris sanatio, partis exiccatio: figuræ non coalescunt fibrosæ, nec alligantur cicatrizzatione, ni sapore roscido adhæsivo, & quiete. In his nec figuræ coalitio, nec saporis morosa quies, neque motûs suavitas unitiva; undè maximè cavendum à similibus incisionibus, quarum coalitio non speratur, causa fluidi scatentis continuè successivi; cujus madido affluxu; motu continuo, & mobilis saporiferi fluxilis, nullimodè obtineri cicatrizatio potest. Ultione utuntur, inciduntque in morbum stagniationis.

XXIV. Sunt vasorum capacitates in machina vivente vacuitates ventriculares structæ, & modulatæ proportione naturali ritmica, & tanta præstantia figuratæ, ut quælibet suam annotet distinctivam fabricam, atque texturam, qua assimilari debeat suo suscipiendo figurato fluido nutritivo. Est tantæ excellentiæ capacitatum ventricularium terminata individua figuratio; ut data occasionali molesta depravatione figurationis vasorum, sivè ventricularium capacitatum, statim oriantur nutritionis vitia, morbosæ crispationes, tumores, resolutiones, & molestissimæ fluidorum morositates. Vasorum principalium depravatæ figurationes, e. g. ventriculi, cystici ductus, pancreatis, cordis, racemosi sacculi lactei, cæterorumque viscerum capacitates: nulla progressa mora, eorum fermentativi motus distincti, ac diversi molestos, morbosos pariunt effectus individuales ordine visceris offensi: si contingerit in osse; osseam nutritionem alienant; in glandulis, musculis, singulisque id ipsum evenit. Fluida requirunt simbolam, univocamque figurationis capacitatem ingressu individuo

dividuo proprio, & in ipsis omnibus tanta, talisque necessitat passibilis capacitas; quanto altiori ritmo reperiri opus est in solida quacumque parte. Fluidi mobilis figura petit suam æqualem organicam vasis capacitatem; & utriusque mutua semper adesse debet sociabilitatis univocatio. Augusta, crispata, obducta, exilis, aut latior, lassa, nimisque patula vasorum capacitas signat certa morbosæ nutritionis vestigia: in organo polycresto universales, in terminato individuales oriuntur spinosæ nutritiones. Nec digitum, nec unguem, nec musculum, vel membranam, minimumque exilem capillum excipies. Dicuntur ventriculi tales universales, & individuæ capacitates imitatione sedis, & ventricularis capacitatis chyliferæ, cruorizantis, limphaticæ, nerveæ, aliarumque: sicuti initia sumunt cibi in fermento esurino stomathico chylificationis, & ultimatæ ideationes aguntur distinctæ in quolibet individuo organo ideante; pariter etiam ventriculi nomen, & opus nanciscitur singula terminata pars suo fluido univoco nutrienda in, & ope suæ capacitatis, in qua, & ex qua ultimationis annexio, & opus nutritionis perfectivæ auctivæ, aut restaurativæ ultimò perficitur. Musculosa capacitas sugit musculorum consonum fluidum; membrana suum æquale: ossa individuum sociabile; at non ultimatè perfectum, sed perficiendum annexione auctiva, vel reficiente. Alimentum cibale ducit aptam sociabilitatem futuræ chylificationis; sed ultimata chylificatio perficitur in propria sede: sic cruorizatio, & reliqui motus fermentativi. Sociabilitatis passibilitas non excludit ultimatæ ideationis motum, & perfectivam impressionem individuationis distinctæ ex diversitate, & multiplicitate ducentis, & ducendi.

XXV. Individua applicabilis moles præcurrit nutritionis opus. Mobilis fluidi nutrientis applicatio, sivè futura consequens annexio reperibilis venit in ipsa nutritionis textura. Non magna, non parva exilis, non dissona, aut discrepans individuo sopore; nec ponderosa, levis, inconsona motui ductivo, & fermentativo: ducibilis sua fluxilitatæ passibili, & sociabilis figurationi organicæ, quam ingressura, & cui annectenda. Vitium si capiat qualecumque; pari ordine tale pravum signabit vestigium. Oppressiones, obesitates, obstructiones, morositates fluidorum ab ejus depravatione non excluduntur: tales reperies molestias, qualia annotabit singula vitia molis proportio.

XXVI. Distinctione motûs, mobilis, saporis, figuræ, ductus, vasorum, & capacitatum, atque molis annectendæ (non enim totum mobile parti nutriendæ unitur; refluum est, quod capacitate vasorum non retinetur, neque necessitat: ut quantum, non ut

mo-

mobile auget: excluderetur motus regreſſivus, & omnium fluidorum gyrema univerſale, & individuum) fit diſcrimen intromiſſionis quantitativæ, ſpecificæ individuatæ partis roſcidæ completè perficiendæ in capacitate terminata ventriculari replenda, nutrienda, augenda, ac reſtauranda. Satietatem patitur ventriculus in vacuitate organica ex mole cibali quanta chylificanda; & hoc tam proportione vaſis recipientis, quam eſurinorum extricantium, fermentantium, & perficientium adequatam organici agentis opem: paſcuntur ventriculorum individuorum, ac multiplicitate organica naturali ſtructorum; diſtincta ultimante fermentativa nutritiva reſtauratione roſcidæ molis intromiſſione ſuctiva tranſlata, & univocæ figurationis, ſimboleitate ſaporiſera annexibili quieſcente; & ſic quantum molis mutuo ſociabilitatis vinculo retinetur: refluum illud omne roſcidum fit ad propria principaliora univoca organa, cauſa exuperantis molis, aut perficiendæ, atque ultimandæ cribationis; dum roſcidius, ſuavius, ſociabilius, & figura, ſapore, & annexis, capacius fuerit, & nutritionis perfectam ideam retinere. Omnia expreſſa mobili annectuntur, at mole quantitativa perficiuntur. Oculus anatomicus obſervat, & demonſtrativo ritmo ſuaſus venit.

XXVII. Eſt Nutritionis idea fundamentalis annexa motui fermentativo, cribativo, ductivo, & ſuctivo replente vaſa nutrienda: undè opus nutritionis completur. Motus reſpicit ſuum univocum fluidum mobile ſaporiferum, figuratum, ducibile, & mole applicabili annexibili capacitati univocæ, & conſonæ vaſorum. Tale undè exprimit opus nutritivum, quale intrinſecè denotatur.

XXVIII. Actus fermentativus initians, medius, ultimatus idealis nutritionis univerſalis, & individuæ; ſcilicet quomodo fiat expreſſis, & ſequentibus paginis dicendis: nec obſcurus, nec implicatus; at nimis claritate gaudens ly quomodo. In puncto ſaliente generationis cujuſcumque motus extricationis primus ex elaſtico ſpirali, & ſaporifero ſoluto in craſi figuratum; indèque medius perficiens, & ultimatus agens compoſitionis organicæ, & machinæ viventis ſtructuram in ſua conſona triplici dimenſione, & homogenea ſpecificatione, & individualium eterogeneitatum, tam fluidorum retentorum, quam ſolidarum retinentium; uti decimus quintus annotabit Iconiſmus: patefactum venit quomodo.

XXIX. Naturali ritmo omnia, ſingulaque organa viventis cujuſcumque machinæ retinent principio generationis ſuccos, ſivè fluida neceſſaria ad tantæ machinæ vitalitatem, quæ motu fluidorum ducitur, & vegetativo ordine (intellectualia, volitiva, & omnia his annexa ſunt à Magiſtra Rationali Anima) una inſimul organicis,

& or-

& organicorum vicem gerentibus. Fluida ergo singula, & organica solida conspirant unico fine, scilicet nutritivo auctivo ad certum tempus, & imposterum restaurativo, quo vita in motu est, agit, operatur; & quolibet terminata fluiditas, ac signata solida pars utitur suo munere, suisque annexis agit; undè fluidi, & solidi usus, vel intùs, aut extrà. Conspiratio universalem actum conservat vitalitatis, sivè vegetationis, & sensationum omnium in Machina vivente usu fluidorum in sapore, figura, & motu, tam universali, quàm individuo modulatorum: in quo motu respiciendæ sunt, & considerandæ venjunt omnes fermentationes naturales: extricantes saporiferæ, & figurativæ mechanicæ struentes texturam viventem.

XXX. Extrusis fermentationibus singulis in organo salivali, sede chylifera, cribativa separatione infrà pylori capacitatem: intromissa massa chylifera in racemosam vacuitatem lacteam, priùs tamen suscepta ex ramo, sivè magno lymphatico trunco irroratione lucidi nervei nitidi fluentis: ideato chylo, & deducto in subclaviam, & exillarem petentem ventricularem dextram primò, indèque sedem sinistram arcuatione venosæ arteriosæ, arteriæque venalis; & in utroque ventriculari figurato vacuo consono cordiali celebratis fermentationibus ideantibus necessariis, ac suscepto spirali elastico copiosô ad motus successivos omnes necessario; & expansionibus consonis patefactis motibus diastolicis, sequentibusque expulsivis systolicis; in Aortam magnam capacitatem, arteriosumque primum genus ductuum dividendum, distinguendum in medios, mediocres, exiles, capillares: ascendentes, descendentes, omnesque ramificationes petendo proportionata vasa solida; & horum contenta fluida causa restaurationis, & vivificationis nutritivæ in utroque genere & fluiditatis, & soliditatis, veluti ex polychresto ducto mobili apto tribuere unicuique illud ipsum, quod luminis substentandi causa, quam auctivæ molis ratione opportunum necessitat; fit ductio, translatio, intromissio, receptio figurativa; annexio saporifera cuique: distinctione, & discrimine tali, ut in fluxili corpore, ac omni genere fluido fiat auctio, & restauratio vivescens transmissibilis annexioni, & operationibus requisitis in se ipsis perficiendis saporifero, figurativo, & quantitativo modo; ut indè organicæ solidæ partes omnes iis fluxilibus restaurantibus pasci possint, nutriri, & augeri molifica quantitativa trina dimensione æquali, ex deperdito successivo causa destructionis successivæ naturaliter contingentis; aut unà insimul reficere omissum expressa causa resolutionis destructivæ, & majoritate ejusdem mobilis quanti augere texturam cujuslibet partis augendæ, non dum ad naturalem perfectam, completamque dimensionem per-

ventam,

ventam; modulatam, & contextam: quod opus accidit ætate crescente puerili; pubertatis, & juventutis annis: reliquis verò restaurationis motus, quæ nutritio est servans, non augens molis organicæ, & machinæ viventis structuram, tam ordine fluidorum, quàm capacitate solidarum contentarum partium.

XXXI. Concesso motu ductivo cuilibet parti generandæ ultimatè, reficiendæ nutritionis opere: ductibus intromisso mobile quanto mole applicabili; insensibili ideatione fluidum appositum retinetur à ventriculari capacitate individuæ partis:qualem retentionis quietem agnoscimus in figurarum proportione, ac æquali modulatione contenti, & continentis solidæ, aut ritmum soliditatis habentis: tali quiescentia, sivè non extromissione fluidi recepti nutrientis; pars vivificanda, augenda, & nutrienda ex amicabili saporifera sociabilitate jucundè jocatur, illoque suavi refectivo sapore fruitur, ac pascitur mobili nutritivo succo; qui non de cætero fluitare aptus omnino est, causa insensibilis soliditatis paulatim impressæ receptione figuræ, & satietate, atque jucunditate saporifera roscida suavi univoca, & retenta æqualitate figuræ: quibus occurrit motus accretionis, nutritionis, aut simplicis restaurationis, & idealis annexio realis fluidi decurrentis, & intromissi retenti in capacitate ventriculari, ordine suo dicta; & cognatione mutuæ sociabilitatis in corpus primò semifluidum, indè parùm solidum, & denique undique organicam similarem tenturam nanciscendo: sic ultimata ideatione nutritivæ fluiditatis in parte nutrita, aucta, vel ad minùs refecta, aut ad æquale, aut ad vitale lumen, & orgasmum vivens ad tempus conservandum; sic virilitatis, & senescentium dilucidatio agitur.

XXXII. Enimvero nutrienda qualiscumque organica, similaris, glandulosa, ossea, musculosa, cæteraque; minimè excludit antecedentem suam irrorationem, sivè vivificationem roscidam nerveam lymphaticam; vel vase propinquo facta, aut eterogeneitate polychresti mobilis nutrientis intromissa: qua vivifica irroratione, pars nutrienda jucundè expanditur, & diastolizat in suctione nutrientis fluidi. Senes, tabidi, pycrocholi tali confusa necessaria dilucidante irroratione carent ex defectu fluidi non deducti, vel deficientis in Machina vivente, aut spinosi molesti non jucunditèr irrorantis, at spinosè agentis ex vitio quanti, ex culpa figuræ, ex defectu saporis: quibus univocatur molestus motus; undè arescentia, remotio nutritionis; insociabilitatis spina, & oppositionis nutritivæ scaturigo: distinctione vitiorum, etiam diversitas morbifica gravis, mediocris, vel levis insurgit.

XXXIII. Sic explanato Quomodo Nutritionis; nec denegato

cuilibet fluido cribationis univoco motu ex proprio figurato, & constructo emunctorio peracto; opere pretium erit pandere ly Quando fiat tanta Nutritionis annexio, & universalis vitæ illuminatio.

XXXIV. Sensitiva singula cujuscumque specificationis tali ritmo nutritivo gaudent; non seclusis omnibus vegetantibus herbaceis, & plantiferis à simili nutritionis ordine, graduatione, & perfectivo ultimato opere. Radices sugunt minores masticando: digerunt majores ventriculares esurinis ideis chylificantes: reliquæ musculosæ corticales, osseæ ligneæ, fibrosæ, periosticæ, medullares distinctis ventriculis idipsum perficiunt, licet rudiori ordine, & naturali suctione opus nutritivum adimpleant; attamen motus, mobile, sapor, figura, moles, ductus, vasorum capacitas, & annexio non longa, nec distans ab expressis habetur. In his Tempus, sivè ly Quando in magno discrimine versatur, distinctione annitemporum: vernum, æstivum, autumnale, hyemale auctionis, & germinationis fructiferæ, & seminalis ovulatæ gerunt diversa signata vestigia, ratione irradiationis spiralis elasticæ solaris distinctæ.

XXXV. Insensibilis, Nutritionis motus est, qualiscumque terminandus. Continuo gyremate omissum restauratur: lumen candelæ continuè successivo indiget pabulo nutritivo restaurante deficientes pabuli vires; & copiæ declinanti succurrit alimentum immissum. Paulatina extinctio univoca, & æquali indiget refectione successiva.

XXXVI. Tempus Nutritionis est continuum successivum, dum successiva fit omissio, non interposita morula; sic successivum continuat restaurans mobile fluidum. Sanguinis, singulorumque fluidorum gyrema non solùm filtrationis exercet opus; sed motuum omnium, & fermentationum perennem actum, & vivificentiæ munus.

XXXVII. Allabitur copiosiùs mobile fluidum nutritivum in replendas capacitas, & implenda vasa nutrienda, dum novo alibili ideato chyloso; cruifero, nerveo, lymphatico, alioque affluentèr afficitur, augetur, restauratur ex intromissis opportunis cibariis consono tempore fermentatis, & ad sociabilem nutrientis ideationem redactis. Signatur allabentis fluidi copia, & sequens validior nutritio, & restauratio, diversitate annitemporis, ætatis, regionis, spiralis elastici, & alimenti copia, & specie.

XXXVIII. Sint herbacea, & plantifera oculare documentum: nimis copiosè augentur tempore Veris, dum copiosus insurgit affluxus sui consoni cruoris; & hoc motu irradiantis patris solaris, à quo extricationis motus efficacior, ac validior in fluida terreo aruo contenta: graduatione majori, mediocri, & exili gaudent vegetantia illa ex eodem occasionali annitempore, locatione zodiaca, vel individua

dividua terrea: sensitiva idem designant tempus, & annonæ roscidæ validitatem distinctione alimoniæ mobilis, alimentorum speciebus, spiralibus præsentibus, ætatibus, reliquisque annexis, & occasionalibus contingentibus: conchylia in Pleniluneo majora fiunt; minora in Lunæ silentio.

XXXIX. Sic breviori tempore reparantur fluida, longiori solida; & inter fluida celeriùs simplicia, tardiùs mista, & polychresta: in solidis citiùs tenerioris structuræ partes; longiùs durioris tenturæ, & longissimè offeæ nimis duræ organicæ figurationes: hoc ratione fluiditatis, ut probatum antecedenti calamo. Nutriens fluidam modulationem exigit, minimè solidam; & quo fluidius, eo magis nutriens: sic roscidissimæ impetum facientes elasticitates balsamicæ instantaneè solo odore reficiuntur; & hoc ob tenuissimam structuram modulationis, quæ statim ideationis cujuscumque impressionem totaliter recipit: passibilis fluidi nimia capacitas, & agentis ideantis valentior intromissio sunt celeris restaurationis causa; & hoc non solùm in perfectivo motu nutritivo; sed etiam in defectivo adverso morboso. Venena, fœdi vapores; pravique odores amplè agunt, & cessant protinùs ipsi: tantæ graduationis distincta signantur vestigia ex ritmo solidissimi, solidi, semisolidi, fluidissimi, fluidi, & semifluidi.

XL. Undè in quacumque vivente Machina invenire licet restaurationis nutritivæ distinctum Quando; sicuti in singulis artibus diversa temporis intercapedo ex causa passibilis resistentiæ, & activæ imprimentis: in statuaria morosum tempus, lignaria, marmorea: minùs in pictoria; celerior fullonica: sic sartoria, sutoria, & innumeræ artes; quarum omnium Machina sensitiva vivens texturas retinet: omnes artes quotidiè in hac perfecta Machina exercentur in modulatione, & opere universalissimo nutritionis: quo nutriuntur, augentur, reficiuntur, construuntur omnes colores, sapores, figuræ, motus; & organicum in sua eterogeneitate partium, minutim tanta artefacta imitantia naturalem viventis Machinam servat.

XLI. Celeriori quando qualiscumque, & cujuslibet speciei nutritio agitur in spirali elastico lucido roscido: minori, ac morositatæ in cænoso, & vappido aere. Esurina moventur, extricanturque primario à spirali movente; cujus injurias, occasionalesque molestias viventi nutriendæ machinæ, inspiratione successiva continua circundans elasticum corpus tribuit.

XLII. Cœtus viventium ordine specifico diverso, breviori, ac tardiori Quando capiuntur. Sylvestria ferocia animalia continua fame exitiosa tenentur, causa esurini volatilis, nimisque activi; un-

dè reliqua fluida simili extricante motu affliguntur: hinc operandi ferocitas, & sævitia: sapores, figuræ, motus activitatis, ideationes inter se univocantur: vappida cœnosa animali exili fame præhenduntur; talique restauratione ducuntur.

XLIII. Elasticitas annitemporum istud Quando afficit morositate; vel celeritate: hyeme ut plurimùm validiores, ac breviores nutritiones; æstate longæ, imbecillæ: vernum, & autumnale tempus in sensitivis medium Quando tenuere; in vegetantibus germinantibus, vere gravior, & nutritio copiosior; hyeme diminutior perficitur: in his elasticum movens, & extricans; in illis esurini copia tempore hyemali, & organicæ viventis Machinæ firmitas, saporumque unio, & activitas major.

XLIV. Sunt glires somnabula hyberno tempore animalia, & insecta, tunc arvo terreo servata; & unico capto, autumnalibus diebus, alimento successivi, at lentè nutriuntur; dum longissimo somno præhensa, multis mensibus tenui chylificatione servantur. Tanto Quando brevitèr deducto.

XLV. Successiva Nutritionis necessitas reperitur in qualibet Machina vitam ducente. In motu fluidorum vita agitur, at successivo continuo. Interupto motu, deficit vita: deficientibus fludis extinguitur vivens: non permanent fluida, ni continua nutritione restaurativa reficiantur. Adest motus, adest fluidum: est fluidum consonum in Machina, necessitat Nutritio, ejusdemque restauratio.

XLVI. Inspiramus; vivimus: vivimus, restauramur: restauramur, nutrimur. Deficit totaliter omnimoda spiralis elastica intromissio sensibilis, vel insensibilis: fugit vitalis motus: abest motus, perit restauratio, & naturalis nutritio.

XLVII. Vivimus inspiratione balsamica roscida spirali mediis organis vitalibus. Naturalibus, & sequentibus annexis Nutritionis opus agitur: Vitale elasticis, & fluidis nutrientibus. Naturale illis perficitur: mutuam tenet utrumque sociabilitatem.

XLVIII. Aliud non operatur opus Nutritio, nisi vitalis luminis conservationem: si tantum lumen necessarium est cuique viventi; agnosce illud in Necessaria nutritione successiva continua.

ICO-

ICONISMUS XV.

Perfectorum sensitivorum Generatio, & Ideationes Quales.

I. SEnsitivorum vitalitas duplici perfectissimo cardine volvitur, conservativo individuali nutritivo, & specifico propagitivo universali. Primi vestigia sat signata; opere pretium est secundi incurrere notas. Generatio est nova quædam Productio, & Germinatio in vegetativis; semper tamen ex supposito habito antecedenti fundamento seminali prolifico, & ovolo fluidis aptis structo, & fermento masculeo fœcundante. Vegetantia germinatione seminis specifici continentis duplicatum indumentum; externum durum æmulando Chorium, internum alterum Amnios, sive Amiculum. Fructus omnes, nuces, castaneæ, cunnus, avellana, glans, triticum, faba, cicer, hordeum, lollium, avena, &c. duplici veste continentur duriori extera, & teneriori interna. Oviparorum etiam ova quæcumque putamine duro, & indusio intrinseco tenello. Verminationes singulæ, vel in sinu herbaceo, plantifero, fructifero, fungoso, sensitivo; duplicatura vestium, induuntur; binario indusio includuntur. Duabus tunicis, sive membranis investiuntur ova generationi dicata, exteriori Chorion, interiori Amnion; tam Vegetantium, quàm Oviparorum omnium volatilium, maritimorum, verminosorum; idem ritmus in sensitivis estat.

II. Ejusmodi Ova diversæ figurationis annotantur: Orbicularis in mulieribus; in equabus oblongæ figuræ. Animalibus bisulcis, uti vaccis, cuniculis, ovibus, muribus, felibus, canibus, cæterisque non univoca figuratio; nam unica membrana, uno cornu plura ova continentur: sic magnitudine diversa, varietate specierum ciceris, cannabis, papaveris, pisi, vicciæ seminibus, moleculis simillima. Neque introstantia modulata fluida inæqualia albuminibus ovariis, ut in mulieribus crystallina, limpida, purissima, spirituosa subtilia sint: tanto præstanti operi struendo dicatæ.

III. Naturalibus uterinis tubis, & è testibus ovo in uterum prolabente, Generationis ordine, & tenuibus duplicatis membranis naturali structura ovaria investito; indè in utero recipitur, & suscepta seminali fœcundante virili fervescentia, primordia in eo suscipit, nec alicui parti firmiter, primis diebus adhæret; nam simplici afflatu, motuque propelli posset; at fœcundatum nequaquam oriatur, undè novo operi operam dat Maternum animatum agens; & ad uterum statim

tim laudabilem, roſcidum ſuccum tranſmittit, ut in eo capaci, fertili, fœcundato arvo implantetur, incrementum ſumat, delineationem, modulationem ſtructuram: quibus diebus vomitus; nauſeabundæ fiunt concipientes mulieres; lucido puriſſimo ſpiritoſo tunc delato ad uteri capacitatem; generationis cauſa.

IV. Semine vegetantium fœcundo in arvum fertilitatis injecto; ſive in terræ uterum delato; non primis, ſed ſucceſſivis diebus quamplurimis: in nonnullis tardè; ut fabis, ciceribus, viciis: aliis mediocribus, hordeo, tritico: multis brevi tempore, ut ſeminibus raparum, baſiliconis, &c.: tunicæ exteriores ovales intumeſcunt, incrementum recipiunt, alliciendo copiam fluidi nutrientis in propriam capacitatem, & interna capacitate augentur, uſque quo radicum affixio arvo terreo accidat, & alligatio, annexio materno utero, à quo alimonia continuò ſuſceptura, allicienda erit, futuræ germinationi neceſſaria.

V. In ſenſitivis non diſſimili extricatione ovum in utero fœcundato, ſuis tunicis augumentum capit. Materno agente, naturali ejus motu, ad uteri fundum defertur ſuccus alibilis, quo imbibuntur membranæ, turgeſcunt; & tunc firmiter utero hærent, & placentulæ corpus conſtruitur, uti in oviparis quotidiano intuitu edocemur, licet exiliſſima in his placentula ſit.

VI. Tali imbibitione grandeſcens, uteroque adhærens ovum: in interiori ſua tunica Amnios, ſive Amicula nuncupata incipit apparere nubecula quædam (ſicut oviparis contingit tertio incubationis die) quæ ſenſim grandior facta; in ejus medio punctum ſaliens apparet; ſcilicet Primus Motus extricationis; indeque ſucceſſivè in embryonis corpuſculum informe grandeſcit, augetur, & initium capeſcit nutritio: ſic de die in diem perfectam, majoremque naſciſcitur molem, ſtructuram, & ſingulæ partes temporis decurſu perficiuntur; non ſolùm fœtum componentes organicæ, ſimilares, diſſimilares, viſcera principaliora, vaſa deferentia, & agentia, fluida ducenda; at indumenta, tunicæ, membranæ continentes embryonis corpus. Placenta, Chorion, Amnios, funiculus umbilicalis arteriis, & venæ contextus: quibus alimonia depuratur, ſcilicet moli placentæ, & arterioſo funiculo defertur: quandoquidem Gemelli, Trimelli generantur, duplicata placenta, indumentis ſingulis, funiculis umbilicalibus, licet inter ſe aglomeratim annexis; & fit dum ovum Tubarum periſtaltico motu deorſum pellitur, angulumque uteri, ob ejus anguſtiam occupando; altero ovo detruſo deorſum in alio angulo manente; & aura ſeminali per uteri Tubam ad Teſtem muliebrem tranſeundo, unum, vel plura ova fœcundentur,

tur, in eodem angulo: superfœtatio accidit, si distinctis angulis ova fœcunda ad uterum delata fuerint, suo tempore plurium exclusio, & partus successivi eveniunt, uti distinctis motibus generativis, & fœcundatibus ovorum prolificatio contingerit.

VII. Inæquale tempus inspicitur apparitionis nubeculæ in crystallino fluido ovario, & tunicarum intumescentia celerior, morosior, puncti salientis introductio, motus accretionis, & annexionis uteri fundo, ex propria specificatione ovaria, & seminali univoca: illis feminibus citissima accidit radicum germinatio, & arvo terreo affixio, quæ celeri motu enascuntur, augentur, grandescunt; nam saporum, & figurarum modulatio totum id perficit. Pullulatio avicularum, gallinacea, vigesimo primo completur die; ideoque tertio apparet nubecula ab incubationis fotu. Pavonibus trigesimo quinto die fiunt exclusiones pulliferæ, & nubeculæ, puncti salientis apparitio septima, octava die. Testudines 75. die enascuntur, nec duodecimo nubecula permittitur. Viccia tardissimæ germinationis, non intumescunt ejus indumenta pluribus hebdomadis: sensitivis singulis eadem proportio, & ritmus contingit: quæ breviori enascuntur, celeriter punctum apparet saliens, licet longo tempore non suscipiant perfectam delineationem, at fœcunditatis fermentum operatur: sic in masculino conceptu, celeriùs ovum grandescit, & augescendo, utero alligatur citiùs, & placenta generatur: cujus textura, & annexione agitur depuratio fluidi nutrientis, & stillatio in tunica Amnios, succi limpidi roscidi; quo mediis, ultimisque mentibus, embryo pascitur; ore alliciendo, sugendo contentum fluidum, cujus reliquiæ diluunt uteri vaginam tempore partùs: affunditur, ruptis, laceratis membranis, & præcipuè Amiculo continente immediatè nutriens, & corpusculum nutriendum: in fœmellis morosior nubecula videtur. Vetulæ designant pullulationem fœmineam, eligendo rotundiora ova, & longiori præterito tempore à gallo fœcundata, & exclusa; at masculeas proles longiori figura designando; & illa recentia ab ovario seclusa incubationi supponunt; quibus punctum saliens, nubecula celiori ordine inspicitur. Univoca, æqualis agendi modulatio, graduatio, & motùs generativi primordia extricatio in saporibus fluidorum seminalium.

VIII. Varia, diversa ducuntur fluida nutrientia ideata, & in materno arvo fœcundata; saporibus scilicet, figuris, mobilis mole, & fermentis dotata. Imperfectum lactiferum, forsan chylosum, prope in lacteum migraturo; uti mulieribus mediis mensibus apparens, & à Placenta expræssum: argumentum partùs, ut statim ac triduo enixa fuerit, lac copiosum à mammis fluat: non defertur ad

ute-

uterinam Placentam, sed ad mammarias glandulas, ut illo fruatur fluido, quo utero conclusus pascebatur fœtus. Arterioso fœcundiori gaudet, & venoso parciori in Placenta, suo regressu funicularii depurato, cribato aptiori reddito. Sunt vasa deferentia universalia, quibus mediis deferuntur nutrientia, & illis delatis in machinam viventem; nutriri, ac gaudere debet excludendus fœtus.

IX. Oviparis multiplicantur etiam vasa deferentia, ductus, organicæ partes in generatione geminali. Inspeximus pullum monstruosè quatuor pedibus organizatum, duplicata alvo, & geminatione inæquali intestinorum; quibus quadruplicata pedificatio respondebat; & binata alvus; nam ovo fœcundato, & generationi traducto, vitellorum, & albi binarius numerus aderat; sic quoque agninæ tunicæ, & consequentia. Excreta utraque alvo deponebat: duobus perfectis pedibus gaudebat, alternis parumper retractis, & decurtatis; pipillabat, & vitam duxit quatuordecim diebus. Extinctus nimia alvina dejectione, dum unicum servabat ventriculum, singulare rostrum, individuum caput. In vegetantium feminibus, unitates germinationum, & capsularum feminalium quotidiè observantur; suisque multiplicatis tunicis investiuntur, geminatos edunt stolones, furculos, quorum unus semper vegetior, alter vappidus, imbecillus. Horum causa estat, primordia implantatio arvo terreo, angulo uterino, Placentæque antecedens initiata productio, & annexio: radicibus majoribus cedunt minores, ovo grandiori subiciuntur parva: alimoniæ copiosiores ducuntur ductibus capacioribus, quàm exilibus. Motus, mobilis, figuræ, & molis celeritas, efficacia, amplitudo, quantitas grandior; productum tali ordine modulantur.

X. Roborantur, reficiuntur, nutriuntur, incrementum capescunt embryones quicumque omnibus, singulisque fluidis maternis naturalibus, & naturali quoque novante causa productis; scilicet lacteo, vi generationis noviter affluxo ex Chylosa massa vasis ascendentibus rectis ad mammas, vel per thoracicas arterias cum sanguine defertur; & à mammariis glandulis secernitur. Chylum contineri in sanguine, quis dubitare audebit? salassum quotidiè in sanguine evacuato sat annotat. Vasorum lactiferorum, arteriarum thoracicarum capacitates, & structuras, lactiferum fluidum ducere ad mammas proprium est. Virgines noscimus exprimere lac à propriis papillis, quamvis parva mole quanti ob duritiem, & exilitatem: sic in viris, & unum cognovi, qui forti compræssione paucas guttas affundebat, nam à mammariis venis descendentibus à trunco axillaris venæ sub osse pectoris ad mammarum glandulas: aliæ ascendentes ad

ip-

ipsas, quarum anastomoseæ annexiones, & consensus obvium motum annotant inter uterum, & ipsas; hinc nato infante chylosus succus non secernitur in uterum ex delato sanguine, sed ad mammas fertur, & in lac nanciscitur; texturamque infantilem; ideoque lactantes rarò mensium motum agnoscunt, delato lactifero mammis; quale suo pondere chyloso, & sapore fermentativo, cum aliis annexis mensalem ducit motum, salicibus, & robustis celeriori tempore: aliis tardiùs.

XI. Undique patet fœtum lactifero una nutriri, aliisque fluidis maternis utero delatis: arterioso principaliter, venoso, chyloso ex arteriis secreto, lymphaticis, nerveis, & omnibus in chylifero, & cruore cruditer existentibus: nec chylus in sanguinem, & hic in lac. Cernimus post breve tempus à potu, alimento sumpto mammas excrescere; incrementum lactis suscipere; neque copia abundantissima, lactis confici posset, si sanguine constare necessè esset. Unica die nonnullæ lactantes successiva suctione papillis deferunt tantam, ut sanguinis quintupla graduata parte expulsa, certo ânimo deficerent; & continuatis suctionibus benè valent; immo cibis, potibus nimis indulgendo, non offenduntur, & veluti novo capacissimo emunctorio aperto universale chyliferum; eoque mammifero organo, papillisque multis cribatur, magisque firmatur chylum nancisci lactis structuram, ex ipsius stagnatione, & unius tubuli, alteriusque occlusione, tumescens in glandulis, ductibusque lactiferis concrescens, grumescens, non sanguis, sed lac congrumatum inspiciatur, etiam in centralibus mammarum glandulis, & uti à chylo distincta segregantur fluida in propriis organis: sic lympha in lymphatica vasa: pancreaticum in pancreate: nerveum, &c. non alitèr à sanguinis massa chyliferum in mammis, ut ultimatam ideationem in, & ab ipsis ideantibus suscipiat, ut cæteris accidit succis. Suctione, embryo pascitur fluido in tunica Amnio depurato: placenta, & chorio præparantibus antecedenter. Hoc pluribus elucescit: primo in Abortivis fœtibus quinque, sex mensium: eundem similem succum univocè repertum in ventriculò expulsi abortivi fœtùs, ut in illo Amnion retentum; quin etiam occasione morbosa; disrupta tali tunica, & affuso tanto succo, fœtum extinctum esse, nec umbilicalia vasa totum nutritionis munus adimplere potuere, sufficienterque valitura. Nimia abundantiori copia, occasionali præstita causa, Amicula tunica extensa; tandem successivæ nimiæ repletioni cessit, & rupta: qua solutione, tanti fluidi plures libræ affluenter extrusæ; nulla minima guttula sanguinis apparente: gerebat illo spatio sex mensium: triduo indolens passa est; tandem mortuo fœtet; jam lucis prima

Ll aerisque

aerisque novi, vestigia munera quærens, obstetrice testante, ut etiam sacri lavacri in brachio undis; conditione, ablutionem reciperet: violenta extirpatione annexa vasa subrepta fuere: sic hianti ore, & siticuloso obitum incurreret. Multas graviter sanguinolentas uterinas salvas, mediis mensibus tamen, vidimus opportunis auxiliis; sed aqueos succos nutritivos extruentes, minimè annotamus fœtus præservatos fuisse.

XII. Maternis nutrientibus succis utero genitum, contentum vivens corpusculum nutritur; illisque singulatim, sensim; quibus gerentis partes distinctæ aluntur, restaurantur, reficiuntur, incremescunt: ipsis saporibus, iisdem figuris, univocis ideationibus; & hoc tanto opere ducitur simili in utroque genere, scilicet succorum parvo genito fœcundato ovo insistentium, ipsumque componentium, æquali univocatione oviparorum fluidorum, ovis volatilium, reptiliumque contentorum; ut absconditæ delineationes, ideationes in limpido lucido fluido serventur, & vitellis successivum nutribile: quo singulæ partes nutriri, incrementum suscepere, & nancisci debent, ut maternas ideas, figuras, motus, structuras deferat, & generando pullo deducat. Partes quæque alliciunt suum simile, magisque associabile: horum fluidorum non deficiens, nec manca copia in materno organico vivente composito, ut cuilibet parti suum tribuatur æquale nutriens, ideatum individua impressione, ne pars, vel organum aliquod sit mancum, defectivum, morbosum: tanta graduatione partes, & fluida afficiantur, talesque ideationes ferendo subjectæ individuæ; illo fluido molesto, manco nutriendæ.

XIII. Perfectorum sensitivorum Generatio sic perficitur, ultimatur successiva nutritione partium, earumque incremento, grandescentia, perfectorum animantium ritmum, gradum nanciscuntur; sic singula suo individuo delato materno fluido nutriatur, illiusque ideationem sequatur; præstantiori, diminuto ordine, ut maternum fert organicum corpus. Carnosioribus musculis gerentis, etiam afficitur filius; gracilibus ossibus, pariter natum individuum genitum. Genitricis esurinos famelicos succos accusant filii: gracilitatem, obesitatem, firmitudinem, corrigibiles mores imitatur sequens partus. Nutritio continua successiva restaurativa, conservativa; auctiva generatio: hæc unica vice, aurisque feminalibus masculeis fœcundantibus agitur in ovulum fœmineum utero conceptum; à testibus, & ad uteri fundum delatum demissum. Illa quotidiana successiva continua annexione mobilis roscidi, saporiferi, figurati, quanti, in vasorum cellulis, & capacitatibus modulata. Prima speciei propagativa, secunda individuorum conservativa agitur.

Est

XIV. Est ſeminalis aura, fermentum præſtantiſſimum generationis, motum extricans, & inferens; vappida, ſubventanea fœminea fluida ovo contenta, ni maſculea irradiatione ducantur, nullius efficaciæ ſunt. Iconiſmo nono demonſtratum, ſatiſque elucidatum: ibi ſeminalium idearum efficacia patefacta. Teſtium, & Epididymidium organizatione, vi, fermento; ſeminale fluidum ideatur ſapore, figura, & motu fœcundativo, primo extricante, delineante, perficiente. Oppoſita venenoſa rabioſa, v.g. fluidis ſalivalibus præcipuè adhærendo, ſenſim paulatim ideam rabiei promittunt, tribuunt; & ſucceſſivè cæteris fluidis, organicis ſolidis; quamvis diù capſula ſerventur, acumine gladii, quo enecatus rabioſus canis, ibique cruoris rabidi macula adhærens, eodem enſe inductum ulnus homini, rabie hic præhenditur ſucceſſivis diebus; licet longiſſimo latuiſſet tempore. Collega ſtudiorum 18. annorum circiter; jocabatur cum catulo diebus Auguſti, & jocosè demorſus in digito auriculari dextro: parùm curat, nec percontatus eſt circa catuli ulnuſculum: ſed quid mirandum; die 38. veſpertino tempore rabie captus, tribus vixit horis, nec remediis, auxiliiſque fuit locus. Tantorum venenorum ſpecies teſtantur majora, ut infrà. Seminale fermentum, aura ſeminalis, idea prolifica imprimitur fluidis lucidioribus, arterioſis, animalibus, lymphaticis, & purioribus univerſi animati organici, & teſtium Epididymalium fermento, inſitaque prolifica idea elaborantur, imprimuntur ſapores, figuræ, motus fœcundationis, tranſmiſſo, contento, ſuſcepto fluido, ut indè veſiculis ſeminalibus ſervatum, per vaſa deferentia ad Urethræ ductum impellatur tempore generationis. Nonnè Lymphaticum in propria ſede contaminat intromiſſam lympham elaborandam: Pancreaticum, Nerveum? Uſuale fermentum panificium contaminat quamlibet aptam frumentaceam maſſam, tempore, ordine, modulatione, ſapore, figura, & motu finali fermentativo; aura, ſufficienſque habituoſa affuſio ſufficit, apta introducendi ideam fœcundationis; dummodo ex teſtibus fœmineis propriis tubulis deorſum impulſum ad uteri fundum ovum fœcundandum. Teſtantur obſervationes non paucæ, quas reticere licet, & apud graves Authores curioſus reperire, legere poteſt. Sint cautæ Virgines, nec Juvenum, Virorumque ſuaſioni credant, quod ſervato intacto virginali clauſtro, nec minimè ſuppoſito Hymine læſo, concipere non poſſint. Deum timeant; propriæ honeſtati credant, nec quidpium nefarium committant, ne perpetuo rubore, & ſceleris onere afficiantur. Multa ſilentio ſervare oportet, ne improbis veſtigia illicita ſint. Concipere poſſunt, delato tamen ovulo ad uteri fundum motu neceſſario; aura virili tunc temporis ſuſcepta fœcundante,

 dante,

dante, apta fœcundare fœmineum ovum. Odores fœdantes, suaves, insuaves, venenatii sola inspiratione proprium opus individuum in organico agunt vivente; majoris activitatis seminalis prolifica aura Virilis.

XV. Retento, intromisso fermento seminali in fluidiis ovariis fœmineis; suum est sapores extricare, solvere, motumque inducere, & successivas modulationes, nutritiones, incrementa donare, & perfectum ultimatum actum organicum in suis singulis partibus perficere, ut ex modo, & præcedentibus Iconismis sat elucidatum est. Sunt huc nonnulla traducenda, quamvis per transennam, & sparsim alibi traditionis probativæ causa annotata. Primum, Generationis analogica Nutritio; Secundum specifica, & individualis similitudo inter parentes, & natos: Tertium monstruositatis impræssio, ideatio, & in determinato organo: Quartum morborum Propagatio successiva idealis à parentibus in suos natos.

XVI. Fluidorum naturalium ideatorum fit ultimatus nutritionis actus annexivus metipsizatus; ex iisdem purioribus lucidioribus delatis ad organica genitalia conficitur seminale fœcundum fluidum: Primum opus, scilicet Nutritionis ultimatur, completur in vacuitatibus, sive ventriculis roscido mobili replendis. Secundum in substantia Testium varicosa gyrematibus, capacitatibus Epididymalium vasorum. Generatio exigit motum, fermentum, mobile, ductus, sapores proprios, & figuras. Nutritio motus distinctos; scilicet susceptivum intromissionis, & expulsivum superflui incapacis locationis. Seminalis succi modulatio dicit, requiritque affluxum, & susceptionem ideandi prolificandi; & pariter Generationis tempore motum expulsivum in capacitatem ovariam fœcundandam: fermentum in utraque structura. In Nutritiva necessitant univoci sapores: in Generativa saporifera extricantia: Utriusque mobile unicum est, cum tali discrimine, ut mobile in Nutritiva sit individuale, v.g. osseum, musculosum, membranosum, &c.; at in Generativa specificum, quia decisum à toto, singulisque partibus: omnes simplices, compositæ, fluidæ, solidæ comparari, delineari in Generatione, & perfici debent; ideoque simili mobile indigent specifico, universali expræsso à toto, omnesque ideationes continens. Ductibus utraque gaudet deferentibus, & detrudentibus; sed in detrusione univocantur; quoniam Nutritionis superfluum expulsum, ideatum est impræssione partis nutritæ; & seminalis fœcundati prolifici expulsio, totaliter ultimati seminalis fœcundi fit; aliter generationi aptum non esset; nisi quidpiam molestum, morbosum contingerit in utraque modulatione, Generativa, & Nutritiva. Saporibus, figurisque pro-

propriis investiuntur, uti structuræ cujuslibet ritmus est. Analogiam servant Generatio, & Nutritio: quales Generationis ideationes sint, ex modo dictis, & dicendis notescent.

XVII. Est specifica similitudo Thesaurus plurium impræssarum monetarum, diversarum imaginum, & metallorum distinctorum auri, argenti, æris, &c.: pictura variorum diversorum colorum: oratio composita diversis, distinctis dictionibus, sed debitis regulis, præceptisque Quintilianis: proportionem, ordinem, misturam, unionem eterogeneam; sed homogeneam modulantibus, & univocum opus. In Thesauro metallorum debitum cujuscumque pondus, liga, pretium dissimilium impræssionum, sed unum ducendo valoris pretium, opinionem: distincti colores, diversique, sed mistione, & penicilli ductione pictoris: phantasiæ imaginis imprimendæ, & simulacro proportionati, ut ritmodicam semitam signent; partium unionem, consensum, & similitudinis æqualitatem. Oratio multiplicium methodicè structarum dictionum; & harum univocatio, modulatio in exordium, narrationem, probationem, exempla, epilogum, sivè perorationem; ut eruditissimum dictionarium, ditissimaque sit oratio ipsa: historiis, rationibus, authoritatibus, fabulis (si liceat) at in omnibus æqualis connexio. Indiget singulis abecedarii lícteris, ut commodè construi possit: simili modulatione specifica similitudo omnibus fluidis, saporibus, figuris, motibus, & mixtione fermentationum, ut mistio, & unio abecedariarum notarum in dictionum structura; nam innumeræ partes componi, strui necessitat, requirentes motus, fermentationes, mobile, figuras, sapores, ductus, capacitates multas: quibus diversè unitis, mistis; insurgunt tantæ diversificatæ ideationes, compositiones, & effectus producentes, & producti; producentes ideas: producti fermentatione. Apologicè minimè loquuti sumus. Machina vivens nobiliorem structuram retinet, intrinsecamque modulationis ritmum.

XVIII. Cumque unica dictio, singularibus confletur lícteris; non aliter individualis univoca similitudo unicæ similaris partis, v.g. ossis, nervi, tendinis, membranæ, &c.: quoque terminatis indiget saporibus, figuris, motu, mobile, capacitate, ductu; quæ omnia individuam nanscisceuntur ideam: unica argentea, ænea, aurea moneta unius impræssionis. Individuus color albus, rosaceus, flavus, niger, nec tantis mistionibus, fermentationibus, figuris, saporibus, & numero ideationum modulari necessitat. Similitudines specificæ universales, etiam universali onere, & munere præmi debent: particulares individuæ signato, unico opere satiantur. Hæc opere pretium fuit taliter exprimere, ut sequentium dicendorum,

fir-

firmiora signentur vestigia. Cognoscere satis est structuram horologii, cujus partes enodatæ, & inter se ipsas solutæ nullum motum præbent, licet quælibet suam proportionatam retineat figuram, & molem; attamen si artificis opere aptè annectentur, & modulentur, statim machinam construunt horologicam; & motu ritmico signantur successivi temporis horæ, omnesque partes: singula sua recepta figura, & structura suscipit capacitatem annexionis horologicæ: qua ideatione parit annexionis, & modulationis similitudinem, uti artificis finale opus extiterit ad opus extrà formandum; ad cujus exemplar artifex simile conficit horologium ex æqualibus, similibusque partibus, & consonis in figura, & mole: pictor ex univocis coloribus exemplando, struit similem imaginem, v.g. Apollinis, Junonis: sic in singulis aliis.

XIX. Tuetur specifica similitudo principaliter Generantium univocationem, aliter tertii generis oriuntur partus; sed in, & ex iis capacibus fœcundari, ut ex equabus, & asinis (si nefandè alia copulentur sensitiva, quid monstruosum contingit): quæ specifica similitudo multa exigit: parentum æqualitatem, seminalium efficaciam; & fœcunditatem consonam utrique sexui: Fluidorum structuram sufficientem, aptam Agentis, & Passibilis fluxilis ideandi: arvi uterini capacitatem, & medelam: Temporis, sive ætatis signaturam; quibus specificatur, propagatur similitudinis univoca specifica imago, & partium annexio, similitudinis opus.

XX. Omnimoda Generantium æqualitas, ut adventitia discrepantia, quamvis speciem conservent; at non totalem similitudinem. Ægyptius cum Itala speciem ducunt, at non similitudinem; sic Nanus, & Gigas generantes; æqualitate similitudinis carent geniti: morum, idiomatum, nationum, ætatum diversitates ducunt speciem; at minimè totalem similitudinis ideationem: Parimonium Generantium æqualitatem nanciscitur univocatione universali.

XXI. Recta seminalium constructio. Lucidum, spirituosum, spumescens; elastico nerveo animali prægnans seminale masculeum fœcundans, sapore salino, roscido, flammeo; & in Testium glandulosa substantia robusta spongiosa, nervis, arteriis, venis, lymphaticis composita, & Epididymibus sequentibus fœcundando seminale fermentum ideandum, conficiendum, struendum, ultimandum. Remoto, graviter læso chylifero fermento, alimenta incapacitatem fermentationis patiuntur, vel ratione esurinorum, vel sedis, annexorumque; pariter etiam notabili molesta Testium structura, læsa, depravata; imbecillum agitur fermentum, generationi, & fœcundationi insufficiens; uti quoque vasorum perficientium, deferentium, & con-

& conservantium transferuntur vitiatæ modulationes, figuræ, sapores, & motus: Gallicæ phyllides quotidiè testantur. Sic remotis organicis, ne quidpiam consonum, ipsisque subsequens ducitur opus. Amotis liottomia Testibus, haud seminale præparatur fluidum fœcundans: aura idealis prolificans non imprimitur, & minimè generationi suffragat. Sexus fœmini ovulatio imperfecta, vappida, nimis lubrica, vel morosa, non constans luciditate fluida, fœmineo ordine, spirituosa; retrocedens inspicitur generationi præstandæ consona: nec opportuna delineanda, passibilia fœcundanda fluida erunt. Allabuntur multis mulieribus à Testibus propriis ova; at vitiosa modulatione interna, vel externa; & tunicarum investientium, nimis aliquando debili, quandoque duritie affecta; ut longiori motu, moroso deorsum ad uteri angulum detrudantur, dum distracta seminalis virilis fœcundans aura. Inconsona, nec firma, validaque seminalium vis in utroque sexu, sterilitatis causa.

XXII. Uterinæ capacitatis medela non famescens, non recipiens, minimè continens erit. Non famescens vappidis, aqueis, obstructis, laxis, neutiquam spirituosis: elasticitate spirituum aliena. Infæcundo arvo semina non ducunt surculos, nec stolones, nullimodè germinationem patiuntur, & loci laxitate cænosa: inrecipiens imperforatis, angusta figuratione compressa; neque continens uterus inspicitur; nec lothiali, menstrua fluxilitate præsente, vel ovulata relaxatione, collo, vagina uterina foras elabente. Expellit, retroque ducit omne intromissum, quamvis fæcundum seminale fluidum erit. Fames crispatione vasorum agitur.

XXIII. Multùm affert, officitque fluidorum ideandorum structura, ut naturali motu, figura, & sapore ducantur fluxilia nervea, animalia, spirituoscentia, arteriosa, cribata, depurata, & lædentibus fæculentiis exonerata. Copia capaci, mole susceptibili quanta fæcundatio fit: diminutum fluens, torridum, aqueum, crassum, insipidum, minimè lucidum nequit fundamentum semualis fermenti esse. Horum expræssa vitia, allatæ læsiones sunt præcipuum virilis infæcunditatis fundamentum.

XXIV. Generationis similitudo ducitur terminato, signato tempore; scilicet pubertatis utriusque sexus; mulieres, puellæ ante usum venereorum non concipiunt, quia non translata arteriosa alimonia ad uteri capacitatem; unde florum mensalium eruptio, apparens; at in maribus decimoquarto pubertatis anno seminale ducitur fermentum, licet breviùs, celeriter nonnullæ salaces fæmellæ mensali occupentur motu, & ante duodecimum; quamvis fluxum patiantur, attamen non concipiunt. Non enim eodem tempore ovulant,

lant, ac mensalibus afficiuntur. Ovulatio est perfectius opus, requirit, & necessitat firmiorem organicam structuram, fluidorumque modulationem validiorem: ut plurimùm ita accidit, ut menses, & ovulatio unà ducantur; at nonnullam scimus mensibus correptam septimo anno; quæ salubriter vixit, & vivit. Aliam nono: quæ primis mensibus aliqualiter molesta fuit, nimirum pallido colore, & spirituum irregulari motu ducebatur; at sequentibus terminatis annis incolumen vitam duxit. Quinquagesimo transacto, nec menses, nec conceptus, remota alimonia in mulieribus uterina, decidentibus annis: ut plurimùm tale signant tempus. Relatum à multis mulieribus nuptis, etiam quinquagesimotertio ritmodicè menstruasse: sunt non paucæ, & præsentibus temporibus nimia alimentorum copia, & eterogeneitate depravatæ; futuræ prolis concipiendæ, & florum deficientia, alienata spe, præhensæ. Temporis, ætatis naturalis signatur annus specificæ similitudini ducendæ, decimusquartus, usque ad quinquagesimum.

XXV. Eminentioris efficaciæ individualis emicat similitudo: quælibet, qualiscumque pars Generantium proprio ideato fluido grandescens, incrementum alliciens, ideat, & ideatur, ut quodcumque nutritivum fluidum individuetur organicæ partis agentis opere, & nutriendæ suscipientis: nulla exclusa, remota: nec capilli, ungues, pili, semiexternæ partes cuti affixæ à tanta ideatione removentur; & superfluo assumpto à venoso genere, ideatio associatur, totique universali alituro: postmodum successivis continuis gyrematibus Abacedarium saporiferum, figurarum, idearumque Dictionarium agitur, conficitur. Quorum fluidorum nutrientium omnium roscidiores, lucidiores partes demandantur tubis, seminantibus Testibus fæmineis ova producentibus, & generantibus; ut ovum generationis tempore, & motu à Tubis detrusum in angulum uterinum; contineat ideationes easdem impræssas fluidis maternis agentibus: nec imperfectiori, rudiori ordine fabricantur ova viviparorum, perfectorumque sensitivorum, ac volatilium, oviparorumque omnium; in quorum ovario fluida servantur, & minimi nevi, tam compositionis, quàm pennarum in pullo excluso, delineato, confecto, ultimato. Valet occasionalis impræssio ideare non naturaliter fluida generationis; immo monstruosè, ut ex sequentibus patebit dicendis: quanto eminentiori, præstantiori vi, operabuntur ideationes naturales fluidis adhæsivæ, & naturali modulatione propriis figuris, univocis saporibus structæ? In maribus fæcundantibus non dissimile, inæquale proclamant ideæ, quarum deductio, solà cogitativa efficaciter, immanenter fluidis nutritivis, seminalibus

minalibus præmitur. Improbus vir, sceleribus deditus, nequissimè vivens; actu generationis, horis præcedentibus, anxius imitari honestos, religiosos viros: filium genuit probitate morum, sed religiosorum affectum: sic probi viri, virtuosi aliquando jocantur, vindicta, iracundia ducuntur, & nati tantis neutris, oppositis ideis ducuntur, licet voluntariè corrigi possint. In pusilla seminali aura, exiguo semine fæcundante, tantæ imprimuntur ideæ; sed quod mirum: dum castimonia vivimus, & occasione, impulsuque, lascivientibus cogitationibus molestamur, statim verecundæ partes æstro ducuntur, uti religiosa cogitatione castigantur, deprimuntur; & hoc sola impræssione ideationis fluidis impetum facientibus delata. Cautè agant conjuges, nupti, nuptæ mulieres, ne scelesta, improba cogitent, generationis tempore. Religiosè vivant, ideentur, dum tantum præstantissimum agunt opus propagationis, ne molestæ, pravæque occasionales, sed emendabiles ideationes genitis tradantur.

XXVI. Nequeunt fluida naturali modulatione duci, nec nutritioni adhærere; nisi ideationis ritmo, & medela satientur, præhendantur, aliter quidpiam molestum, insiguratum, insociabile duceretur: perfici debent, lucidari, alienis spoliari; dum nutritionis opus struunt. Non solùm ex hoc, talique nutriente, omnibusque, & singulis roscidis sic ideatis defertur testibus virilibus, fæmineis, fluidum eterogeneum impræssione multiplicium idearum; at illud allicitur, subministratur, decurrit, quod purissimum, lucidissimum, præstantius est; ut uncia seminis sit libra sanguinis, immo auderem dicere libra spirituum; ideoque salaces, Venerique dediti, imbecilli, graciles, torpidi, inanes fiunt: detracto prætiosiori vitæ thesauro; undè deducere oportet, principaliores ideas transferri purioribus fluidis affixas, ut validiùs, vegetiùs, immediatiùs, acerrimè patrent suas impræssas vires, dum seminali fermento induuntur. Ideatio seminalis fermenti non est ideatio similitudinis fundamentalis, dum ideatis fluidis nutrientibus, vi, fermento, & insito sapore Testium tribuatur motus prolificus fermentativus, extricans generativus; & hoc non minùs, ac fœmineis ovariis fluidis simile fermentum, masculeo fermentativo motu tribuitur extricativum. Semen infœcundum virile, masculeum, dum fœcunditate privatur, causa insufficientiæ masculeæ, Testium, & Epidymum: non caret impræssione, & idea similitudinis individualis, & specificæ susceptæ à fluidis nutrientibus ideatis, & ideantibus. Subventanea ova non pullificant ex deficientia fermenti excitantis; at similitudinis figuras, sapores, & impræssiones retinent. Cibus non chylificatur ex ventriculi vappescentia; at alimentum servat succos, figuras, & sapores ideatos,

suosque individuos, præcipuos. Colores non ducuntur penicillo; vel imperitè trahuntur; at effigiem, imagines delaturas non abhorrent. Abecedarium non privatur dictionibus, sed Modulatore, Ductore, Magistro. Eunuchi, spadones similitudinis vestigia traderent in rudi, neglecto semine; sed infœcunditatis causa subventaneum expellunt. Similitudo est partium omnium, mole, figura, colore, sapore, motu, usu, cæterorumque annexione ideata modulata; cui succedit seminale fermentum, sed movens, extricans, quale masculeum est, tam sibi ipsi in Testium, Epididymumque varicositatibus, quàm fœmineis ovariis. Sit farina tritici, lolii, fabarum, hordei, cicerum, tritici indici, &c. coacervata, & unicam massam aglomerando: fusa aqua levigetur tanta eterogenea massa diversas, acervo unico, servans farinas; ideas, vires, impræssiones: panis certò certiùs mucidus, azymus, infermentatus erit; attamen si tantæ massæ fermentum panificum misceatur triticeum usuale; tunc qualiscumque farina, quamvis distincto tempore, motum fermentativum suscipiet: vivificatur, attollitur, perficitur; & veluti fœcundatur. Fermentum intromissum non ideat farinas, sed movet: non tribuit similitudinem, sed motum extricationis, & fermentationis panificiæ. Sint plures absconditi sapores, & patentes unico parato alimento, vel pluribus alimoniis arte coquinaria tributi, modulati: nequeunt fermentionis motum seipsis habere; at congrua graduata copia ipsis immissa alicujus fermentabilis, v.g. acidi: successivè acescunt omnia, motumque suscipiunt fermentationis, licet defectivum. In fluidis mistis vinosis, saccaratis, aliisque fere violenter agitur hoc. Zibeti, mosci, alterius præstantis odoris intromissio, appositio solidis corporibus, præcipuèque fluidis: insolescunt tali mistione, & neutiquam removeri possunt, ni mutata structione fluiditatis specificæ. In oppositis molestis odoribus non dissimile contingit. Similitudinis translatio, non fœcundationis vi, sed fluidorum naturali nutritiva ideatione imprimitur, defertur, natisque specificatur, individuaturque. Incapax est individuale testium organum prolificando omnes universales partes organici viventis continere, & in natos transferre illarum similitudinem specificam.

XXVII. Emicat in Testium, annexorumque capacitatibus Idearum multiplicitas similitudinis; nam longa mora semine modulato, fœcundato; valentiùs imprimit natis, sive embryonibus omnino odam similitudinis individualis ideam; & hoc successiva conservatione, & continuo affluxu nerveorum, arteriosorum, reliquorumque decurrentium ideantium nutrientium fluidorum, impetumque facientium, morigerati, servati conjuges minimis nevis afficiunt, dotantque

tantque filios, ni tunc moroso tempore alienis validis, occasionalibus, silvestribus ducantur ideis, capacibus depravandi nativas ex validiori cogitativa movente ideas.

XXVIII. Redicere ergo oportet, similitudinis specificæ, & sequentis individuæ Parentum in proprios Natos duci, transferri ideas, modulationes, impræssiones ex efficacia, & ideatioue fluidorum nutrientium, ex quibus deducuntur ovaria fœminea, masculea fœcundantia semen; nec quidpiam alienum, silvestre, molestum, inficiens nanciscuntur sequentes generandi partus; ni fluidorum nutrientium ideationibus. Naturalem similitudinis ritmum à propriis deducunt nutrientibus, & fundamentali mole seminalium, ovulatorum intrusorum. Semen virile fœcundans, quia fluidum decisum ab omnibus, singulisque partibus viri fœcundantis; ideo retinet in esse fluidi ideas, & impræssiones similitudinis omnium partium, at fluidorum, à quibus decisum est ordina nutritionis: adipiscitur in testibus, & organis fœcundantibus alios sapores, & figuras, motumque extricationis fœcundantis; & unico fluido seminali hæc omnia servantur; fit indè motu generativo prolifico motus fœcundationis, & similitudinis, dum ova fœminea omnimodè ideantur à tanto fluido seminali; sic generanti viro assimilantur nati.

XXIX Abhorret specifica, individualisque similitudo monstruositatem, ut quid oppositum, nauseabundum, turpe, defectivum: monstruosum dicimus omne id, quod turpe, & æconomicæ pulchritudini, & naturali structuræ opponitur: colore, figura, motu, locatione, minuitione, duplicatione, situ, modulatione, mole, & agendi ordine adverso. Insitio alienæ speciei, plantis monstruosa est, licet suo proprio gaudeat ventriculo, loco insitionis: alienat tamen naturales ideationes plantiferas naturales in colore frondium, florum, fructuum; figuræ alienantur, motus distinctus minuitione, vel incremento suppositæ, insitæque plantæ: mole, & agendi ordine anticipante, posticipante, diverso ab originali planta; & hoc causa ideationis alienæ intromissæ fluido naturalis, & principalis plantæ. Sapor alienus, diversus pyri supra malum, amigdalæ in prunos, hyppomel.s in calabricem: persicorum diversæ specificationis, & plantarum distinctæ speciei. Monstruosum est in oviparis, piscibus, quadrupedibus; specificationis motum, figuram, compositionem, situm, duplicationem, agendi modum depravare. Longum esset huc adducere monstruosorum viventium seriem, & multiplicitatem apud tantos graves Authores annotatam: sola quotidiana ducimur experientia in generatione equorum, ovium, aliorumque; ut anxii diversitate colorum imprimi, construi futuros

partus; illis coloratis investiuntur fœcundandæ fœmellæ, ut marium; eorumque sensitiva ideatione motus generationis diversimodè ideetur; fluidaque fæcundanda, & fæcundantia tali externa ideatione præmantur. Vegetativis artificiosa insitione: oviparis aliena incubatione; ut pulli gallinacei à pavonibus, columba, &c. In brutis nefandus coitus, sed susceptivus, & capacis modulationis: in his eadem ratio, & causa insitionis vegetantium, plantarum. Non cuilibet plantæ, qualiscumque insitio annectitur, sed illa proximæ figurationis, & modulationis saporiferæ, & motricis: nequit oppositum fluidum annecti, & ideari ab alio nullimodam univocationem habente: debet inveniri aliqualis associabilis proportio inter utrumque: ratio præcipua, & causa præcisa, quàre hoc seminale fæcundet diversam specificationem unam, & non aliam. In eadem specie reperire licet has individuales tamen, non specificas oppositiones: uno nupta viro non concipit, altero edit partus multos, uti in non paucis viduis non concipientibus cum primo, sed secundo; & aliquando cum primo, & non secundo; nec ætatis decursus oppositionis erat. Ideationum disparitas fluidorum ordine agitur. Sapor seminalis unius insufficiens extricationis motum parere in ovis fæmineis hujus mulieris, & non alteritis. Novimus multos viros, pariterque mulieres pluriès nuptas talibus oppositionibus ductas.

XXX. Tantis monstruositatibus possunt scaterē ex Generantibus Nati, quanta sufficienter, graviter ideare apta nata sunt fluida primò nutrientia, ultimatè organicas partes, ipsis nonnaturaliter nutritæ. Embryones eodem fluido polychresto materno augentur, grandescunt, perficiuntur; scilicet chyloso, cruore sanguineo, lymphatico, nerveo, lacteo, & annexis; undè specificatur, individuaturque similitudinis modulatio. Et quia fluida nutrientia non tantùm motibus, saporibus, & figuris naturalibus subjacent; at quoque omnibus externis, internisque occasionalibus capacibus, aptisque movere, ideare, imprimere quid novum massæ fluidorum, sive neutrum, nonnaturale, molestum, monstruosum; ideoque Agens omne externum, Elasticum qualecumque fuerit (dummodo capax sit modulandi) potest immutare internas figurationes, sapores proprios, in alienam figurationem monstruosam. Alimentum quodcumque molestum inducit, intromittit morbosas ideas, noxios sapores sanis corporibus, morbosque parat. Cibus assumptus, v.g. Caro lupina, ducit lupinas ideationes fluidis Genitricis, & ab hac transfunduntur propriæ fœtationi, ut lupina fame laboret excludendus partus, annis adolescentiæ, pubertatis, virilitatis. Novi mulierem fame lupina ab incunabulis laborantem, usque ad obitùs diem. Timidè agunt

na-

nati ex matre continue fruente carnibus cuniculorum: sine numero noscimus natos avidissimè indulgere, vesci, atque nunquam satis satiari cibis illis, quibus famelici assueta fuit mater tempore gestationis: & lapillis, alecibus salitis, piscibus, acetariis, aliisque. Utramque cognovi: unam omnino caseum abhorrere: alteram adiposas carnes, & virum probum tam avidè appetere, pasci lupinis, omni mense, annitemporis diebus, ut relictis exquisitis, delicatisque cibis, huic rustico noxio indulgebat, sed innoxiè: gerentis matris occasione.

XXXI. Instante partu, si forte Eclypsis Solaris diurnus acciderit; partus sublivido tingitur colore, nisi immediata fiat lotio limpidæ, crystallinæ purissimæ tepentis aquæ: & si pes, brachium, aliudve membrum lotioni non submittatur, usque ad sepulchri aram, talem secum fert obscurum colorem. In oviparis quotidianus docet usus, ut annitemporum distinctione diversa, capiantur impræssione ideali, tam in corporea quantitativa mole, quàm in ovulatione, cantu, pipillatione, fœcunditate. Equus æstivo tempore, & præcipuè, dum Canicula Solari unitur gyremati: fluviis demergitur, nec disciplinæ veterinariæ cedit. Humani partus diversitate elasticitatis, & Regionum: Serii, Prudentes, Rixósi, Iracundi, Læti, Tristes, Fideles, Fallaces, Religiosi, Pertinaces, &c.; quamvis voluntaria actione omnia corrigi, emendari, dirigi possint, & probitate affici. Occasionale intromissum subjacens voluntario consilio, correctione non caret.

XXXII. Oritur monstruositas Externo movente Agente Potente fluida nutrientia ideare. Omnia animi Pathemata occasione orta, causaque apta volvi, duci, ideari: quibus annexa nutrientia sunt, organa pascuntur. Irascimur, tristamur, delectamur, timore afficimur, lætamur, &c. occurrentibus aptis causantibus, moventibus nostram universalem cogitativam. Intelligimus, volumus, nolumus, recordamur nostris nobilissimis Potentiis, quarum magistra Rationalis Anima est. Sensorio universalissimo gaudemus: sensationibus singulis sedes necessaria, & distinguitur, individuatur organicis diversis. Organica suis univocis restaurantibus, moventibus, foventibus, impellentibus, conservantibus figuris, saporibus, roscidis, elasticis, vibrantibus, annexisque individuum opus perficientibus. Singula singulo tenetur naturali ritmo: quodcumque alienari, affici, deturbari multiplicitate tanta; quanta naturales modulationes fuerint: visibili, odore, gustatu, sonoro, tangibili. O mirum opus nunquam sat expressum, cognitum, possessum: Deo Optimo Maximo servata universalis omnimoda tanti excelsi operis plena cognitio. Ipse scit, qui fecit. Ipse noscit, qui conservat: Ipse dat, qui Omnipotens creat. Sy-

XXXIII. Systemate hoc posito. Possunt monstruosa quæcumque in uterogerentibus gigni, imprimi, produci, ideari. Moto fluido universali tanto sapore, talique figura: figitur illis præconceptis, & cibo intromissis: valet individuatum alimentum fluidum nutritivum ideare, & sua impræssione transferri in contentum embryonem: fortiori, præstantiori efficacia, & exigentia, sola cogitativa: qua non unum fluidum, sed tota machina fluidorum allucinatur; uti iracundia, pavore, tristitia, venereo stimulo, occasione, &c. Et quia eodem ideato materno fluido pascitur infans; easdem suscipit illius ideationes, licet neutras, molestas, monstruosas, ut quotidianæ morbificæ causæ testantur: impræssa sylvestri ideatione fluido, vel fluidis, monstruosum morbosum deducitur, agitur in vivente organica machina. Prægnans, viso vespertilione, & anxia illum capere, mota pedibus agitata; indè puerum impræssit (adhuc vivit nunc vir) in tibia tantam ducens ideam, & vespertilionis figuram expræssam deportat.

XXXIV. In sensorio communi reperiuntur omnes distinguendæ ideationes individuandæ ab organicis singularibus, scilicet visivo, auditorio, olfactus, gustus, tangibilis communis, & diversitate suscipientium, eterogenee ducitur. Abecedarium in loquente hispano, gallo, britannico, italo, &c. Multiplicatione dictionum diversificantur oris figurationes: eodemque colore mistione focii, formatur pes, brachium, facies, pectus. Iisdem Rhetoricis regulis oratio suasoria, deprecativa, funebris; & academia multiplicante, in distinctorum problematum, virtuosorumque quæsitorum diversitate fundata: individuantur orationes ex specificatione compositionis, & construendi; ex polychresto individuum consona figuratione, & motu saporifero, ordine terminati operis, construitur. Virtuosis loquutus; quibus nihil arduum, laboriosumque est.

XXXV. Monstruositas ducitur, transfertur fluido à sede, in qua ideatur tale fluidum; iisdem causis, & modulationibus nutritionis naturalis; nimis clare antecedenter ostensis. Dum monstruosum concipitur, v. g. specificum maritimum, tale ideatur universaliter in massa, acervo nutritivo; & tali universalitate ducitur utero contextis: talique impræssione genitum ideatur, uti observationes manifestant, annotant Iconismo nono: si aliter monstruosè imprimitur; pari more, & modo. Prægnans præternaturalibus moleculis, cum iis expulsit carneam molem oculatam, turpem bufonis imaginem dicentem: dum cœperunt menses deficere, in proprio rure inspexit molestum bufonem, quo territa prægnans fuit (sint cautæ utero gerentes similia spreta, turpia, monstruosa inspiscere). Non multis

tis menfibus hinc decurfis, puerpera peperit infantulum pedibus equinis, & labiis nifulofis fimilibus fuum figurationi, feptem vixit diebus. Incautè nimis conceptura vicino, proximo equile, tanta ideatione præhenfa, fimilium animalium ibi morantium copia.

XXXVI. Ineft cuilibet organo ultimare ideationem fui nutrientis fluidi; ideoque ventriculorum diftinctio, difparitas in organico vivente; nequit fpecificatione diverfa, pars eodem grandefcere, reftaurari fluido, alienæ fpecificationis nutritivæ. In morbofis moleftiis nefcit unum depravatum fluidum fpecificare, v. g. quartanam, & caufonem, nec epilepfiam, & icteritiam. Monftruofa etiam patiuntur generationis motum fibi ipfis univocum: funt ex molefta comparatione fimilitudinis, & oppofitione compofitionis. Bufo non ducit monftruofitatem bufonibus, nec rana ranis; at refpectivè, & comparatione fpecifica. Hinc eft æqualis cogitandi caufa: funt morborum caufæ, ideæ diverfæ diverfitate fluidorum, & organorum: funt fimilitèr monftruofa concepta, producta, ideata, eadem diftinctione organica modulante, & fluiditatis modulatæ; nam morbi monftruofa funt, fed fluidis caufis impræffa. Morbi in mala compofitione, nonne figuratione partium, & diftinctione organorum diftinguuntur, diverfificantur, fignantur? fic monftruofitates aguntur iifdem univocis fluidis, & organis fibi ipfis confonis, æqualibus in figura, motu, & fapore: quibus multipliciter modulatis; infurgunt omnes monftruofitatum diftinctiones. Ideatur, generatur, perficitur in utero gerentibus fpecificum monftruofum, dum motu univerfali cogitativo, aliorum tota maffa nutritiva imprimitur. Individualis, & fignatæ partis, v.g. pedis, vel brachii, labiorum, capitis, aurium, &c. Ideatione organica, talis maternæ partis ideam is, talisve individui fluidi: tantam, talemque ideam fic partui conclufa deferendo: communi fluido gerens, & genitum nutriuntur.

XXXVII. Legimus non paucas hiftorias monftrorum conceptionem fignantes, fignificantes; at radicitùs, funditùs pauca clarefcunt, elucidantur. Prægnantium turbata cogitativa nimio rei alienæ, vel naturalis, conatu concupitæ, & non habitæ, nec confequutæ; clariùs demonftrat impræffionis monftruofæ, fivè neutræ motum. Aviditate famefcunt immani, afficiunturque motu univerfali fragofo, turbulento in fingulis fluidis, & phantafia; tantâ motione extricante, ut in animi deliquium ducantur, ni pafcantur concupito cibo: undè multoties abortus funebres, molefti oriuntur: quorum non paucos enormes infpeximus. Commota cogitativa agente; omnia fubjecta fluida variè efficiuntur; quæ confufa,

tur-

turbata; inepta nutritioni redduntur, & concussione partium solidarum præmentium, varioque langinante impulsu, motuque: disrumpuntur annexa vasa umbilicalia, uterina placenta, ex dissociato fluido, conturbatoque nutriente; uti vinum, moto, agitato dolio, fæculentum, alienum, rancidum, acetosum, potationi molestum. Aliquando cupiditas non tam præceps, effrena: tunc concupitum, non obtentum figit ideationem parti magis idoneæ embryonis, ibique perpetuas firmat vestigii impræssiones similes, univocas concupito neglecto, non obtento.

XXXVIII. Id quomodo contingat, ut utero gerens famescat piscem, carnem aprinam (quam in carpio dextræ vidi in muliere impræssam, durisque pilis investitam) vel fructum, aliudque: in qua serie nimis longum catalogum adducere possem variarum impræssionum, & signorum. Ut concupitum signet Tibiam, non Brachium: Thoracem, Mammas, non Abdominis regionem: Aurem, non Gulam: Syncipitis, non Occipitis cutim: femorales, non Puberas partes, &c.. Multiplici ordine hoc fieri accidit; & claritatis gratia, antecedentium memoriam retinere, habere oportet; scilicet esse multos, & fere omnes cibos fundamentales, qui eorum distincta saporifera, figurativa modulatione, reficiunt potiùs hanc, non aliam organici partem; ut in fluidis restaurandis contingit: uno individuo potu, alimento restaurari, refici lympham, non subacidum: nerveum, non lactiferum: stomachum, non renes: capitis organum, non abdominis partes; sed hoc etiam graduatione majoris, minorisque repletionis vasorum sugentium universale alibile: sic paritèr in ordine, & modulatione oppositionis molesta specificata; potiùs, efficaciùs lædunt stomachum, quam thoracem: nonnulla pectoris organa, & non capitis: renes, minimè gulam; sic de reliquis univoca habenda ratio, & causa; & ex modo dictis, tantæ, talisque distinctio, diversitas perfectiva, naturalis. Defectiva, molesta depravans evenit multiplicitate saporum, & figurarum similium, discrepantium uni, non alteri; uti sat antecedentibus elucidatum venit.

XXXIX. Tandem sciendum, nec prætereundum: dari motiones, concussiones aliquas particulares uno in membro, non altero: frictione afficimus brachium, non pedem: crura, non aliam partem; cui motioni occurrunt spiritus, fluida nutrientia, & extricantur organicæ capacitates illius, & etiam intromissa fluida: his expræssis, & anatomicè habitis: nunc impræssionum distincta signatura, sigillatio patet.

XL. Utero gerentes eandem propriam alimoniam, qua earum organicæ, & singulæ nutriuntur partes; propriis embryonibus transferunt;

ferunt ; eaque grandescunt, incrementum suscipiunt, restaurantur, & in mole perficiuntur, in omnibus organicis, fluidis, cæterisque embryonata organa. Hinc est aliquando appeti, concupisci individuum naturale, neutrum, morbosum, molestum alimentum, & non obtentum, cujus famescentia præceps, vel capax est cogitativam immutare, & ideare tanto sapore, tali figura, & motu. Dum tristamur ; phantasia, primoque sensorio agente, & recto à Magistra spirituali rationali; non tristamur in stomacho, vel renibus, tibia, vel brachio ; sed in cogitativa intellectiva ; dum irascimur : non furore ducuntur principaliter abdominis fluida ; sed vitalia cordialia: dum Virtuosa, Rhetorica, Scientifica operamur: non afficimur in corde ; sed principaliter in parte animali : Venerea menti traducendo : Genitalia extricantur, turbantur primariò, tum brachium : de cæteris idem distinctione graduationis occurrit. Non excluduntur reliquæ partes organicæ, vel fluxilia ; at debiliori impulsu afficiuntur. Stomatichum alimentum reficit præcipuè stomachum, non exclusis omninò aliis partibus: sic cordiale, capitale alibile restaurans. Irascimur mente turbata, & spirituosioribus arteriosis factis ; at reliquæ partes, etiam exardescunt graduatione diminuta. Cibo, alimento individuo concupito, & remoto, ideari, refici, restaurari, vel offendi, molestari, offici ; potiùs esset capax tale fluidum magis, quam aliud : hæc organica pars illo nutrienda, vel afficienda, quam altera ; uti contingent in naturali consona nutritione, vel opposita morbosa, potiùs hanc depravari, quam aliam : hoc fluidum, non aliud offici ; undè in prægnantium cupidine primariò reficiuntur fluida, & partes talibus fluidis nutriendæ, quæ similitudine, & univocatione nutriunt embryonis partes determinatas. Impræssio, ideatio primà agitur in Prægnante, & ejus individua parte potiùs reficienda, nutrienda ; & indè sequenti continuo motu ducitur tale ideatum fluidum embryoni ; & illi parti univocæ embryonatæ, tam modulatione naturali, quàm neutra, & molesta. Afficimur in morbis, individuata sede, & fluido primario, non neglectis annexis. Imprimitur, figitur, ideatur figura, & figuræ adiunctum ; illique membro, & individuæ parti ex concupito remoto, & movente imprimitur, sigillatur, monstruosum, turpe, alienum : quo nutriri, restaurari debebat ; aut molestæ, depravatæ impræssionis capacius, aptius erat organum, cui impræssio fit : Terminatus sapor determinato fluido adhæret.

XLI. Dato motu extricatiquis propriis organicis ab utero gerente, v. g. brachio, femori, auri, gulæ ; mammis, alterique parti, ut sæpè incautè agunt ipsæ prægnantes ; tunc mota, extrica-

ta parte, quoque ideatur fluidum maternum; uti læso organo parentum, ducitur eadem impræssio defectiva natis, conceptis embryonibus proportione, simboleitate, & univocatione partis elaborantis, & fluidi ultimata ideatione modulati ab ipsa organica. Cumque unica fluiditate successiva nutriatur Mater, grandescat embryo: quo ordine, univocatione passiva receptiva, & consona motrice, agente ducitur excellentiori modo, & impræssione pusillum seminale fermentum virile fœcundans; ut sua extricatione ducatur ad structuræ delineationem, fœtûsque perfectionem: transferendo nevorum, & neutrarum sigillationum fixationes à propriis organicis, fluidisque: ipsorum, imagines, figuras neutras, naturales, monstruosas: mole, quanto, colore, figura in proprium seminale fluidum; & uti decisum à partibus singulis ordine nutritionis, sic eodem impræssivo figitur, adhæret successivo generando, & adhæsione individuatæ, signatæ partis perficiendæ.

XLII. Omnium morborum hæreditariorum propagatio à Parentibus in proprios filios successiva, tam specifica, quàm individualis ex modo demonstratis, satisque elucidatis; alia non indigeret probatione. Quomodo, scilicet Patre podagra, arthritide, cardialgia, epilepsia, gallica lue, esurina fame, diabetica affectione, fatuitate, spasmo, alvi stypticitate, hypochondriaca affectione, alio-ve morbo affecto; & Matre pavida, mærente, rixosa, epileptica, convulsa; talique molestia vivant; afficiantur concepti partus, embryones? Causa nutritionis id totum specificatur, individuatur parti. Laborant ossa ischios, sic filius; gallica lue, licet tardioribus annis, nisi hábita nova motione, & celeriùs agatur vitium, extriceturque saporum depravata fermentatio. Ideatione specificatur universaliter morbus, & organorum individuatione: nec univocæ, signatæ parti traducitur, nec fluido proprio nutriente, idealis terminata molesta firma ideatio, nisi à principalioribus organicis, & fluidis generantium.

XLIII. Etiam lactifera Nutricum subministratio hic prætereunda non est. Infans successiva continua nutritione specificatur, individuaturque similitudine naturali, neutra, occasionali naturali, & morbosa, monstruosa; illosque reportat nevos, impetigines, capillos, cutis raritatem, densitatem, ossium firmitudinem, imbecillitatem, musculorum validitatem, molem, fortitudinem, capitis structuram, similesque sensus: oculorum, aurium, naricum, oris, labiorum, frontis, capillitii contexturam, figuram, modulationem; sic thoraticorum, intercostalium, mammarum, pulmonis, cordis, pleuræ, mediastini compositionem: stomachi capacitatem, succos,

cos, abdominis, inteſtinorum, lymphaticorum, pancreaticorum, fellei ſaponarii, uretherum, renum, veſſicæ, pudendorum modulationem: tibiarum, femoris, muſculorumque: membranarum, perioſtii, ligamentorum, tendinum, glandularum, fibrarum, nervorum, arteriorum, venarumque ſtructionem, compagem, molem, figuram, indumenta, emunctoria, ac agendi modum.

XLIV. Tamen inter maxima occaſionalia, non ſecluſo aere; Primum occupat locum lactifera Nutritio. Sunt duo præcipua neceſſaria. Grandeſcentia nutritiva quantitativa, reſtaurativa, auctiva; & educatio Moralis omnibus natis. Hæc à probis Præceptoribus agitur: illa à lactifero nutriente, neceſſariis menſibus, uſquequo dentibus, organis firmetur aptis capacibus maſticationis initiantis, & chylificationis perfectæ opus deducere. Lacte igitur primis infantilibus menſibus nutritur, reficitur, incrementum habet; & ſicuti ciborum varietas, diſtinctio, diverſitas ideant, introducunt modulationes, impræſſiones diverſas ſalubres, inſalubres, moroſas, celeres, torpidas, lucidas, ignaras, ſerias, rixoſas, probas; & omnibus diverſimodè agentibus imprimentibus afficitur organicum vivens in propriis ſaporibus, figuris, & motibus: fortiori, validiori, intimiori robore totum hoc introducitur primo lactifero augendo tenellum infantulum: multis præciſis cauſis fit: quarum prima eſt imbecilla, opponens organici nutriendi oppoſitio: qualem fortiter apponere poſſunt partes, non dum perfectæ conſtructionis; quibus deficiunt dentes, non ſunt firma oſſa, ſunt vappidi muſculi, ſunt caſeoſi tendines, fragiles nervi, molles venulæ, tenellæ arteriæ, tegumenta laxa, ſenſus imperfecti, loquela nulla, vaggitus clamoſus? omnia fere adhuc paſſibilia organa, imperfecta fluida: emunctoria ſine firmato ritmo, modulatione, excernendi diſtinctione? Corporeum nuper organicum externæ elaſticitati traditum: nutritione auctiva indiget.

XLV. Incremento longiſſimo indigent, & primaria lactea mole nuper nati: & conſideranda veniunt: Corporis incrementum, moles perficienda, oſſa firmanda, muſculi validiori firmitudine, vaſa præparantia, deferentia, cribantia, & organicum debito naturali ritmo perficiendum ex lactis ſapore, figura, efficacia, roſciditate. Et ſicuti fundamentales ideationes chylifero fluido ab alimentis traduntur, & à chylifero reliquis nutrientibus ſuccis; pariter etiam intimo, intrinſecoque lactifero immediatiùs infantulo ſugeruntur ideationes omnis generis, quamvis occaſionali ordine; nam naturalis craſizatio à primordiis generantium. Quarum ideationum vis, efficacia robur patefit traductione, translatione lactifera reſpiciente,

 & fun-

& fundata propriis fluidis Nutricum, & alimentis: quibus utitur, vescitur quælibet lactans, pueros lactifero alibili fluido.

XLVI. Alimenta ideant chylum, modo tamen suo; & chylus à Nutricis ventriculo, cujus esurini, foventes, fermentantes succi chyliferum agunt, illique imprimunt omnes, præcipuas eorum ideationes, satis elucidatas præcedentibus Iconismis. Ex chyloso mediatè lac conficitur, recepta impræssione lactifera in mammariis glandulis. Infantuli roborantur, ideantur, grandescunt, incrementum agunt lactifero fluido dotato duplici idea; scilicet alimentia externa, & chylosa intrinseca Nutricis; unde bis aliquando roborantur, & exquisito alimento, & optima Nutricis chylifera fermentatione. Vetulæ fuctrices insciæ specifico assumpto cibo, redicunt ex lactis odore, & sapore, speciem assumpti antecedentis cibi. Pariter quoque læduntur duplicata spina, dum rustico, pravo, insalubri vescuntur Nutrices cibo; & secunda earum molesta chylificatione; undè misellis pueris infantiles morbi, & lactis caseatio, vomitus, viscerum crispationes, lactis ranciditas, tormina intestinorum, alvi virescentes excretiones, motus spasmedici, epileptici, oris, oculorum tortuositates, difficiles anxiosæ eructationes, rachitides, atrophiæ, acidi ructus, & alii non pauci morbi; sed omnes ex lactis acescentia, læsione figurationis, saporis, ideationis lactantium Nutricum; quarum incorrigibilis pertinacia multos enecat pueros. Paucas non invenies vinosas, luxuriantes, edaces, aliisque molestiis dépravatas: quarum improbum lac innocentes Infantuli sugere conantur: ideanturque iis moribus rusticis, pravis, villiticis: evaduntque adultiori ætate morosi, morbosi, improbi; parentes imprimunt rectas naturales ideas; nam novem mensium spatio augentur, generantur, lucique traduntur; at dupli lactis munera, nisi dicam, onera ferunt, suscipiunt à lactifero pabulo.

XLVII. Matres (dummodo impotentes non fuerint) quanta tenentur reddere, stricta trutina, rationem Altissimo, dum inconsultè committunt proprios Natos Nutricibus. Protervis, clandistinè prostitutis misellos, innocentes filios lactando concedunt; nec religiosæ, necessariæ trutinæ, debitoque examini eas subiciunt. Proh quantas scimus negligenter electas, alendo pueros, eosque fœdasse gallica lue, scabiosis pustulis, perpetuis strumis, aliisque horridis morbis: sat jucundi reputantur parentes dummodo Nutrices sint juvenes, robustæ, lætæ, immo læthales, carnosæ, grandescentium mammarum; at morbo si contaminatæ, improbæ, protervæ, prostitutæ, parvi faciunt. Fundamentum salubritatis, probitatis dupli-
ci

ci basi substentatur: Generantium, Lactantium, scilicet recta salubri, morigerata, inculpabili vita; & Præceptorum religiosa, studiosa, prudenti educatione: quibus minutim dare operam tenentur prudentes, non brutales: religiosi, non improbi Parentes. Sint ergo Nutrices optimæ ideationis, proborum morum, & salubris structuræ, ut filii fiant vera parentum philamenta, progenies, stirps. Lactiferum nutriens fluidum circuitu universali, licet non semper; nam ferri, traduci potest lacteis thoracicis ductibus à subclavio ramo chylum à receptaculo lacteo ad mammas, & quo casu, & itinere immediatum est; at verò dum longa temporis intercapedo interest à chyli formatione, ad lactis suctionem; tunc mistione cruorifera, universaliorem agit motum, ideaturque morbosis, vel salubribus Nutricis ideis, & à mammarum glandulis propria structura separatur, & in lactis modulationem deducitur. Menstruatione Nutricis læduntur infantes, sed tempore motus: quidpiam impurum habituosum tribuunt. Scio nonnullos honestissimos viros cognovisse menstruantes esse mulieres, transeundo; dicuntque affici quodam pravo, licet exili odore. Contaminant plantas virentes, & præcisè æstivo, verisque tempore; quam multas vidimus fructiferam, pulchram plantam ascendisse, & statim eadem die arefactam; & cellæ vinariæ non sunt tutæ, si nimia mora à graviter menstruantibus habitentur. Proh nobis tam palustri arvo, ac cænoso utero genitis! Transacto mensium motu alacriter vivunt, restaurantur, augentur. Nutricibus assimilantur illis, totum lactationis tempus, vel præcipuum agentibus, causa nutritionis. Sunt infantes geniti ex convalescentibus Parentibus, & robusti, salubres evadunt, lac sugendo à probis, valentibus Nutricibus. In his prudens, debita optima Nutricis electio; dummodo in melius mutatio agatur.

XLVIII. Lactifera similitudo vestigia firmat in opere nutritivo Assimilantur sæpissimè Nutricibus, & Parentibus æqualiter; multoties magis illis, quam his, & opposito ordine. Enim vero salubres, vegetæ, causa præstantioris nutritionis, & lactationis; longitudine univocant ipsis natos; sin minùs assimilationis individuatio major generantibus tribuitur: sic morborum propagatio fortior, mediocris, debilis impræssio. Chylosæ ideationes in lactis modulationem redactæ operantur totum illud, quod restaurandis propriis lactantis fluidis communicatur impræssione ideali.

XLIX. Aliud non est in mammis lac, nisi perfectior chylùs ideatus secundùm figuram, saporem, & motum in mammariis glandulis, ut caseosam ideam faciliùs suscipiat; chylus in vasorum ruptura, & venarum salasso caseosam ideam repræsentat; diversis con-

fonis,

fonis, coagulantibus in massam caseo similem, chylus separatus inspicitur; ut raræ, sed notandæ observationes Graafianæ leguntur. Eandem ideam recipiunt à lactifero nutriendæ, restaurandæ, augendæ partes, ac à chyloso fluido; immo excellentiori modulatione, dum lac fit depuratus, mammarum structura, chylus. Ideationes universales in utroque fluido annotantur, inveniuntur ordine nutritionis.

L. Cognovi virum, qui adhuc vivit: infantili ætate suxit lac à capra toto lactationis tempore, dum mater atroci scabie laboraffet; omnisque Nutrix timore scabiei nolebat puerum propriis mammis appropinquare; parentes nescientes quale præsidium lactis vicem gerens famelico infantulo substentando substituere; capræ lactiferæ commiserunt; ille horis assuetis, dum vaggitu eam reclamabat, suo muneri operam dabat: grandescens puer, pubescens, vir; factus taciturnus, raucus voce, immo submissam agit loquelam, caprinos imitans mores: silvestria, nemora, montanos petit aditus, silvestremque ducit artem. Turpis, rugosa, livida mater peperit marem, quem pulchræ Nutrici commisit, amicorum, consanguineorum suasione: filiolus pulcherrimus, nitidus, rosaceus, speciosus, & nunc vir probitate morum gaudet. Anno millesimo septingelimo ex nobilibus parentibus natus infantulus, generantibus simillimus, cujus incauta mater duobus mensibus elexit Nutricem clandestinè, annis pubertatis, strumis affectam: suxit misellus brevi tempore fœdatum lac; dealbatus, pullidus evasit; & biennium attingens, carie ossea in pollice sinistræ manus correptus, indè internodiis cubiti, atrocissimè vexatus: squamatis, cariatis ossibus, lenta afficitur febre, & post 19. menses; nimia parentum dolorosa lacrymarum copia, relinquens caduca, cœlestia petiit. Venenosum virus, plusquam viginti annis in morbosa Nutrice absconditum, tanta atrocia offecit. Hujus filiola iisdem molestiis obiit; at adultiori ætate. Minimè fidendum annorum elapso tempori, dum virus depravatum solidis organicis partibus affixum est: podagra, epilepsia, gallica lues, strumosi affectus sat testantur, & prudentes cautos faciunt in electione Nutricum.

LI. Tenella infantula, cujus Parentes iracundæ crasis, & mater parcissimo salivali gaudebat fluido, rarissimè spuebat, ut ætate senili etiam ariditate salivæ affecta sit. Commissa Nutrici vappidæ constitutionis, cujus causa copioso impuro molestabatur sputo, ut indecens moribus, & sociabilitati esset. Adulta, & trigesimum ducens annum ab infantili ætate, simili copiosa spuitione afficitur, quamvis stomatichis continuò usa præsidiis.

Ju-

LII. Juvenis virtuosus vivit: ex generantibus etiam probis, & litterarum studiis operam dantibus, velocissimæ loquutionis, claræ, sonoræ, perfectæ: lactanti Nutrici ultimis mensibus commissus puerili ætate; cujus rauca, parumpèr balbutiens prolatio erat, ac minutissima aphonia molesta: quamvis studioso nimioque conatu contractam molestam ideationis impræssionem corrigere velit; attamen Nutricis loquutionem imitatur: neque studio, & decenti labore à tanta ideatione se subripere potest. Noscit improbum, indecens, nescit expellere molestum.

LIII. Fatuitate quadam, annis multis retrò elapsis, ut ex probis viris habitum est apud nos: Nutrix quædam fortem, lactationis impræssionem fœmellæ infantulæ tribuit; hæc adulta viro virtuoso nupta; at tunc temporis nec fatua, neque ignara uxorata, sed nimia religiositate tenebatur; quantos genuit filios utriusque sexus; omnes aliquali fatuitate præhensi: majoris, minorisque graduationis ordine signantur.

LIV. Erat pulchra, nobilis mulier, dotibusque naturalibus nimis repleta; minimèque corporis salubritate, vel bonis, sociabilibus moribus fraudata: commisit proprios natos Nutrici lividæ figurationis, aliisve molestiis retentæ: successivos educavit natos proprio lacte. Hæc sæpissimè præhendebatur iliacis doloribus, quibus denique extincta: quod mirum est, non solùm externam coloratam superficiem, educati, & nunc viri, & fœminæ nubiles annuunt; sed iisdem atrocibus intestinorum molestiis, eodemque tempore mensali. Alia reticenda hìc non exprimuntur: probitate morum jubente majora annotare.

LV. Rarum non videbitur salaces, venereas Nutrices lactasse pueros, iisdemque ideationibus illos lactifero fluido ideasse, ut puberes amantes essent, & Nutricibus indulsissent; idque nutritionis, molis, incrementique opus ducens: esset alieni incrementi causa. Probas, morigeras eligere oportet; nè pravis ideationibus Nati, adolendo, affecti teneantur.

LVI. Annexa Nutritioni sunt, Augumentum, Moles, Motus, Figura, Sapor, Crases, Modulationes, Ideationes naturales, Neutræ, Morbosæ; similitudinis specificationes, genere perfectivo, & defectivo diversæ, distinctæ; & opus Generationis singula sequuntur. Generatio, Nutritio univoca vestigia, similesque signant ideas.

ICO-

ICONISMUS XVI.

Ideationes similitudinis Naturales Sympathicæ, & Antipathicæ undè sint.

I. Similitudines duci, fieri, transferri Natis opere Generationis, Nutritionis, Lactationis, tam naturales, quàm neutras, occasionales morbosas, monstruosas; nimis superioribus paginis elucidatum est. Ne imperfectum, incompletum agatur opus similitudinis idealis; visum in præsenti est, sequentes exarare calamo paginas, illasque ornare ideis Antipathicis, Sympathicisque; nec nominibus rerum, viventium, animantium passibiles, activasque explanare ideas; at intrinsecis realibus causis eas gigni, produci ostendendum venit.

II. Inest vegetantibus multis unum alteri associari intimèque annecti ordine insitionis, licet in diverso genere plantifero, ut Iconismis vegetantium explanatum. Amicabilis societas, univocatio amborum tantùm construit ligamen, nodumque stringit. Diceret inscius adesse Sympathiam inter utrumque, uti opposita nemistate, multa ullimodè uniri, copulari, annecti permittant; neque in his verbosa exponenda Antipathia. Nutritionis utriusque sociabilitas ideando fluidum in fluida, vel fluiditates in fluiditatem, tale punctum enodat, solvit.

III. Multoties magis assimilatur silvestre domestico insito, quam hoc principali arvo terreo affixum. Observantur insitiones, & enascentes stolones, surculi; majoris molis incrementum, quantum majus suscipiendo, relicta supposita inferiori planta minùs quanta; causam quæres, & obvia cuique erit; scilicet modulationem figurationis esse capaciorem, laxioremque inferioris, cui insitio adhæret: simili etiam ritmo sapores principalis plantæ minùs cribari, depurari, filtrari in ventriculo insitionis; uti experimur esse fragilioris texturæ superiorem insitionis ramificationem: duriorem inferiorem terræ affixam. At opposita contingente modulatione: grandescente, majusque incrementum suscipiendo originalem, principalemque plantam, minusvè accrescere insitos stolones; tunc duriores esse ramos superioris insitionis: gracilioris figurationis infimæ plantæ; & in tali dissimilitudine, ventriculus appositæ modulationis grandescit in botias, sivè tuberculos ligneos, causa cribationis strictioris, & angustæ figurationis residentis in textura insitæ novæ specificæ plantæ. Observare licitum sit totum hoc insitionibus malorum, castanea-

rum,

rum, amigdalarum, & prunorum. Nequit subintrare figurationem angustiorem, quod grandioris molis extat, nec ducitur foramine acûs angusto funiculus; ideoque incapax intromitti, & affluenter transmissum à principali planta; nesciens regredi, ibi stagnans, paulatim accrescit, & in botium, tubercula migrat. Amicitia, sociabilitas figurarum, saporumque omnimoda non struitur, nec univocus totaliter accretionis motus, nutritionis appositio undique consona est. Subintrat in appositam insitionem illud, quod associabile est in figura simili, & sapore consono: relicto incapaci, alieno, & minùs intromissibile, annexo insitò stoloni. Oculari experimento hæc omnia annotantur.

IV. Penè incapaces fiunt insitiones multarum plantarum oppositione succorum nutrientium: nec dulce nutritur amaro, neque amarum acido; sapidum abhorret vappidum, &c. Triangularis figura non associatur tubulosæ, nec pyramidalis univocatur quadratæ; quibus annectitur univocatio motuum. Sapores, figuræ, motusque sequentes, dum univocationis modulationem agunt, vel proximè operari possunt, sociabilitatis, & amicitiæ construunt vinculum: at omnimoda, distans, longa, diversa saporum, figurarum univocatio, nec possibilem, nec passibilem reddit texturam sociabilitatis: nec ficus unitur pyro, nec prunum persicis: opponitur vitis malo, abhorret sorbus amigdalas, & de cæteris non sociabilibus identidem explanatum, ostensumque venit. Annexio, sociabilitas, unio, ligamen, univocatio vegetativa reperiri nequit in dissono sapore, diversa figura, & opposito motu. Vinculum insitionis firmatur in opere nutritivo: nequit nutritio agi, perfici naturalis, nisi univocatione saporum, figurarum, motuumque utriusque associandi.

V. Hinc largè, intimèque patet incrementum, decrementumque plantarum arvi terrei diversitate, regionis distinctione, aerisque elasticitate. His singulis, & quodlibet ipsorum capacius, vel insufficiens incrementi genus. Una regione, tali fimo, distincta annitemporis, vel loci elasticitate: molis, structuræ, nutritionis, fructificationis diversitas oritur; cooperantur antecedentia modulationi saporiferæ, figurationi, & motibus; undè proxima, longa sociabilium univocatio saporibus, figuris, motibusque fundatà: si ultimanda, perficienda ab illis erunt sympathica sociabilitas, incrementum majus, vividitas, robur, moles, cæteraque perfecta; sin minùs; graduatione sociabilitas, amicabile nutritionis vinculum produci, agi permissum fuerit.

VI. Alvea insuper sinuositas, distincta, signata terrea tantam

firmat societatem: observamus nonnullas plantas diversæ specificationis sæpè sæpiùs eundem occupare locum, v.g. Meridionalem, Borealem, Orientalem, Occidentalem: simili ordine herbarum species, unam reclamare aliam, alteramque abhorrere. Arva, situs, fluidorum nutrientium sapores, figuræ non dissimiles observantur. His fundatur, adhæret naturalis Vegetantium similitudo fundamentalem basim retinendo in saporum, & figurarum univocatione, ex sociabilitate fluente nutritiva.

VII. Tenent amicabilem societatem, ordine suo, volatilia omnia, & perennem oppositionem. Milvus, omnesque feræ, & præpetes aves innata oppositione, & pugna exitiosa inferas trucidant aves. Diversas figuras, oppositos cibos, distincta tenent loca nidificationis: quibus univocantur sapores, motus, mores, sivè innatæ ex his operationes. Præcipua sociabilitas firmatur saporibus, figuris: motus nequeunt oriri dissimiles. Fluida nutrientia, sivè chyliferum opus nanciscenda; eliguntur à specifico. Videmus Milvum, Falcunculos vesci Serpentibus omnis generis, similibus feræ structuræ, ideationi, & operationibus feracibus: quorum alimentorum fundamentalis idea proximè associabilis propriis fluidis nutrientibus: horum modulatio saporifera, figurativa ideatur, & motus ferociæ, vindex, exitiosus. Fluida organum, organa motum agunt: utrumque ità perficitur omnibus. Hispanus, Gallus, Germanus, Italus, Britannicus associantur modulatione concupiscibili; scilicet ordine finis, non ratione morum. Iracundus dissentitur torpido, moroso, mæsto: lætus, jocosus non annectitur melancolico, serio distinctione morum; & mores diversi, vestigiis fundamentalis structuræ saporiferæ, figurativæ, annexorumque: nec coclea pascitur enruca, sed limo; infimæ aviculæ satiantur tenellis floribus, acinis suavibus univocis, & proprio nutritivo fluido. Ovis, Lupus, Lepus, Ulpis, Leo, Cervus, &c. non tantùm distinctas figuras, structuras; at diversa petunt alimenta naturalia (remoto stimulo nimiæ famis) & una simul saporibus indulgent oppositis, graduatione habita specificationis; earumque carnes, uti structura varia, pariter discriminata tenentur serie saporum. Hinc amicabilis societas, opposita discrepantia majoris, minorisque, mediocris ponderis, uti distantia saporifera propinquior, longior, tolerabilis fuerit; quibus univocantur operationes placidæ, ferinæ, trucidantes, nimis inter se discrepantes, ut nullimoda sociabilitate uniri, annecti possint. Figuræ dissimiles, sapores oppositi, diametralitèr privantur totali sociabilitate, sicuti fluidum, & solidum: grave, & leve: summum acidum, summa graduatione amarum: longum, circulare: linea, circulus: ferox, hu-

humile: muriaticum, insipidum: ignis, aqua. His oppositionibus adversitas, inimicitia; insociabilitas operationum, motuum, idearum sequentium. Univocatio similitudinis agitur in organicis naturalibus, & etiam artefactis: imitantur hæc naturale opus, cui coguntur artes perfectè, ordine suo, assimilari. Pictor, statuarius, singulumque fabrile; quodcumque artefactum: in naturalibus intrinsecis, singulisque viventibus expræssione nutritionis: Sympathica in volatilibus, terrestribus, & fluvialibus, ordine specificos quantum fert naturalis simbola modulatio, non aliena ab æquali fermentativo motu nutritivo. Quibus pascimur, iis nutrimur, restauramur, augemur, ipsisque sociamur. Mores sequuntur speciem, hæc conservatur individuis; individua nutritione, & successiva propagatione. Nutritio, & propagatio motu restaurativo, & univoco generativo: omnia hæc æqualitate alimentorum, & modulatione nutriendorum. Nutrienda similibus saporibus, figuris, & motibus; & horum consona, æqualis, debita, naturalis proportio amicabilem parit sociabilitatem naturalem: in sensitivis, perfectivam: in Rationalibus affectis utile, honestum, & jucundum; remoto omni qualicumque concupiscibili, ut mox dicetur, distincta dilucidatione.

VIII. Hujusmodi Naturalis sociabilitas sympathica dicta (sed corrupto vocabulo) dum causis naturalibus annectitur; nec casu, & fortuitò fit; sed necessitate quadam causali. Non tristamur adversis naturali Antipathia, at causali præcisa molestia: neque lætamur sympathia jucundis, dum motu consono afficimur. Omne productum, ideatum, modulatum à proprio agente, debitis mediis, & consonis annexis; non sympathico motu, sed activo naturali agitur. Adversum, oppositum, molestum officit non antipathico, sed actuali, reali motu, vera efficiente, movente causa; minimèque in fundo jocosæ antipathiæ. Jucundum est omne illud, quo conservamur, reficimus, grandescimus, roboramur; & hoc perfici, produci nequit, nisi causis nobis univocis ordine nutritionis. Animum ducimus lætum, hilarem, illis cogitationibus consonis primo sensorio, singulisque sensibus, vel distinctè, vel copulatim. Armonia, musica reficiuntur, delectantur organa auditûs; at successivè omnes sensationes, omniaque fluida vivaciora, lucidiora, spirituosiora fiunt: sic pulchris picturis, objectis cujuscumque specificationis; scilicet artefactis, vegetativis, sensitivis, intellectivis. Si quis dicere, asserere auderet, hæc casu, sympathicè oriri; non esset risum illusionibus copulare? Sunt patentes, reales causæ, proportionata media; & occurrere volumus ad ignorantiæ asylum, & puerile inventum. Agens reale ordine consono, & mediis naturalibus simi-

lem agit effectum. Agens quodcumque extricans, imprimens, ideans, ordo signat modulationem; media intrinseca sapores, figuræ, & univoci motus; conflatum ex his opus est, & amicabilis societas nutritiva, restaurativa, mutua.

IX. In Sympathica similitudine, aliud non exprimitur, nisi amicitiæ continuatio, duorum viventium conjunctio, plurium cognatio, utriusque jucundus consensus. Amicabilis continuata sociabilitas respicit mores, ætatem, univocationem inspirationis, cœli statum, alimoniam. Pueri amicabili continuatione agunt jocosa, puerilia; nec viris, senibus conjunguntur, ni concupiscibili avaritiæ fine, omnique alia inclinante animum cupidine affectum: neque his, reliquisque concupiscentia ductis, competit, annectitur sympathica similitudo; at concupiscibilis, & concupiti irrectitudo. Non sympathicè amamus pulchrum, & fugimus turpe molestum; sed rationabili ducimur fine: sic adversa abhorremus; molesto præsenti, vel futuro considerato adverso. Ætate continuatur sympathica societas: senes, senibus: juvenes, juvenibus: viri, viris associantur: etiam brutis id ipsum contingit; ut pullus, pullo: adolescens, adolescenti, &c.; ut quoque in his notetur delectabile, vel afflictivum; aut sociabile, vel adversum.

X. Continuatur præcipua sympathica similitudo moribus. Primum ferè vinculum ligans animos. Reperibile longum est (secluso concupiscibili) ut improbus, probo annectetur: bellicus, pacifico, morigerato: mæstus, hilari: jocosus, serio: virtuosus, ignaro: venereus, casto; modestus, rixoso: humilis, superbo, &c. Mores fluunt à perenni simili scaturigine, nec dissimilibus, dissonis, inæqualibus agitur conservatio, continuata restauratio; qualem agnoscimus necessariam inter amicabiles similes socios. Naturale, quodcumque internum, externumque opus augetur, nutritur, incrementum, conservationem trahit à simili auctivo, nutritivo materiali, vel pathematico. Quis unquam audactèr asserere, aut observare potuit, lætitiam custodori mœstitia, virtutem fundari, fortiùsque figi ignaviæ vestigiis; iracundiam restaurari humilibus actibus; castum cælibati veneriis? Opposita destruunt, minimèque continuant sociabilitatum nexum, ac mutuam benevolentiam.

XI. At Cœli status, alimonia, non parùm insociabili unione considerantur. Hispiratio aerei univoci, univocam vibrationem, elasticitatem viventibus introducit; pariterque alimentorum specificatio eadem. Signantur maximè mores, viventium operationes his duobus ideantibus intrinsecè fluida nutrientia, ut superiùs expressum venit. Horum modulatio, impressio, & structio ideare primò

va-

valent mores, & morum graduationes parere; ut fat idiomatum, & nationum oppositio, vel amicabilis conjunctio patrant ex Cœli statu, & alimoniis. Occasionalis mutatio nativi Cœli, ut Italus in Affricam, Ægyptius in Galliam, &c. tales nanciscitur continuationis societatem, vel oppositionis diversitatem. Sapor, figura, motus, elasticum, extricatio, fluidum, organicum vivens, idea, mos, opus ad extrà sociabilitatem, vel adversa ferendo.

XII. Amicabilis univocatio sympathica præcipua firmatur omnibus æqualibus concurrentibus, scilicet ætate, Cœli statu, moribus, alimoniis; quæ pluralitatem cognationis agunt, binariam conjunctionem, utriusque jucundum consensum. Binaria, sivè duorum conjunctio demonstrat sympathicæ sociabilitatis excellentiam. In Pluralitate reperibilis est graduatio majoritatis, & defectùs; quibus caret Dualitas. Titius, Franciscus possunt iisdem annis, cœli aura, moribus, alimoniis ideari, atque intimè associari saporibus, figuris, motibus, fluidorum ideationibus; quod in Pluralitate reperibile non est, dum pluralitas, & multiplicitas necessariò susceptiva est majoritatis, & minoritatis graduatione. Sint tres, quatuor, pluresque sociabilitate sympathica affecti; nullimodè cogitari, nec inveniri potest eadem identida graduatio æqualitate totali in objectis pluribus signata; quilibet, sivè Titius, Franciscus, Petrus, Simon, magis internè jucunda conjunctione ducitur circa unum, & non alium; & quamvis ad invicem sympathicè trahantur; nunquam æqualitèr signantur, eodemque assensu ducuntur graduato. Germani fratres plures, eosdem generantes agnoscendo, graduatione sympathica dilectiva ideantur. Cognovi trimellum partum masculeum, vixeruntque unitim usque ad septennium: quorum sociabilitas univoca totaliter non erat; unus magis altero conjungebatur, ut primus tertio nato ultimo, non secundo, nec secundus primo. Eodem motu concepti, iisdem fluidis nutriti maternis, eodemque seminali fœcundante dato. Distinctionem agnovimus in pluralitate, & ternario numero; non dicimus quod ad invicem non associabantur; sed non graduata omnimoda intima univocatione. Nutrici attribuimus dictam graduationis distinctionem; quamvis si possibile foret eodem individuo lacte nutriri; nec plena graduatio, & sympathica similitudo esset. Assensus est motus idem ingressivus, & regressivus firmatus omnibus antecedentibus; ex quo oritur jucundus consensus, nescitque fieri tanta graduata reciprocatio inter plura; est veluti lumen tangens in puncto speculum, & dum reflectit regreditur idem; at tangens plura specula, licet essent ab eodem agente, at non omnimodæ graduationis reflexus. Actio, & Reactio inter duo uni-

univocantur graduatione omnimoda totali; si pluralitate, & non dualitate id agatur; graduatione majoritatis, & defectus ideatur. Vivens viventi, non viventibus; mos mori, & non moribus; alimentum alimento, non alimentis: sapor sapori, non saporibus: motus motui, non motibus identicè, omnimodè, univocè, & graduata ducuntur totali sympathia: reactio, reflexus luminis intelligendus ordine identitatis lucidi, & non majoritatis, & activitatis validioris in puncto reflexionis; nec dubio ducendum est.

XIII. Nec brutis tanta sympathica dualitas aliena (remoto, secluso concupiscibili semper). Naturales sapores, motus, cognationes nutritivæ, determinatum agunt opus. Sit idem noxius cibus duobus pueris datus, eadem ætate, copia, iisdem horis: idem venenum, ordine, quanto, tempore adhibito individuis univocis ætate, & sexu. Nonnè eadem molestia trucidat omnes? Venenata, opposita, prava, molesta, eadem cognatione copulata eosdem pariunt effectus; indè majori præstantia adimplentur naturales crases, ætates, mores, conjunctiones naturales adjutæ à tota vivente machina; cui assentiuntur fluida omnia suis motibus, saporibus, figuris naturalibus specificis, & individuis.

XIV. Tantis innumeris insomniis afficimur mæstis, bellicis, iracundis, humilibus, religiosis, venereis, &c. Impulsu ideationis antecedentis conceptæ, vel colloquiis, vel sociabilitate, imaginativa, occasionali, quacumque alia imprimente causa tales sapores, figuras, & rudes fermentationes: ut somno capti; somniis similibus præhendamur, sæpè sæpius, & in quorum interna cogitativa occasionata ideatione; mæremur, tristamur, lætamur, expellimur, delectamur, & agimus somniando ea, quæ voluntariè el gere, operari possumus, scilicet consona, & amicabilia amplectendo; adversa fugiendo, & discursu phantasiæ involuntario ad bona proclivi, adversa nauseando; & quadam sympathica, vel antipathica sociabilitate naturali, & oppositione molesta in his, & circa ea versamur, ducimur: involuntariè insomniis tenemur. Tantum sympathicum, antipathicum opus quis agit, patrat, producit, ideat, intromittit? Quale Agens involuntariam sympathicam, antipathicam ideam operatur? similes sapores, æquales figuræ in fluidis naturalibus extricantur.

XV. Intromissio saporifera, & figurativa perficiunt motum æqualem in fluidis: similia simpathica, vel opposita antipathica ideant; uti omnibus operationibus naturalibus contingit: suavibus delectari; insuavibus, pravisque offici. Organa, sensus singuli, tantis distinctis univocis, vel diversis oppositis dissimilibus à Primo sensó-

rio

rio scaturigine, & fonte sic ideantur, ducuntur, exprimuntur. Causa naturalis agens consonis, opportunis mediis, tenetur modulatione, & naturali ordine, terminatos elucidare univocos sibi effectus, tam in statu salubri, quàm neutro, molesto, pravo, defectivo. Modulantur singula propria structura, ideatione, & fluidis sic sociabilibus; vel graduata oppositione lædentibus: undè sympathici antipathici, intimè oriuntur effectus; & uti opera ducta ad extrà à similibus saporibus, consonis figuris, univocisque motibus extricantibus, & ultimatè perficientibus.

XVI. Plures lusores sint fratres, amici, domestici, exteri, exteræque nationis; & ludant aleis, calculis, trocho, &c.: vel adversa pugna vexentur (remoto omni concupiscibili): ducimur sympathicè in unum, & non alium; immo patimur in ejus oppræssa, adversa fortuna dicta; & sinè quærela, ullaque mercede, vel concupito fine lætamur in hujus fàvente victoria, tristamur adverso eventu, ducimur in hunc Titium, & non Fabritium potiùs; symboleitate morum, ætatis, conjunctionis, cognationis, dualitatis figurarum, saporum, motuum univocorum; uti afficitur, præhenditur Visoria pulchro, Auditus armonia, & melodia; Gustus suavibus, jucundis, & universale sensorium suis univocis, consonis reficientibus saporibus, ideis, figuris, motibus, modulationibus; & adversis, oppositis molestatur, pungitur, læditur, graduationis habita modulatione utriusque perfectivi, defectivi; jucundi, & molesti. Utimur verbo sympathia, & antipathia, nescientes eorum intrinsecam similitudinis;& dissimilitudinis causam;& ne totali ignorantia afficiamur; tale utimur Asylo.

XVII. Animalia sint rixosè pugnantia, aves, oves, canes, cæteraque multa: occurrit huic, non alteri; & auxilii Dux externum animal, fit domestico nobis; sed auxiliatori incognito: scrutaris causam, & invenies antecedentibus demostratam: immo specifica non solùm, sed individualis occasionata externa figuratio, id totum annotat; quare fulvus canis fulvum, albus album, niger nigrum sympathici diligat; sic oppositio, antipathica dissimilitudo demonstrat (secluso omni obice antecedentis habitæ pugnæ, vel domesticæ societatis) in quorum accursu minimè sympathica, vel antipathica scrutanda veniunt.

XVIII. Tanta habita, explanata causa similitudinis sympathicæ, & antipathicæ adversitatis, ordine figurarum, saporum, motuumque univocorum, dissonantium, discrepantium, opponentium, tam in vegetativis, sensitivis, rationalibus, causa Nutrientium, Generantium, Ideantium, Modulantium, Struentium, Restaurantium, si

ſtaurantium, Augentium, Conſervantium, Individuantium; ac Vitalitatis Machinam firmantium: longum non eſt explicare in quibuſdam lapilloſis magneticam attractricem, expulſivam vim, ut hoc trahatur, aliud non: illud ſtricta annexione, & ſocietate teneatur, non hoc. In quorum ſympathica ſocietate, conjunctione, aſſenſu, amplexu; antecedentia ſunt inveſtiganda, ut plena eorum agnoſcatur cauſa.

XIX. Habent Metallica, magnetica proprias internas figurationes, ſaporibus ſtruuntur propriis univocis; & in eorum productione ſuſceperunt ideas ſpecificas motu agentis. Unumquodque ſuo ſimili petit aſſociari, è conſono reſtaurari, augeri, conſervari; tunc præcipuè, quando debito, naturali ſimili privatur multa mineralia vappida, inania redduntur ſuo roſcido vegèto, roborante, artificis induſtria, uti ex fodinis terra ferrea, ænea, violacea extrahuntur, & ab eis ſeparatur, quod ferreum eſt, æneum, vitriolaceum, aliudque ſimile eſt; indè ut inutile fœculentum reicitur ſuperfluum ſtateoma, apud artifices terra mortua dicta. Temporis diſtantia, & longitudine, externo aeri neglecta, ſolaribus irradiationibus, pluviis, omnibuſque injuriis expoſita: fugit quodlibet minerale vappidum, neglectum habitum; aliqualem ferream compagem, ideam: ſic æneum, vitriolaceum ſuo ordine attrahit ab univerſali regno elaſtico ſuum peculiare univocum, conſonum, reſtaurans. Succinum ſua figuratione, & ſapore, vegetabili idea ſignatum; paleam ſecum ducit: graduatione agentis, & paſſibilis habita. Senſitivum ſi eſſet corpus ſuccinum paſceretur paleis, illiſque reſtauraretur; externo colore aliqualiter univocantur; Adamantes aeri expoſiti; ſed ſervata cuſtodia cryſtallorum, vel in capacitate aliqua fictili, attrahunt pulviſculos, & quædam ſubtiliſſima corpuſcula ab aere: paleas quoque dum profundæ ideatæ ſtructuræ fuerint. Magnes ferream æmulando ſtructuram paſcitur arenis ferreis tamen, non quibuſcumque, & limaturæ ferreæ annectitur, aſſociatur, ut motu ſaporifero ſugat id ſibi conſonum, æquale, univocum, & oppoſitis ſaporibus impoſitis, v. g. alii in arenoſo ferreo, vel magnetico lapide; nec ferreum allicitur, nec magnes allicit; vel aere ſimili odore fœdato, uti medium incongruum, ſylveſtrique ſapore imbutum. Vegetantia plantifera, herbacea proprio univoco nutriuntur, & magnetica modulatione illud ſugunt, quod immediatius eſt figura, ſapore, & motu naturali. Neque in fodinis aliter modulatio, nutritio, incrementum, reſtauratio metallica fit, niſi conſenſu, continuitate, cognatione ſaporifica, figurativa, cui aſſociatur univocus motus. Nonne acumen ferri, vel politum ferrum magneti affixum, longa mora uni-

unitum, ut occasionali associatione, magnetico sapore ideatur, attrahit ferreas limaturas, & arenas? Tanto tempore id aget, quanto occasionata ideatio magnetica ferro adhæserit: æs, argentum, aurum tali ideatione incapacia; quomodo carent figuratione simili, sapore æquali? Conchylia, corallia, perlæ, matresque perlatæ, & innumera alia augentur, nutriuntur, incremescunt propriis habitis univocis saporiferis, figuratis, modulatis. Nutritionis, Generationis, Suctionis, Restaurationis, Associationis opus semper univocatione gaudet. Magnetica respiciunt polum articum ex figuratione directa spiralis elastici aerei: quam figuram inspirat modo suo magnes diametrali suctione; nec inspirationis motus fit obliquus, sed rectus, & sic expansionis agunt motum viventia. Spirarum structura, uti linearum fasciculus directo motu intromittitur, & per longum; at lateraliter diastolizat. Noscens spirarum, elasticique aerei corporis cubciam figurationem respicientem polares locationes atticas; suasus erit ex magnetica suctione, & polari aspectu, ac quiete in eo habita. Suctio cubici corporis spiralis aerei fit per longum, & directa; minimeque lateraliter obliqua.

XX. Inveniuntur symphathici pulveres, vegetantia, amuleta non pauca, quorum externa applicatione, gestatione, præservantur viventia à terminatis specificatis morbis. Horum efficacia, vis, & operandi ordo, si exactissima trutina ponderentur; invenimus, figuris, saporibus intimis pulveri, vegetanti, & amuleto, totum hoc agi, produci, ultimari, vel modulatione assumendi, uti alchalicis inest; vel causa intromissionis insensibilis propriorum saporum; & quadam elasticitate ductorum intrinsecis naturalibus fluidis: ossicula piscium amuletum collo appositum, ad præservandas fauces à stagnatione fluidi inflammantis: Camphora Orientalis pleuriticis affectibus: Mercurius vivus, sivè crudus ad fugandos putres, cœnososque vermes cujuslibet specificationis, &c.: quorum catalogus habetur penès Authores. Non sympathia, sed similitudine saporifera agunt, destruendo oppositos sylvestres sapores; vel assumendo, vel resistendo modulatione assumptiva, aut oppositiva: quorum efficacia, vis, operandi ordo non sympathicus, sed necessarius naturalis est; dum opposita, oppositis extirpantur: Univoca similibus restaurantur, augentur, incrementum suscipiunt. Neque reperibilis morbus suo Amulato carens: in hoc discriminatur Præsidium, Elexipharmacum, medicamentum quodcumque ab Amuleto sympathico dicto; sivè vegetabili, sivè animali, sivè minerali: quod medicamentum omne sensibili activitate, & cognito sapore, motu, & figura agat: Amuletum verò iisdem viribus, mediis operatur; at in-

fensibili elastico, suavi modulatione intromissione, figuratione, & sapore. His fundatur vestigiis manifestis; patentibusque causis Sympathica, Antipathica, Magnetica, Amuleta nuncupata scaturigo.

XXI. Celeberrima esset investigatio in præsenti: quomodo nos tristes, jucundi anticipato tempore simus ex futuro infortunio, vel gaudio? Multis antecedentibus tristamur diebus, sivè manifesta causa, vel occasione præsente; sumus molesti, mœsti, tristes, & nescimus, nec actualem tenemus spinam; attamen præveniente stimulo afficimur? Ut curiosum; dubium responsum: non causa solutionis; sed alia servata ratione. Connexio Agentium; Actionum universalissimum Genus; Elasticitatis cognatio: Primi sensorii omnigeris Impressio: Longi Amuleti transmissio: Insensibilis intromissio: Saporum necessaria naturalis Ideatio: Ideationum repræsentatio: Latentis, sed operantis insensibilitèr intromissi impressio. Virtuosis virtuosam, sagacem dubii solutionem, non levem reddent Periti ingeniosi viri. Universalissimum spirale elasticum inspiramus: retinet in sua vastissima nobis annexa mole, rudes, mediocres, perfectas figuras respectivè: sic quoque annexos occasionales sapores neutros, molestos, vel naturales; quibus annexum vivens extricationis patitur motum in fluido individuo intrinseco, vel fluidis: extricantur, & afficiuntur hæc univocatione sociabilitatis, vel oppositione molesti. Sat Perito sunt, nec ultra sapere licitum sit, neque vestigia tanta hìc signanda sunt. Respice effectus; & Phænomena singula extricabis extricatione saporum, & figurarum sat.

XXII. Alia sympathica similitudo partis deficientis, restauratæ, appositione partis sanæ; ut nati, v. g. carnæ bajuli, & extincto bajulo, marcescit annis elapsis caro balsamo unita. Cranio humani capitis, mortui viri, non reficitur, nec expellitur epilepticus morbus, sed viventis. Armarium unguentum applicatum sanguini affixi gladii ferientis; alterique corpori, cui adhæret ulnerari cruor: alia non pauca, quæ longitudine locali, intercapedine temporis, organorum distinctione, & distantia, dicuntur sympathica, sivè univocatione similitudinis agere in distans, & ideatione viventis, vel extincti organici. Videntur hæc omnia nimis dubia, nec scrupulosa indagatione carentia. Est in his (si vera omnimodè sint) recurrendum ad Abecedarium universale saporiferum, Elasticum, & Ideationum modulationes: quibus tales motus refectivi, vel defectivi producerentur; uti causæ universales ideantes, imprimentes, modulantes, moventes, perficientes, deficientes. Opus esset in his reperiri similes ideationes universales elasticas continuò agentes in aertum corpus elasticum, uti in herbarum, plantarum, & liquorum

ex-

extirpatione, modulatione, mutatione, incisione. Pleniluneo recisæ plantæ, extirpatæ herbæ, mutatum vinum; facilè marcescunt, & cariosa afficiuntur destructione; & uti Pleniluneum, Luna cornuta, gibbosa, curvata magis, minusvè erit; tali graduatione plantæ, herbæ celeriùs, tardiusque carie læduntur Noviluneo; totalique Lunæ silentio habito; nec marcescunt, neque carie corripiuntur, præcipuè boreali aura prævalente, ut satis quotidiè edocemur; & experientiis ducimur. Nullam ulteriorem causam agnoscunt; nisi aeris elasticitatem prægnantem alieno aqueo, impuro fluido, diceres superfluum aeri adesse roscidum, ratione luminis, & irradiationis fœcundantis submissum aereum corpus: quo necessariò indigent vegetantia omnia. Suademur his, dum Pleniluneo magis augentur, incrementum suscipiunt plantifera omnia, & maritima saxis affixa, & aqueo maritimo nutrita. Infœcundum, aridum, minimè roscidum aereum, & machina elastica, in Lunæ silentio, rosciditate caret, neque superflua gaudet fluiditate; ideoque talia oriri. Si cogitari posset in antecedentibus, simile universale Elasticum, sic ideatum, modulatum impræssum; longa non esset ratio, nec causa suppositæ distantiæ, & sympathicæ similitudinis affertæ. Habita tunc fermentatione fluidorum nutrientium in vegetantibus ex motu illuminationis extricantis sapores in fluidis: qualis motus fermentativus in silentio Lunæ deficit, & ad minùs diminutim agitur. Quanta nobis abscondita putantur, & arduæ, ac laboriosæ investigationis; attamen in spirali capacissimo corpore nimis patentia invenire, virtuosis licet.

XXIII. Esset Idealogiæ Naturalis firmandus, quiescendus calamus, dum Nimia sedulitate Præclarum, novumque systema cœtui Virtuoso dicatur, subicitur. Ideas singulorum Viventium à Fluidorum Naturalium Nutrientium impræssione tributas demonstrans. Saporibus, Figuris, & Motu, Ideas omnes modulari, distingui, ac diversas fieri: Seminaliumque Idearum vim, efficaciam in Motu Generativo singulorum generandorum. Idearum universalis Quidditas, & Distinctio ostenditur: Multiplicitas, Productio. In propria sede cujuslibet Naturalis Fluidi restauratio, Universalisque chylosi. Nutritionis Idea, necessitas successiva. Sensitivorum perfectorum Generatio, similitudo; etiam Lactifera, Sympathica, Antipathica dilucidata veniunt.

XXIV. Tenent antecedentes Iconismi expræssa, patentia, dilucidantia argumenta, demonstrantia Viventium Initia, & Ideas sequentes. Explanantur in ipsis Viventium Primæ Ideationes: Primorum Naturalium Idea, Vivere quid ab Intrinseco sit. Fluidorum

in sinu Terræ Ideatio. Prima Ideatio Fluidorum Naturalium in Vegentantibus. Plantarum, Herbarumque distincta Nutritio, & Ideatio Qualis sit. Fluidorum Nutrientium Ideam imitari Artefacta, & Organici Viventis structuram: explanatione horum habita. Quæ Universalis Vegetationis, Sensationis, Generationis, Nutritionis naturalis sunt: omnium, singulorumque annexorum, & sequentium ideæ, & vitalitati fluida ducenda, clarè innotescunt: qualia ostendere nobis visum fuit in naturali modulatione organica cujuscumque viventis; at ea oppositis saporibus, figuris, & motibus intromissa, sequentium dicendorum opus estat. Antecedentia motum perfectivum Viventium:. sequentia defectivum annotando declarant.

ICONISMUS XVII.

Venenorum Ideatio, Distinctio, & Diversitas in Fluidis.

I. VEra, naturalis, opportuna Generatio, & Nutritio agitur saporibus illis univocis, & consonis fluidis nutritivis primordiæ compositionis; & communi orgasmo cujuslibet specificati viventis associabilibus figuris innatis; motu requisito, opportuno, amicabili, cognativo, conjunctivo, simili, æquali. Perficiuntur, producuntur, incrementum tenent causa mobilis, molis, motus, figuræ, saporis, & extricationis suscitantis fermentabilium primam ebullitionem elasticam. Modulari tamen tanto ordine requirunt, ut ducatur vita una, conspiratio similis, consensus omnium. His struitur vitalis naturalis motus in nutrientibus fluidis primariò; & in organicis adhæsionis nutritivæ successivæ ordo spiralis.

II. Erronea, morbosa, lædens, molesta, prava, venefica defectiva, destructiva, demolitiva ideatio ducitur fluidis ipsis naturalibus nutrientibus, causa intromissionis fluidi oppositi elastici, saporiferi alieni, molesti, depravatæ figuræ, & destructivi motus; & hoc vel in fluido salivali, vel chyloso, vel lymphatico, nerveo, spirituoso arteriali, moroso venali, ac denique impetum faciente, primario: secundariò, annexione immediata; vel mediata conjunctione, aut successiva fermentatione, omniumque unione, ex causa gyrematis universalis continui successivi.

III. Nuncupamus genericè molestum, & destructivum vitæ, omne, totumque illud, quod brevi, affatim, mediocri mora, terminata, vel longa temporis succivitate valens, potens est vitam destruere; ut ejus præcisa occasionali intromissione, vitale lumen extinguatur, & vitalitati annexa alienentur, deficiant: notabili depravatione lædantur.

Erit

IV. Erit diſtinctio inter hæc. Clandeſtinè, proditoriè afficiens, & officiens, venenoſum, peſtilentiale, malignum dicitur. Latens, delitefcens, non cognitum, nec prævifum vitium; letiferam ſapit ideam malignam, peſtiferam, venenoſam imaginem; in cujus intromiſſione, & fluida occupatione nutrientium ſuccorum, & figurata ſaporifera, oriuntur diſſolutiones, coagulationes alienationes præſtantium roſciditatum, & luminoſarum flammularum vitalium in corpore organico vivente. Morbi maligni univerſales in hoc genere continentur omnes.

V. Nominamus venenoſa illa, quæ non ſolùm apta, nata ſunt vitale lumen extirpare; ſed omnes ſapores naturales fluidorum alienare à debita textura: ipſorum figuras deſtruere, & univocum motum intercipere ſtatim, moroſè, vel terminata temporis intercapedine; qualia dicuntur venena ad terminatum tempus.

VI. Occurrunt Venenorum diſtinctiones propriis ſaporibus, & figuris intrinſecis, ut multa ſint coagulantia, alia diſſolventia, nonnulla arſenicalia erodentia. Sunt Naturalia, & Artificialia. Viperina, Scorpionum, Aranearum, Felina, Canina, Falaringii, Bufonis, Phalangii, ac tantorum vegetantium, & ſenſitivorum multiplicatus numerus. Arte parata venena virus diverſimodè ducunt. Halituoſo elaſtico aere, externa appoſitione partibus organicis principalioribus thoraci, umbilico, aliiſque; & quod mirum, etiam lumine ductivo, dum pabulum virulentum extiterit, & luminis extricatione circumjacens aer fœdatur, quo inſpirato, afficitur, officitur Vivens in ſede inſpirationis, à qua omnia fluida ideantur motu neceſsario ſucceſſivo.

VII. Referre poſſem multas obſervationes non leves, inſpiratione venefica contractas in capaciſſimo corpore elaſtico aereo; ſcilicet virulentias malignarum febrium prima inſpiratione læthaliter ſuſceptas, dyſentericas, paluſticas innumeras: morbillorum, Endomicos morbos omnes. Sufficeret numerus non terminatus extinctorum ſolo lumine, ſivè igne carbonum fœdorum, ut ſomno capti, mortuos invenimus, & miſellè cinefactos. Eſſent deplorabiles caſus enarrandi, ni longum foret. Sola impura carbonaria elaſticitate inſpirata, aphonia, & apoplexia correptos; & totali coagulatione habita in pulmonali arterioſa, ac cavitatibus ventriculorum cordis, & cujuſcumque ætatis, ac ſexus, longus, & numeroſus apud nos catalogus eſſet; & eorum qui præſidiis adjuti non pauci ſunt; etiam aliquali aphonia ideati ſupervixere. Ideatione enim contracta in vacuitatibus pulmonariis, tale vitium ad ſepulchri aram duxit, ut paſſim obſervare licet.

Unam.

VIII. Unam referre hiſtoriam licitum ſit. Anno 1695. Septembris menſe, dum Veſpillo ingreditur ſepulchri veſtigia (quo in loco præcedenti hebdomada erat ſepulta pinguis, & carnoſa Virgo) Miſellus ingreſſus ſepulchrum, fœtore contaminatum, recluſum aerem inſpirat; incidit, obiit; & non uno, ſed duplici cadavere, tunc repletur ſepulchrum. Evolatus fædus aer extra ſepulchri menia, eadem indole afficit circumjacentes Veſpillones, qui nimis ſolliciti ſepulchro lapidem imponunt, ne graviter affectus locus eſſet: præſidiis adjuti, convaluere. Venenoſum inſpiravit aerem, ex correptis carnibus deductum. Omnimoda alienatio ſaporum, & figurarum in vivente organico, & extincto vegetante, veneni ſapit indolem, texturam, agendi ordinem: Abeſt cordis expanſio; obtuſum lumen, coagulato cruore, defecit motus: Obiit. Reſtitutionis motus cordis ventriculis ex fœdato fluido denegatus, undè non ſyſtolizato, ſivè expulſo vitali fluido in aortam, depravatione elaſtici non ſpiralis, organi non excitantis, & ſaporum deficientium: ceſſat vitale lumen.

IX. Multa Veneno ſimilia in viventibus organicis producuntur. Sufficit ad Venenum conſtruendum omnimoda totalis alienatio ſimilitudinis idealis, ſaporifera, figurativa: ſua graduatione deſtruens motum vitalem; organico oppoſita. Sublimatum, Arſenicum, Toxicum, artefacta multa reticenda ex animalibus, vegetantibus, & mineralibus modulata. Multitudo fungorum ex terreo ſinu prodeuntium; quorum eſus, tam perniciosſus ſæpiſſimè; venenoſa impræſſione agendo: penes nos obſervatio. Menſtruationes menſales, quid non operantur ſolo halitu aliquibus diebus, & annitemporibus? Illis fluentibus ex mulieribus rixoſis, ſalacibus, & alia reticenda ideatione affectis? Areſcunt robuſtiſſimæ plantæ velociſſimo motu. Bubones venerei, peſtilentiales, carbunculi, herpetes; gangrenæ inſtantaneæ? Virgo 34. annorum parvum nevum in ſiniſtro brachio apparentem, pruriginoſum ſcalpit: die ſequenti emoritur brachium: tertio muſculi pectorales, quarto gangrenata parte obiit. Quid atrocius, truculentius veneno? Puer 12. annorum veſcitur incautè cicuta, langueſcit, corripitur frigido ſudore, intumeſcit abdomen, deficit pulſus, poſt duas horas extinctus, & ſpaſmodica convultione contractus; pallore mortifero univerſa cutis inveſtita, impreſſa. Miaſmata venenata gignuntur in corpore organico cujuſcumque ſpeciei. Terræ affiguntur, enaſcuntur cicutacea, flammularia, nappellica, & fungorum multiplicatæ venenoſæ ſpecies. Viventibus oppoſita exitioſa, venenata; patentiori ordine, & opere viventibus ſenſitivis modulatis innumeris ſaporibus, figuris, fermentationibus homogeneis, eterogeneiſque.

Idean-

X. Ideantur, augentur, restaurantur viventia sensitiva, & vegetativa in distinctione specifica, talibus alimentis potiùs, quam aliis; ut quælibet species suos peculiares eligat cibos; & hoc in regno volatili, terrestri, & aqueo; & talis, tanta distinctio univocatur eodem ordine in multiplicitate eterogenea partium omnium ejusdem individui; uti superiùs satis ostensum. Univoco terminato cibo reficitur potiùs caput, non thorax, ventriculus: non renes, fluidum nerveum: non pancreaticum, & sic de aliis certo certiùs est; uti opposito ordine ab occasionali molesta, morbosa intromissa causâ læditur hepar, non offenditur cerebrum: afficitur tale, non aliud fluidum: depravatur hæc, non alia pars. Ratio, experientia, authoritas docent, firmant, demonstrant; & hujus distinctionis, ac diversitatis causa, medium, & effectus oriuntur ex saporum, figurarum, motuum distincta, diversa modulatione univoca, homogenea, æquali, simili, vel eterogenea, dissimili, inæquali. Tale systema non solùm in alimentiis, ac restaurativis; at in omnibus medicamentorum distinctionibus; scilicet stomatichis, urethicis, cardiacis, capitalibus, diaphoreticis, emericis, sputatoriis, elexipharmacis, alchalinis, salinis, diluentibus, &c. Quo systemate ostenduntur nimis clarè omnia phænomena orta, & oriunda ordine naturali, neutro, morboso, venenato inter maritima, quadrupedes, volatilia, metallica, aerea meteorologica, & inter sensitivorum nutrientia, vel molesta fluida, organica, continentia, contenta, fermentabilia, & fermentata.

XI. Data figuratione partibus organicis distincta; concessis saporibus univocis cuilibet nutrienti, & nutriendo: habito æquali consono motu, & repertis omnibus annexis, tam organico viventi, singulisque ejus partibus componentibus, integrantibus, & ipsis fluidis opportunis: existentibus figura, sapore, motu, & modulatione; causæ omnimodæ univocationis inter Nutriens, & naturale Nutritum, tam vegetativum, quàm sensitivum cujuslibet generis, & subjacentis specificationis. Infallibile argumentum, documentum anatomicum elucet; dari proximam, remotam, magis, minusvè applicabilem figurationem, conjunctionem, cognationem, annexionem inter unum, & aliud fluidum. Lymphaticum annectitur potiùs salivali, quam bilioso: Nerveum potiùs lymphæ, quam pancreatico; Esurinum magis pancreatico, quam nerveo: Biliarium proximiùs salino, quam subacido: Arteriosum sociabiliùs venenoso, quam biliario; Nerveum animali spirituoso arteriali; & omnes univocationes similitudinis saporiferæ, figurativæ, & motrices identidum, iisque structuris, & modulationibus proximiores,

re-

remotæ, remotiſſimæ aguntur. Hinc non longum eſt ſcrutari, & anatomicis obſervationibus edoceri, morbos quoſcumque ſpecificari, cauſari, conſiſtere, conſervari, foveri ab individuis fluidis vitiatis, læſis, depravatis primariò; licet neceſſitate conſequenti, moleſta fiant reliqua, ex cauſa cognationis, & annexionis, & ordine ſucceſſivi, continui gyrematis. Multi implantantur morbi vitioſo ſaporifero, figurato lymphatico principaliter; alii nervo læſo; nonnulli biliario offenſo, & moleſto: non pauci pancreatico depravato; univerſales fundantur in latice polychreſto; undè diſtinctio, varietas, diſcrepantia ſymptomatum, Indicatio præſidiorum; prognoſticum durationis, prænotionum ſalutarium, læthalium, dubiarum, ancipitis judicii, cæterorumque contingentium.

XII. Eſt venenum quodcumque fluidum ſaporiferum, figuratum, modulatum proprio motu, debitaque ſtructione; & ſunt in ordine venenorum, uti morbi diſtincti in ſuis fluidis ſaporiferis, figurativis, & motricibus occupantibus diſtinctas, diverſas ſedes, ventriculos, organa, cavitates; propriiſque fluidis foti, cauſati, conſervati, & peculiaribus ideationibus modulati: quibus affluunt ſequentia moleſta ſymptomata, omniaque effectiva, primariò genita, & fermentatione acta: ſecundariò univoca annexione dependentia.

XIII. At Venenum omne morboſum atrociſſimum, virulentum, deſtructivum eſt, & propriæ ſpecificationis ordine, textura, modulatione ideatum: potiùs huic fluido naturali annectitur, unitur, aſſociatur; hanc, non aliam primariò occupando ſedem, organicum, cavitatem, quam aliud moleſtè vexando corporeum organicum viſcus; licet neceſſitate conſequenti, univocatione conſensùs, & gyrematis ſingula afficiantur; Vita una, conſpiratio unica, conſentientia omnia. Alimentum nutrit magis univocum, & proximiùs aſſociabile, remotiùs ſingulas vivificat partes. Medicamentum ſtomathicum, ſtomaticham ſedem reficit primò intuitù; at reliquas minimè negligit partes; ſic Cordiale, Diaphoreticum, Diureticum, & ſingula. Morbus, Venenum figitur huic organo, ſuoque fluido magis; non relictis, ac omiſſis annexis, cæteriſque aliis motum habentibus fluidis, integrantibus ſolidis, componentibus omnibus, ut multoties delatum antecedentibus eſt.

XIV. Diximus quodcumque Venenum fluidum ſaporiferum: non excluduntur in hac loquutione venenata in figura ſolida; at conſona explanatione ſuſcipiendum eſt; ſcilicet, alimenta, medicamenta, non ducuntur motu; niſi fluiditate dotentur chylifera, & ſucceſſiva nutritiva, quamvis externè ſolida applicentur, ut emplaſtrica,

plaſtrica; panificia, & reliqua; ſuſcipiuntur, fovent, ſuguntur ſub figura halituoſa, elaſtica, & in fluida intruduntur naturalia. Omnes odores ſic operantur, reficiunt ſpiritus, reſtaurant imbecilla organa; & oppoſitione univoca inodora; fœtentia, venenoſa, & ſimilia depravant, moleſtant, officiunt, deſtruunt, ſupprimunt fluida obvia nutrientia, impetum facientia, conſervantia machinam viventem. Elaſticè omnia ducuntur, & tali modulatione, intima petunt fluida, penetrant organa, lædunt ſedes, ductus, canales, & terminatos conſonos ſapores, figuras, & motus naturales, ideisque afficiunt ſimilibus.

XV. Indè appoſito venenoſo, & ſolida figuratione dotato, alicui externæ parti; uti Epithemata animalium, & in figura ſolida: Agni, Catuli, viſcera inteſtinalia, ventriculi bovini, & ſingula univoca lumini flammeo naturali, & ſpiritibus vappidis: ſtatim roboratio, vivificatio, luciditas fluidis, ſolidiſque partibus læſis introducitur, annectitur, miniſtratur, tribuitur. Diebus præſentibus, & noſtro ævo non ultimum præſtans auxilium in morbis Cardialgicis, inflammatoriis, criſpationibus, obſtructionibus intimis, incipientibus ſtagnationibus, omnibuſque dolorificis affectibus. Naturalia imbecilla, univocis naturalibus roborantibus, reſtaurantur, reficiuntur, vivificantur (ut *num.* 15. *Iconiſm.* 13. expreſſum); fit ex tali appoſitione corporis venenati ſolidi elaſtica ſpiralis intromiſſio in fluiditates magis aptas recipiendi tantum virus; & adhæſione veneſici paulatim ideatur moleſtè, & virulenter fluidum naturale, primariò univocum, & ſecundariò reliqua circuitu univerſali, aſſociata depravantur: ſic viſceribus gravitèr principalibus læſis à fluido elaſticè intromiſſo pravo: fit obitus.

XVI. Venenum diſtinctionem patitur propria ſpecificatione, & modo agendi naturalis ſuæ figurationis, ſaporiferæ ferveſcentiæ; & conſequenti motu: quibus unitur, annectitur individuato fluido, organo, tanta, taliquè fluiditate nutriendo. Si fluido lucidiori, præſtantiori imprimatur venenata ideatio, & organico nobiliori; tunc inſtantanea pernicies, deficientia, deſtructio viventis. Fiſſatur Primum organicum viſcus à prava ideatione venenata intromiſſa ſuo fluido nutrienti; quo vice reſtaurationis, & motùs, deferendæ nutritionis, ducitur mora, deſtructio, mors. Extincto elaſtico lumine vivifico, movente; Coagulato fluido: mora, & non motus, & ceſſante motu, neceſſitat extinctio, omnimoda vitalis alienatio; & efficacia veneni operantis ſuo proprio ſapore obtundente annexa figura, & officiente violento motu: venenata patratur pernicies, imprimitur venenoſa ideatio.

XVII. Erudimur documento naturalium fermentationum perficientium opus generationis, fructificationis, singularumque effervescentiarum, circa distinctionem, & temporis morosam, celerem, tardam veneni diversi activitatem. Nonnulla citissimè operantur, ut apertione epistolæ continentis venenosum reclusum, instantaneè legentem enecet: virulentia activissimi saporis dissipat, alienat, trucidat nobilissimam, ac præstantiorem vitalis luminis ideam: dissoluto, vel coagulato impetum faciente luminoso, activo. Non sit extrà limites adducere casum non prætereundum. Fide dignus senex mihi retulit, à proprio Genitore, & amicis, tunc commensalibus audivisse, multis elapsis annis, dum æstivo tempore jocosa agebant omnes, & non pauci amici in quodam viridario; ecce unus illorum vidit nigerrimum, & magnum bufonem, quem jocosè baculo exili percussit: En mirum auditu! bufo ira percitus, percussionis causa, properatè, nimiaque celeritate percussorem sequitur, & ille jocosè jocabatur in bufonis celeritate; ut quemcumque peteret locum, sic semper occurrebat, signando eadem vestigia bufo: socii curiositate, & risu capti, videntes bufonem sequi solam semitam percutientis, & non aliorum (en triste auditu) cooperuerunt percussorem quodam pallio, supinum terra jacentem: tunc bufo saltavit anxiè supra pallium, quo tectus percussor erat, & quærens umbilici sedem subjacentis æmuli, quodam conatu, & stridore pressit jacentem: quo acto discessit. Omnes circumstantes cachinnosè ridebant, putantes quidpiam ridiculum à bufone actum; sed infelix eventus! remoto pallio, invenerunt percussorem extinctum, & denudato pectore, & abdominis regione: solus umbilicus pressus livore affectus, & tanta figuratione, æquivalente moli bufonis præmentis. Venenum retinet in cutaneis vesiculis, sed atrocissimum: sufficit sola perfricatio bufonis in herbas, ut hæ veneno inficiantur: Dum Neapoli eram, ex comestione acetarii herbacei; unica septem commensalium familia, tanta bufonis feracia affecti fuere, tantisque venenatis syncopalibus molestiis.

XVIII. Remota, celerrima, brevis, tarda, morosa venenorum distincta operatio, sequitur vestigia aliarum fermentationum. Seminum species arvo terreo immissæ, sunt distinctæ operationis, uti ideationes, & saporum vires; viccia pluribus mensibus nascitur, rapa paucis diebus, faba quadraginta, hordeum hebdomada, triticum longiùs; & diversitate saporum stypticorum, acidorum, volatilium, crassorum, & figurationis; distinguntur motus activorum. Pariter generationes omnes volatilium, sensitivorum, intercapedine temporis diversa, fiunt, perficiuntur, ducuntur.

Sic

XIX. Sic Viperinum virus acutissimum venenum figitur volatili spirituoso, & nerveo fluido principaliter, ut spiritus omnes, & lucidiores fluidorum nutrientium partes deturpet, figat, alienet. Cordis sedem conturbans, ejusque motum deprimes; uti syncopales demonstrant motus deficientes, palpitationes irregulares, pulsuum, viriumque instantanea alienatio: Convulsiones, vomitus, nervea reticula ventriculari successivè fœdata; visùs, auditùs torpor. cæcitas, omniumque operationum vappiditas, vaccillatio, deficientia; sed illarum, illorumque organorum, quæ præcipuè à spirituoso latice nerveo, arteriosoque reguntur, foventur, nutriuntur, conservantur. Novi Juvenem, qui ætate puerili à vipera demorsus, quamvis validis auxiliis curatus; attamen in visiva, tam depauperatus, ut nunc Juvenis diminutissimè videat, ut ab illa fœda impressione venenata, nunquam partes totalitèr spoliatæ, & incolumes fuere. Neapoli dum degebam: casù, & incautè retro januam famulus vetrans officinam aromatariam, duxit caput viperæ recenter recisum, inter multa viperina, neglectum: quo involuto inter domesticos fimos restito, & adhuc vivente: die sequenti valdè manè, dum fimentator suo ligone arcellum fimo implet; reliquum minutum fimum manibus præhendit, & ecce viperinum caput adhuc vivens morsu afficit fimentarii auricularem digitum: pauca signat vestigia, & mortuus incidit in terram: Arteriolam punxit, cordis sedem enecat, vitam destruxit. Erat filiola novem annorum, denudatis pedibus fragas, Junii mense, maturas in quadam sylva colligens: inter ipsas vipera jacebat, & incauta pede sinistro eam præssit; at illa iracundia percita bis mordet supra melleolum: post quadrantem frigido sudore capta: non videt, non audit, & pro mortua habita, & universalitèr convulsa (erant horæ meridianæ). Tanta pietate motus, ferrum candens parti lanceola ulneratæ à Chyrurgo, apponi jubeo, & bombacinæ stupæ ulneri appositæ superimpositum ferrum candens; factis ligaturis opportunis in parte superiori, & tanquam mortua tractabatur, seclusis dentibus, crystallizatis oculis, & nullo apparente motu vitali: diversis spirituosis lotionibus lota. Ecce spatio sex quadrantium, cæpit reviviscì, & stupa bombacea, & insidens candens ferrum, intensa flavedine tinguntur, & veluti magnetica suctione viperinum virus traxit: paulatim cœpit audire, & post tres horas videre: diversis adjuta præsidiis theriacalibus, trochiscis viperinis, salibus volatilibus: demum convaluit; etiam diminutè videt. Evomuit non paucam lympham intensissima flavedine satiam, prægnantem.

XX. Indagare licitum sit Hydrofobiæ virus, quale quanto morosum,

rosum, tanto atrociùs ferit, uti Felium rabiem monstruosè offendentem. Ideatur canis rabiosi salivale fluidum venenosa impræssione furoris, & ira ductus latrando rabiosa idea propriam afficiat salivam, & mordendo dentibus transfundat in partem sanam scissam, vel extricatam; lacerando, scalpendo, licet sanus, minimèque rabiosus sit: sufficit si mordendo furore præhendatur. Multis diebus veneni rabiosi fermentum latet, nec suas pandit vires, nisi infrà quadragesimum diem. Imprimitur enim venenosa rabiei ideatio succo salivali, & lympathico; quorum saporifera ideatio lenta, morosa est, & venenum ideatur ad modum, & modulationem passibilis recipientis, depravati fluidi, ut paulatina exili, insensibili fermentatione, ultimis diebus ferociam pandat. Generatio cuniculorum, quorum partus 31. accidit die; at antecedentibus diebus usque ad 23. pultacea, tedissima apparet delineatio, ac morosus generationis motus: Vicciæ longissimo tempore extricantur sapores; at ultionis diebus violenter illa erumpit: Podagricus morbus diù latet, sed fermento acto, acerbè invadit: Multa animalia, toto anno à venereis remota, aliena; sed terminato mense, salacissima evadunt: Pavones, feles, equi, &c.. Spumescit salivale fluidum rabie fœdatum: ventriculus continua tolerabili cardialgia afficitur primis diebus; lingua intumescit, turgida fit, & veluti mercuriali ptialismo, ducitur copiosa saliva quousque rabies suas eximias, incorrigibiles solvat vires. Lymphaticum, & salivale fluidum inficiuntur, ut morosa annotat fermentatio, organorum salivalium oculare documentum, & excreti vitiosi lymphatici, & salivalis excretio, depravatio, spumescentia; ideoque diluentibus aqueis, & cancrorum lapillis eruitur, omnibusque fluvialibus animalibus; at non maritimis, causa saporis salini. Patefacta rabie, præsidiis locus non est: rabiosa phrænesi capiuntur rabiosi miselli ægroti, omnemque nauseant potum, & fluiditatis ordinem, ac modulationem; & qualecumque sapiens aqueum: inspiciendo catulos, ex phantasia depravata, & idea canina contexta; & latratus, morsus, lacerationes, actionesque caninas agunt. Nerveo lympathico fluido reguntur animales cogitationes, & illo extranea depravatione morbosa affecto; sic pariter consequentes exprimuntur actiones. Afficitur morbosè pancreaticus succus, & hypochondriacus agitur morbus taciturnis symptomatibus. Biliario molesto, phrænesis, furores, quassationes, æstuationes. Eterogenis molestè fluidis deductis, disparia oriuntur symptomata. Sapores, figuræ, & motus individuorum fluidorum tam naturalium, quàm morbosorum molestantium pariunt extricationis motum: generationis texturam, & ultimatæ operationis ideam. Impræssio idea-

tionis

tionis naturalis, neutræ, & cujuscumque morbosi illis omnibus saporiferis, figuratis, & moventibus ducitur. Non paucos inspeximus: inter multos, unum reticere nolo (superioribus paginis alia enarrata funebris observatio). Puer novem annorum ducens frustum carnis vaccinæ; invasus à cane, qui avidè, & rabiosè eripere volens ferinis dentibus; at Puer renuens, opponitur cani anxio; in hac pugna patitur morsum in pollice dextere manus: tandem latranti cani, & mordenti cedit carnem. Transacta prima hebdomada ab ulneris impræssione, cœpit cardialgia continua corripi, & vigesimum attingens diem spumosam salivam, & copiosam excernere incipit; iisdemque cardialgicis atrocioribus molestatur doloribus; & linguam tumidam, longam, bovinam extrà labia, tanta mole foras exporrexit, ut inferiorem mentum, & barbam tangeret; ad plures libras spumosam detrudebat salivam, & latrando, lancinando, rabiosum ducebat morem. Triste spectaculum sine lacrymis Christianus vir inspicere non poterat: omnia abhorrebat, & continuis morsibus seipsum trucidabat; ni strictis ligaturis junctus jam esset. Tandem amicorum suasione, & firmia fide firmatus in Divi Viti meritis: suasi, ut ejus Ecclesiam in Cilento adiret: quo Sanctus Puer ductus ab Angelo fuit, dum Romæ martyrium patiebatur; & è manibus Tyranni ereptus: quo in loco triumphantem animam martyrii palma indutam, Angeli hymnis, & canticis Summo Increato Domino duxerunt. Genitor fusis lacrymis, & firma fiducia iter sollicitat, & sollemni Sacrificio, sancto Altari puerum commisit, unde sanus, & sua fide, & Divi Viti intercessione, gratiam accepit. Mirabilis Deus in Sanctis suis.

XXI. Teneor hic inauditam, & nunquam apud Authores repertam observationem lectam, neque expressam, minimè reticere. Felium rabies non minoris ponderis est, ac caninum rabiosum virus, ut innumeræ testantur historiæ, dum rabiosus felis Tygri assimiletur, dicaturque domestica Tygris, si furore præhendatur: Ungibus scalpendo, ira capta; non ferina deliria tantum, maniaca gesta; sed parti gangrenam inducere potest. Currebat, & signabatur dies decima octava Novembris anno 1707. Dum mulier quædam ætatis 24. circitèr ann., volens expellere felem lactantem proprium partum ab igne, quo fovebatur mater, & pullus: ille ferocia captus, scalpit, leviterque lacerat nudam partem dexteri cubiti percutientis mulieris: parùm incauta curavit impræssas lacerationes, quia leves; sed quid mirum! sequenti die totum brachium variolosis investitur pustulis, & tolerabili stomachi dolore præmitur; at periodicè ab hora decima nona, usque ad secundam noctis, atrociùs dolore cruciabatur:

batur:

batur : primis diebus tolerabili ordine, sed sequentibus atrocissimè : aliis diei horis immunis non erat ; at septem horis iracunda, delira, cardialgia aucta, in actus maniacos, dirosque concitabatur ; & elapsis illis septem horis, mitiora erant antecedentia symptomata ; parùm dormiebat, nausea gravi correpta ; nihil spuebat, quamvis ad vomitum prona, & atroci æstuatione in ventriculi sede afficiebatur : sic molesta usque ad decimum septimum : quo die scapulæ, totumque brachium veluti spuria gangrena capiuntur : minimè dolebant, puncturis non molestabatur, & torpore inducto, sensationis actum parùm percipiebat : Indè maniaca facta, nec pustulis retrocesis, dum diversis alexipharmacis internis, externisque pars munitur ; omnimoda verecundia privata, vestes lacerabat, & rabie præssa proprias carnes dentibus lacerabat, & in atroces actus ferebatur : nulli auxilio cedebat, & terminata semper hora 19. paroxysmo ferociori præmebatur usque ad secundam noctis ; & nisi vinculis teneretur, certo certiùs sibi mortem inferebat : omnem qualemcumque fugiebat potum, vomitu immani vexabatur, sed inani, potiùs spasmedico ; quam dejectivo ; & dum multa auxilia adhibita, quanta ferre posset : iracundia percita, & delira facta, quamvis alchalina cancrorum, elexipharmaca, theriacalia, antidota Matthioli, similia ducta : omnia tamen vana, & in cassum fuere : tandem die 38. quo celebratur Protomartyris Stephani sollemnitas, hora 21. dum tanta ferocia tenebatur, & casu jam deplorato ; magno conatu, & terrore incusso, jubeo os aperiri, & potum vomitorium deglutire, epotare ex hepate antimonii, infuso per diem integrum ad pondus trium granorum in unciis tribus rubelli vini ; & nimio clamore, raucedine capta, delira, impatiens, calicem bibit (pluribus sororibus, domesticis, & consanguineis assistentibus, & casum miserantibus) & ecce mirandum opus ! post horæ quadrantem à pòtu sumpto, atrocissimo dolore afficitur, & in tanto agone cœpit evomere primò, lympham flavam pondere duarum librarum circiter ; indè ejecit massam albam, flavam, viridem unitæ figurationis, ut linteolum repræsentaret : cui annexus erat funiculus quidam varii coloris, & alligebatur corposculum felis imperfecti ; ruditèr caput pilosum, venulæ, & ramificationes sanguineæ, & variati coloris, & molis quinque digitorum circitèr : motum non adhuc continebat, sed imperfecta, & rudis structura, & veluti pullus nutriebatur ; umbilicali funiculo sugens ex placentula illa massam cruoris nutritivi : linteolo utebatur loco secundarum. Ut quid novum, monstruosumque visum est : omnes terrore suffulti, patientem interrogamus, si quidpiam in sede ventriculi ulterius perciperet ! Nil aliud, nisi ardoris im-

impræſſionem, & maximum languorem, uti aliquod avulſum, & radicitùs extirpatum. Cœpit ſenſim naturales actiones omnes ducere, & veluti à ſomno expergefacta: audiens, videns, continuè interrogatis reſpondebat; nec impoſterum ullo ſymptomate rabioſo moleſta fuit.

XXII. Antecedentium ſeminalium idearum vim, & efficaciam, alibi ſat explanatam, memoriæ ducere neceſſitat, & illius præcipuæ verminoſæ, veſtigia pauliſper ſignare. Imprimitur fluidis ſeminalis idea naturalis, neutra, morboſa, venenata ab agente univoco, vel univocationis vicem gerente. In nutritione naturali, à proprio agente, æquali ſede, conſonis mediis, univoco mobili, paſſibili nutriendo individuo, ſinguliſque partibus univocantibus proprium latex, ſuumque applicabile roſcidum. In neutra adeſt moventis ſymboleitas, mediorum, & mobilis æqualitas, & paſſibilis ideandi aliqualis eterogeneitas. Morboſa utitur his; at paſſi adeſt totalis oppoſitio; graduata tamen, ut capax ſit ſuſcepere incrementum, ac decrementum. Venenata ſolo agente univoco gaudet; at mobile, media, fluida, capacitas, ſedes, figuræ, ſapores, & motus omnimodè opponuntur; undè venenata dicuntur ea, quæ totali oppoſitione ideantur, & agunt in ſubjectum paſſibile qualecumque fuerit. Venenatum dicitur in vegetativis omne illud deſtruens violenta operandi modulatione illius figuras, ſapores, motus, nutritionem, conſervationem: nullaque unquam aſſociabilitate gaudere poſſibile eſt. Peſtiferum venenatum erit id ipſum ſenſitivis omnis ſpecificationis; quo trucidantur violento ſuſcepto, vel cibali, vel elaſtico, vel potabili: uti bovinæ ſpeciei accidit anno 1712. à menſe Aprelis uſque ad Autumnum. Apoſtematis pulmonibus, hepate, & renibus, uti non paucos oculariter inſpeximus: in cavitate renum pus invenimus, etiam in vitulis: putridi pulmones ferè pthyſi affecti, & nigerrimis abſceſſibus hepathica viſcera: hoc dirum venenum elaſticè translatum ſpeciei bovinæ æſtivis menſibus; quamvis hyeme ejuſdem anni 1712. etiam innumeri equi aphoni perierunt. Elaſticum venenoſum deſtruens diametraliter ſaporum, & figurarum naturalium ſpeciei bovinæ ritmum, tempore æſtivo; & equorum diebus hyemalibus: nec hyeme boves perierunt, neque æſtate equi. Sola elaſticitas immediata venenoſa idea fuit, quæ annitemporis diſtinctione, diverſimodè his, & non illis opponebatur fluidis, ex diverſa ſuſcepta modulatione. In Gypta Aniana prope lacum; in qua omnes canes extinguntur; niſi in lacum impellantur; & alia Gyptula, quæ pediculos enecat. Puteolorum balnea, ſuffumigia, Gyptæ diverſæ, diſtinctæque elaſticitatis, cauſa fodinarum, mineralium diverſorum exhalantium,

halantium, ideantium, opponentium, modulantium diversimodè; & ordine diversorum saporum, figurarum, & motuum, diversa, distinta, opposita tradunt opera; ut uni univocantur, alteri apponantur, adversentur. Medicamentum saxativum uni fluido confert, alteri opponitur: sic ciborum, alimentorum distinctio, locorum, regionum diversitas, ex causa saporum, figurarum, motuum univocorum, neutrorum, morbosorum, venenatorum; & totum hoc diversitate structuræ, & fluidorum saporibus, figuris, motibusque distinctis, modulatorum, structororumque viventium ex invidua machina.

XXIII. Simili seminali ideatione producuntur, & generantur veneni, ideatione viventia ex illo fluido, cui annectitur idealis impressio. Monstruosa in utero gerentibus, adhæsione fluidi ideati, partisque capacitate proximiori, dum illo nutritur fluido: vermes distinctæ figurationis, & specificationis in intestinorum cavitatibus, in cordis mucrone, hepate, renibus, ossium vasis, musculis: sic in vegetantium radicibus truncis, fructibus, distinctione partium, & diversitate fluidorum occurrentium. Dissimiles vermes molares à vermibus cariosis ossium tibiæ, femoris, capitis, &c. Et quia rabiosum ideatum salivale in canibus, & felibus est, ideoque salivali annectitur humano, & sedem, capacitatem, ventricularem vacuitatem petens, ibique mora, & successiva fermentativa ideatione extricat suum fluidum, ovulando in puncto saliente coagulatum ovulatum ideatum fluidum in plicis ventricularibus; & veluti proprio ordine utero continetur, & continuo affluxu deglutiæ salivæ subministratur pabulum consonum Nutritioni, & Incremento felino; propriisque tunicis, & indumentis adhærentibus Placentulæ modulanti, & suo funiculo umbilicali traducente alimoniam, ut tempore consono monstruosus esset partus excludendus. Omnia hæc visa in vomitione enarrata, & successivitate abortiva expulsa, ut antecedentium observata testantur: Catulos in rabiosis genitos, quamvis exilis molis esse, non paucæ historiæ ostendunt apud gravissimos Authores, quibus curiosos, eruditos Lectores committimus. In vacuitate ventriculi, continua officina. Recipiente salivale fluidum causa fermentationis chyliferæ. Linguæ excrescientia fuit fluidum alienum stagnans morosum in salivalibus vasis tanti organici. Cardiolgia affectus ventriculus, quia alieno fluido, & genito rabioso vellicante præmebatur: pariter proclivitate vomitionis; nam mole, & molestia aliena, & pondere præssus, ut quid oppositum; naturali conatu foras, expellere conabatur simili motu, & celeriori, dum alienis alitiosis fluidis ventriculus ipse oneratur, illis affatim propellit.

pellit: Verminosæ generationes demonstrant vomitum ventriculo inferre; qui toto conatu, quod præternaturale sibi est extrudere cupit; suoque inverso motu ad expellendum utitur. Rabiosa, delira, nam affectis reliquis fluidis ratione cognationis; & nervea, & arteriosa, lympathica læduntur: omnes sedes, singula organa tali pungenti sapore rabido tenebantur. Symptomata consequebantur ideam monstruosi, & venenati producti: morosa ideatio rabiei ad 40. dies, ut plurimum, nam salivalis fluidi ritmus ex proprio sapore, & figura tardè depravatur: aquei fluidi imitatur vestigia, tam modulatione naturali, quàm aliena morbosa.

XXIV. Operantur Scorpionum Venena lædendo primariò fluida cutanea glandulosa, quadam insensibili stagnatione cuilibet miliari glanduloso corpusculo intromissa, ut cannabis seminibus assimilentur exilia tuberculata glandulosa: quibus refluum appropinquatum nutriens venenosa conjunctione depravatur; indèque in unum corpus erysipelatosum puncticulare erumpit, & tanta stagnatione oriri facilè potest partis læsæ mortificatio, tam causa stagnationis, quàm intromissæ virulentiæ, & sensim ratione reflui fluidi, intima nutrientia fœdari: quod itinere, & spatio novem dierum accidere solet: citiùs diebus canicularibus. Scimus pugilionibus scorpionum jam punctos in nothum sphacelum migrasse, ex neglectis præsidiis. Falangiorum puncturæ scorpionibus similes; quamvis sint nonnullæ species falangiorum veneno nimis prægnantes: Volatile corrosivum in in mole corporea servant virus, quod puncturis, & ulcusculis transimum, maximam parti læsæ pruriginem inducunt, atque erysipelatosum tumorem. Discutiuntur camphorinis, theriacalibus, oleis ex scorpionibus Matthioli, internis elexipharmacis non omissis: sic vesparum, & præcipuè sylvestrium puncturæ, ictus propriis pugilionibus venenatum fluidum intromittendo in fluida cutanea; univocatione potiùs læduntur primariò, quamvis successivo retrogrado nutrientium gyremate reliqua offendantur annexa fluida.

XXV. Plura non diminuti numeri, venenorum atrocissima opera essent annotanda; & quales sunt distinctæ? quantæ diversæ specificationes venenosorum animalium, serpentum insectorum, vegetantium cicutaneorum, napelli, flammulæ, innumerorum fungorum, quæ veluti ærugo, scobs, fœculentum terræ sunt, & annitemporis, locique elasticitate, & fluidorum extricatione foràs detruduntur proportione, & graduatione agentis mobilis figurati, saporiferi, ideati, & moti; loci, & annexi modulatione, omniumque accurrentium, coadjuvantium graduata textura, & idea. At nostrum non est hic de venenis agere; dum volumina nimis copiosa, & erudi-

ta typis commiſſa fuere à virtuoſis, peritiſque viris. Ideationum imagines, impræſſiones, modulationes, fermentationes, productiones diverſæ, diſtinctæ, eterogeneæ, & univocæ aſſociabiles huic non alteri naturali fluido, defectivo, & moleſto, venenataque niſu demonſtrare noſtrum fuit; ideoque nonnullas attulimus obſervationes ex non paucis apud nos conſiderabiles, ut clariùs venenorum notio, annexio, ideatio ſaporifera, figurativa, motrix, effectiva, fermentativa eluceſcerent; & unà ſimul oſtendere venena agere ſuis figuris, & ſaporibus diſtinctis; non diſſimili modo, & opere modulato, & graduato, ac viventia ſingula cujuſcumque generis, & ſpecificationis ſuis propriis naturalibûs ideis operantur, & conſtruuntur individuo ſapore, terminata figura, & conſono motu. Non ſufficeret longus, numeroſus catalogus continere, adimplere potens artificialium venenorum diſtinctionem, diverſitatem; qui nimis pernicioſus eſſet Reipublicæ conſervationi; uti hodiè apud multos aquæ veneficæ Tufaniæ compoſitio; neſcio ſi religiosè actum ſit.

XXVI. Ex multis noſtro laconico ſcrutinio ſubjicimus duplex, ſcilicet Stellionis, ſeù Phalangii virus, vulgo Tarantula, Lucertula Apulienſis, quod ſequens eſt, & ultimo loco Faſcinationis moleſta migratio; licet horum notio non minima, non diminuta ſit penes multos eruditos, virtuoſos viros; attamen cauſa venefici, & annexorum, & ordine ideationis ſaporiferæ, figurativæ, motricis, calamo ſubicimus.

XXVII. Rapidus Tarantiſmus venenatus morbus eſt; morſu lacertulæ phalangicæ intromittitur venenum fluidis naturalibus; & præcipuè nerveo roſcido figitur, annectitur: Effectus ſpaſmodici, convulſivi, irregulares demonſtrant. Longo abſconditur tempore; nec ſuas declarat vires, niſi diebus ultimatæ fermentationis aptæ, capacis vellicare, torquere, convellere, ſtimulare nerveas, & per conſenſum muſculares partes motui ſubjectas, & motionum neceſſaria organa. Epilepſia, parvus Tarantiſmus, & tamen diù latet, uſquequo fermentum ſaporiferum ſua volatili aciditate pungere aptum eſt, & convellere capax. Fermentum podagricum, gallicum longo ævo abſconditum uſque ad virilitatis annos in filogenito à patre podagrico, & aliquando ab avo in nepotem, excluſo filio. Secluſo Phalangii morſu, Tarantiſmus contingere poteſt hypochondriacis hiſtericis; at leviori ordine, & moleſtia. Certum enim eſt generari in humano corpore ſuccos veneno ſimiles, ut antiquitas voluit, demonſtravit, experta fuit. Poſitis enim tantis diverſis ſaporibus, figuris, motibus fermentativis, innumeris occaſionalibus cauſis diverſimodè ideantibus: Incongruum non eſt, ex multiplici mixtione

æ fermentativa fieri posse omnes species venenorum: viginti litteris conficitur Dictionarium: multiplicantur dictiones, prolationes, idiomata diversissima, innumeræ compositiones litterariæ. Paucis terminatis coloribus,& diversitate mistionum,tot picta, tot imagines; quot Pictorum imaginationes,cogitata, speculata; & hoc in artefactis;quid non præstantius, nobilius in naturalibus intrinsecis saporibus, figuris, motibus, fermentationibus? Illa imitantur hæc naturalia, ergo si illa imitantia artefacta sequuntur vestigium naturalium, si artefactis monstruosa fieri, & turpia copulari, pingi, dictari possunt, quamvis parciori, & diminuto gaudeant numero; fortiùs; excellentiori modulatione, & majori copiosiori multiplicitate agi hæc, & perfici poterunt, intrinsecis, naturalibus saporibus, figuris, motibus, fermentationibus, productionibus, generationibus. Sola cogitativa sufficiens esset sine numero innumeras imprimere ideas, fluidaque naturalia iis investire, & modulatione specifica, & neutra, & molesta, & venenata. Animi pathemata sat demonstrant. Tarantismo multas affectas novimus, secluso Phalangii morsu: inter non paucas.

XXVIII. Annotanda observatio est. Serii moris Virgo erat hystericis convulsionibus cruciata, tantisque irregularis, inæqualibus molestiis, aphona, ferina præssione præcordiorum, viscerum lancinatione, tremula; talibusque officiabatur pluribus horis: tandem tarantismo ducebatur duabus horis; donec sudore, & laboris onere levabatur. Non paucis annis tanto atroci, pertinaci morbo adhuc tenetur; quamvis annorum, ætatis, medicamentorum, præsidiorumque auxiliis, tolerabilis, minùsque afflictivi tarantismi, saltus, & impulsiones sint. Figitur Nerveum ab acido pruriente: mensali motu, & ritmo sæpè sæpiùs morbus invadit. Persentit ægra uterinam aglomerationem, sequentem suffocantem aphoniam; indèque impatiens, molesta, plorans in tarantismum ducitur. Nervorum molestia, fluidorum univocorum depravata figuratio, sylvestris sapor, convulsivi, irregulares motus. Nervinis aliqualiter cedit, at martialibus primus concedendus est locus. Sunt martialia aqua parata univocæ figurationis cum acido sylvestri peccante; hinc assumptio figurarum trahit annexum depravatum saporem, quo fovetur hypochondriaca tarentismi affectio. Saporum numerus, figurarum multitudo, fermentationum varietas, sunt fundamenta universalia; è quibus naturalia, neutra, morbosa, monstruosa, venenata oriri possunt. Generantur in corpore Humano sapores veneno similes, ut passim observantur in alienatione totali saporum naturalium.

XXXIX. Nervino fluido imprimitur Phalangii venenata idea: ità intromisso sapore sylvestri, sensim contaminat nervinam sedem,

fluidaque ipsi univoca, annexa, proximiora; & fermentativo motu ideat, figurat, saporizat. Sit Epilepticus morbus bimestris, annuus; aliis temporibus immunis æger; at fermento sylvestri ultimato, insultus contingit morbosus. Sit Podagricus succus statutis diebus, & annitempore affligens; aliis diebus absconditum, latens fermentum, quia non extricatum, nec sapore, figuraque ultimatum fermentativo motu. Mensium eruptio virginibus, ætate pubescentiæ ad 50. ut plurimum annum: nonnè saporum extricatione fermentativa primariò in polychresto fluido, indèque cognatione, & capacitate anastomosearum cognationum; quo in organo generationis officina, & fermentationum seminalium sede, fiunt fœcunditatis ultimata opera, & superflui eruptiones? Nec alia causa mortiferum, exitiale, molestum vidimus menstruale excretum, nisi fermentatione defectiva intromissa in sapore naturalis cruoris; & hujus longior, brevior expulsio, quantitas, & menstruantis structura, perniciosiorem, exitiosum, graduatione ideant excretum cruorem. Doloris lumbares, & uterini; pallores, insultus molesti, sunt sequentis evacuationis liminaria: hujus motus prævisa vestigia; perniciosi, molesti quanti, tantique agendi, præmissa media. His agitur, ducitur, perficitur ideatio, motus stellionis, sivè Phalangii annua: Mensium terminato tempore, aliis mensibus vacuis, & minimè sensibili læsione molestis, agitur fermentativus motus mensalis, & eruptio fermentati cruoris ultra suam semitam, saporem proprium, & figuram naturalem. Fermentum panificium diù mistum in farinacea massa panificia, & retentum, adipiscitur alienum nimis acescentem molestum saporem, figuram, & motum.

XXX. Determinato tempore annuo, die, & hora, iisdem mœlestiis, præhendi ægrotos, & illo metipso morbo: à nobis antecedentibus Iconismis signatum fuit. Unum referre Epilepticum hic tædiosum non erit: Vir 47. annorum capitur morbo gallico, indèque fistula etiam gallica, è qua scatebat Icor quidam flavedine tinctus: suppressa evacuatione, ejus inscitia, & assistentium incuria, non depuratis fluidis consono, universali auxilio: ecce incidit in epilepticum insultum præcedenti die Novilunei, dum Luna ferè totali silentio tenebatur, causa deficientiæ totalis illuminationis signatur dies, notatur hora 21. Præsidiis nervinis, & apertioni fistulæ opera datur, incumbitur. Prævisò die sequentis Novilunii, cautè se gessit æger, sed frustrà, nam transacta hora terminata; incidit in eundem paroxismum epilepticum, & spumescente ore: Antidotis variis adjutus, juribus septalianis, aliisque; at parùm profuere, dum terminato die antecedentis Lunarii silentii: pallore, virium lassitudine, & spasmo-

dicis

dicis afficitur motibus : tandem propè biennium, fistula arida, & efuga, incidit in gallicam tabem, & quod mirum fuit, eadem hora obiit prævisi Novilunii. Pluribus vicibus gallica lue molestus, nec usui venereo moram dedit, uxoratus fuit.

XXXI. Igitur Phalangii, sivè Stellionis virus multis mensibus latescere potest, non peracto graduato fermentationis ultimante actu: delitescens non deficiens fermentum: bombycis ovula, locustarum, formicarum, aliorumque semina diù sinè sensibili extricationis motu servantur, & elasticitate annitemporis excluduntur: Podagrici morbi quotidiana ducunt documenta: lues gallicæ, pruriginosi effectus, &c.: Nullum venenum, nec causa saporifera naturalis, neutra, morbosa, venenata suum patrat morem; ni primariò extricationis motum suscipiat. Tarantismus motus morbosus ex clandestino veneno producitur, & tam diù latet, quandiù fermentum adipiscatur ultimatum: uti rigores paroxysmales febrium periodicarum omnium insinuant, suadent quotidiè. Sunt sapores depravati, morbosi, venenati, & sequuntur vestigia naturalium motuum germinationis, generationis, fructificationis, maturationis; ut speciei diversitas, saporum distinctio. Acerbiores, austeri, pontici, longiori aguntur tempore, sicuti omnes autumnales fructus ponticitate prægnantes: sorborum, mespillorum, glandium, cerrorum figurationes, & saporiferæ structuræ dicunt. Æstivi celeres, nimia laxitate, dulcedine dotantur: sic quartanarum sapores longitudine maturescunt; Tertiarum breviores æstivæ, & insultus: morborumque omnium, & vegetantium non dissimilis fermentationis ordo; & extricationis saporiferæ, & figuratæ motus, tam profectivus, quàm defectivus.

XXXII. Oritur tandem Tarantismus, sivè Paroxysmalis insultus, extricato veneno, & facta nervorum punctione: saltationis motus, organanicarum actionum disparitas, morbosus venenatus stimulus. Et quia nervosus affectus, depravatur cogitativa; & semidelirantes, blandiri cupiunt suavibus musicalibus instrumentis; at distinctis diversitate ætatum, & sexus. Nonnulli sumbuca: alii Pandora: multi cithara, &c. modulationibus etiam distinctis armoniacis, ad sensorii mensuram, diversitatem, & ideationem morbificam. Ventriculo morboso succurrimus diversis eduliis, acetariis, sorbilibus, uti distinctio afflictionis erit: hinc cupidine multiplici ducitur, multiplicatione causarum ideantium diversa; ut in cæteris morbis id ipsum contingit: quibus concupitis, & tali ideatione specificatis, nisi satisfiat; lacerari, torqueri, cruciari dicuntur. Mæstis musicalibus ad planctum, ploratumque ducimur: hilaribus, jucunditer afficimur; & diversitate, distinctione armoniacæ modulationis, Ani-

mi

mi pathemata pacantur, moventur, officiuntur, oblectantur, & ad bellicos actus excitantur in pugna, tympano modulato rixoso ordine. Rethorica arte suademur; & diversitate concupiti suasorii finis, distinctis utimur orationibus ad animales spiritus, animosque suadendos, pacandos, modulandos, excitandos. In his tarantismis animalis regio compatitur, ex affectis nerveis fluidis, & distincta impræssione ideatis: quibus succurrit sensorium commune, & cogitativa animalis blandiri in adversis concupiscit; & iis armoniis, & organicis musicalibus instrumentis, quibus similis ideatio inest: vescimur alimentis concupitis anxiosa fame: suavioribus, & melioribus non pascimur, exadversa ideatione suscitante appetitus motum. Ideatio à fluidis primariò capitur.

XXXIII. Res non sic adimpletur, & totaliter struitur. Virgines tarantismo affectæ non cupiunt; immo nauseant vestes, & viduiles colores; neque viduæ virginalia indumenta quærunt: sic juvenes, nimis adulti, senes, nuptæ, uxorati; & distinctione sexùs, ætatum, & status uxorarii, vidualis, virginalis, etiam diversa petunt vestimenta, vestiumque colores. In his quam maximè confirmatur ideationum impræssio, productio, distinctio; habentur variæ ideationes ex fluidorum crasizatione diversa, distincta; & sicuti status, & ætates moribus distinctis afficiuntur naturaliter; ità & morbosa pari modo. Pueri puerizant, nec seriis operam dant: senes seria agunt, nisi jocosè, imprudentes æstimentur: sic omnium ætatum, & sexum distinctiones; quibus univocationibus minimè morbosa, venenata, operando carent. Tarantismus motu, saltationibus adjuvatur, uti rigores, convulsiones motu diaphoreticorum emendantur: in his curatio; in illis discussio. Hystericæ passiones terminatis etiam diebus, & mensibus fiunt. Tarantismus Phalangii, univocatur tempori determinato, aliis diebus seclusis: rationibus, & causis nuper elucidatis: ætati, sexui, moribus associatur; nec prætermisso universali spirali distincto inspirato elastico.

XXXIV. Denique Fascinationis naturalis transmissio, & violenta, morbosa, venenata intromissio, elasticitate agitur media, & agentis voluntario, vel involuntario motu. Quale Fascinationis venenatum opus oculis præcipuè perficitur. Quis mihi teneros, oculis fascinat agnos. Terrore afficimur; monstruosa, venenata animalia, turpia inspiciendo, & aliquali fascinatione capimur. Fascinatio est Emissio depravati fluidi elastici intromissi, ordine inspirationis in organum passibile, aptum modulatum recipiendi ideationem. Hinc metallica, non viventia, & corpora motu orbata, minimè fascinantur. Plantæ fascinantur halitu menstruali, & præcipuè vernis, æstivisque

visque diebus eruptione. Arescunt, sicantur, pallescunt, uti non paucas observamus quotidiè. Fascinantur viventia sensitiva ab aliis molestis animalibus: oves à lupo, canes ab eodem; lepus à ulpe, philomena, & infimæ aviculæ à vipera: multoties observatum, aves propriis alis ingredi viperæ fauces sensim, stridore, fletu: similiter de bufone ingrediente proprio nisu orci viperini cavernam. Equi, boves fascino subjacent humano, cujus venenosi halitus protinùs multoties præcidunt cursum; nec paucæ sunt observationes. Nec quidpiam superstitiosum est; nam Fascinatio largè sumpta, est Emissio quæcumque à corpore in corpus defectiva. Fascinamur umbra nucum, quercùs: fascino capimur à spectaculis horridis, scilicet visione monstri, suspensi, trucidati, maleficæ mulieris. Dum Neapoli eram ducebatur lamia fascinans Asino alligata, & dum à tortore virgis cædebatur, obvius juvenis 16. annorum est: ferinè strix illum inspexit; statim pallescit, & ferè immobilis fit, & fascino captus: multis diebus vappidus, imbecillus, & pallore, squallidoque vultu officitur. Quibus ignei oculi, & ferocia prægnantes sunt, involuntariè fascinant. Fascinationis effectus in corpus vivens passibile; attamen Agens inanimatum esse potest, ordine tamen effusionis, & emissionis halituum venenatorum saporiferorum, figura, motu, & fluiditate elastica prava prægnantium: Frequentiùs à vivente in vivens effusivè producitur, medio elastico semper.

XXXV. Oritur, & producitur, intromittitur fascinationis venenum, non dissono medio, nec dissimili motu, modulatione, & saporibus, & figuris ideantibus; ac contingunt nutritiones perfectivæ odorum, suaviumque restaurantium motu elasticitatis: jucundis odoribus reficimur, pulchris figuris delectamur: consonis naturalibus univocis, similibus halituosis nutrimur, roboramur; & specificatione agentis, individua pars suavi afficitur, ut stomathicis, stomachus: cardiacis cor: nervinis caput, &c. Fascinatio etiam oppositione comparativa agentis, & passi oppositione fit, & eadem modulatione saporifera, figurativa, motrice intromittente pravum, truculentum, venenosum, ab oculis præcipuè in subjectum passibile vivens, vel vegetativum, vel sensitivum, vel humanum: cæteris venenosis non cedit. Figuris, saporibus, motibus intromittitur, officit, lædit, enervat. Venenorum ideatio, distinctio, diversitas; præcedentibus, sat, & præsenti calamo patefacta. Quid epidemici, pravi, maligni morbi contagiosi sunt; nisi fascinationis aliqualc vestigium? elastico propagantur, intromittuntur à corpore in viventem machinam; at insensibili intromissione defectiva in sapore, figura, & motu destructivo machinæ organicæ operationes naturales ac ideationes ritmicas conservantes. ICO-

ICONISMUS XVIII.

Febris Ideatio Universalis, Quidditas, Motusque Fermentativus.

I. FEbricitans vivens, universali molestia capitur; nec fluidum, nec solidum, ritmica graduatione, nec morbo caret, spinoso non læditur. Adest febris, timendum; febricitamus, ancipites sumus. Est febris popularis confusio, fluidorum naturalium discrepans motus, sylvestris sapor, dissona figuratio: levis, mediocris, gravis, occasionalis, intrinsecus, continuus, declinans, intermittens, simplex, non simplex tumultus.

II. Est Morbus universalis Febris, & dicitur. Motus Præternaturalis in Sanguine, & Fluidis læsis in Figura, Sapore, Extricatione fermentativa molesta. Agens omne motu operatur; & cum Febris sit, ideo motu molestat, nec opus intrinsecum ullum, secluso motu. Considerandа sunt ergo in qualibet Febre Motus, Mobile, Idea, Sedes, Agens, Productum: annexa alibi elucidanda.

III. Bonæ, salubres vitæ, operationes omnes naturales, motu ducuntur, motu conservantur, motu perficiuntur. Fluida singula motu fermentativo producuntur: motu ductivo elastico diastolico susceptivo, & systolico restitutionis expulsivo transferuntur, & ideantur. Motu saporifero extricante fermentant: motu saporifero nutritivo suctivo vasa nutrienda replentur. Motu cribativo figurantur, & impura, fœculenta, superflua, inutilia, emunctoriis foràs detruduntur. Motu figurationis fluida retinentur, & motu adhæsivo uniuntur. Motu successivo depurantur, universali gyremate; & motu individuo, quodlibet fluidum à sua sede, & in suum organum regreditur: celebrato ingressu antecedenti. Motu agitur masticatio: motu extricatur chylificatio: motu ultimatur Sanguificatio. Motu repurgatur, & generatur Biliosum fluidum; & motu reficitur Pancreaticum: motu separantur chylosæ partes utiles à fœculentis: motu fugitur massa separata chylosa; & peristaltico motu intestinali extruduntur fœces alvinæ. Motu depurantur fluida singula, & motu associantur univocis partibus. Motu oriuntur distinctæ, diversæ ideationes universales, & individuæ: motu conservantur singulæ. Motibus distinctis, diversisque variantur impressiones ideales stomatichæ, vitales, animales; & motu in propriis organis conservantur. Motu nutriuntur, restaurantur solidæ singulæ partes musculosæ, membranosæ, villosæ, nerveæ, cartilagi-

neæ,

neæ ; tendinosæ , periosticæ , osseæ , medullares , rubræ omnes ; & albæ spermaticæ singulæ glandulosæ , spermaticæ seminales , ovales . Motu operationes omnes , immò operari motus est ; & distinctio , diversitas operationum , distinctibus ducitur motibus . Motu univoco , universali , & individuo ideante , vita initium accipit , durat , perficitur motu fluidorum ab organis principalibus animatis , & ab Anima principaliter intrinsecè agente . Fluidis decurrentibus nutriuntur , motu continuo successivo solida singula ; & eadem ipsamet fluida regenerantur motu restaurativo . Vita organica motus est , motu conservatur , & deficiente motu , extinguitur . Motus in saporibus , & figuris fluidorum , & organicorum agitur ; nec in vivente salubres sapores sinè motu ; & dum morosi officiunt , depravantur ; neque figuræ conservantur naturales , remoto univoco viventis motu , & partis naturali expansione , & restitutione expulsiva . Vivit , intrinsecè movetur : movetur ab intrinseco organicum , ergo vivit . His ita distinctis , explanatis motibus .

IV. Remoto motu , depravato , læso , moroso , celeri , interrupto , inverso , contractivo , crispante , nimis systolico ; parumque diastolico , præssivo , impulsivo , gravante , nimis extricante , fervido, eterogeneo, misto, complexo , simplicitate carendo ; solvente nimia elasticitate, & vibratione graduato; variis dissonis, inæqualibus modulationibus , & oppositis inhæsivis agentibus ; tunc motus morbosi , molesti , depravati , defectivi , trucidantes , extinguentes , perniciosi ; & distinctæ fermentationum pravitates occurrunt , & morbi omnes universales , individuales distincti , complicati fiunt . Graduatione saporifera , modulatione figurativa , distinctione fluidorum , complicatione , vel simplicitate eorundem : organorum structura , annexorum omnium sociabilitate ; antecedenti , & consequenti fermentatione , varietate , textura , insinuatione , intromissione , dependentia , vel impulsione unius , vel plurium molestantium , tam saporiferorum , quàm figuratorum ; & horum distinctione , diversitate varia , & associatione fiunt motuum præternaturalium series , specificationes , individuationes innumeræ morbificæ , molestæ , affligentes , depravantes , extinguentes , & vitam in defectivum ducentes : ultimata alienatione moventium habita ; totalis motus abolitio , & viventis obitus evenit .

V. In Motu , Universale Vitale lumen consistit : Anima Rectrice præstantiora opera , & Organicum vivificans Corpus . Univocum viventibus est , in Motu vivere organico ; tam vegetativis , sensitivis , & perfectissimis humanis . Fluidis naturalibus naturali ordine substentatur , conservatur propriis consonis saporibus , univocis fi-

guris, perfectivum primum vitale opus in Machina organica.:

VI. Sic Motus universalis inversus, Febris est, & præternaturali indole ducitur. Nec frequens, neque tardus, aut naturali morosior, febrilem arguit motum; at depravatus, & vestigia naturalia non annotans; ideoque qualiscumque motus systolicus depellens, & restitutionis; diastolicus recipiens in cordis sede principaliter elastizatus, & depravata modulatione impellens, febrilis dicitur motus. Ut plurimùm frequentior esse solet; at non semper. Malignis coagulatione roscidi, & balsamici: quartanariis febribus, algidis, non frequentia, & celeritate semper gaudet; immo nonnullas vidimus algidas febres, licet paucas, in quarum incremento, & statu, ferè à naturali ritmico ordine non elongabatur diastolicus, systolicusque motus: hæ perniciosæ, exitiales, ut plurimum observantur. Febricitant omnes principio paroxysmorum; attamen morosa, & suppressa motio; quamvis aliqui oppositum sentiant. Sufficit depravatio motùs, actù fluida polychresta molestans ad constituendum præternaturalem febrilem motum; & quidquid dicant nonnulli Theoretici, audiendi non sunt. Celeritas, ni depravativa, offensiva in motu sit, neque febrilem sapit indolem. Sudorum eruptiones naturales motu celeri actæ, nec febrili idea ducuntur. Omnia occasionalia, motu celeriori patrata, dum depravationis, & præternaturalis modulationis vestigium non signant, nec febrilia dicuntur. Motus Febrilis ille dicendus, qualis depravatus, præternaturalis molestus, lædens erit; & principaliter à cordis sede sua vestigia ducens, vi laticis conturbati, alienoque molesto prægnantis; occasionali aliena saporum, & figurarum extricante fermentatione.

VII. In Sanguine. In hoc Mobile eterogeneo agitur præternaturalis motus, uti in fluido intromisso, & ducto in Organum Cordiale præcipuum restituens, impellens, & recipiens; elasticitate, lumine, & fermento proprio dotatum, & vitale Nobilissimum Animatum. In Sanguine; quià universale alimentum, polychrestum nutriens, Corpus eterogeneum fluidis omnibus. In sanguine: fermentationis enim febrilis motus construitur, extricatur, agitur diversitate saporum: qua oppositione gaudet sanguis: oppositione naturali eterogenea dicta; & oppositione præternaturali fermentativa appositæ, & intromissæ eterogeneitatis alienæ, sylvestris. Nequit homogeneum simplex fluidum fermentatione affici, dum fermentationis motus adhæret mistioni, & mistio conficitur diversitate; diversitas requirit oppositionem, oppositio continet insociabilitatem æquivocationis, tam saporum, quàm figurarum: à quorum appositione, & oppositione oritur, insurgit extricatio, crepitatio, ebullitio,

fer-

fermentatio ; motus. Nec effervescit simplex sapor, neque recalcitrat univoca figura. Quæ simplicia, & univoca omnimodè sunt, potiùs restaurantur quantitativè, quam fermentativè. Motus ergo fieri debet, & necessitat in eterogeneo conflato, structo, prædito diversis fluidis saporiferis, figurisque eterogeneis, ut fermentativus sit, tam naturalis, quàm præternaturalis: quale fluidum sanguineum est; singulorum fluidorum fluidum.

VIII. Dicitur à fluidis vitiatis, quæ nanciscuntur etiam Mobilis naturam; dum sanguis naturali crasi gaudet, omnes ejus partes componentes consonæ, æquales, homogeneæ, eterogeneo cruori sunt. Colorum distinctorum consonantia: litterarum modulatio recta: Fabrilium proportio; ex consono, æquali, homogeneo ritmo fiunt, componuntque pulchram, æconomicam, naturalem imaginem pictam; dictionem significativam, expræssivam, decoram, constructum ædificium cujuscumque speciei fuerit, & naturali modulatione; naturales patiuntur repræsentationes, domesticis, sociabilibus, & pulchris afficiuntur ideis: sin minùs monstruosum, præternaturale, turpe, pravum, molestum operantur, producunt, ideant. Artefacta sequuntur externè naturale opus.

IX. Erunt vitiosa fluida, alitèr Mobile Sanguineum præternaturale reddere nequeunt; nec fermentationis motum ducere, & parere molestum, pravum, febrilem. Vitioso correspondet læsionis effectus; & agenti univoco assimilatur æqualis partus; & graduatione lædentium, & fermentantium, ritmicus oritur modulationis molestæ febrilis actus, opus, productum: Quibus lædantur, vitientur, depraventur fluida, & nocentia sanguini, & turbationis motum introducant: sunt.

X. A figurarum contorsione, distractione, complicatione, restrictione, aliquali alienatione (non totali, tunc extinctio Viventis est), & habentur Media, quorum vitio, læduntur, depravantur fluida à naturali structura, indole, crasi, idea, & operandi modo. Fluida quæcumque crassescentia, & discedentia à propria figura; vitio afficiuntur, & in febrium scaturigine, semper prima vestigia imprimunt: contorta, distracta, depravata figuratione, & præternaturali Modulatione structiva. Febrile Mobile ferè semper initia capit à depravata figuratione fluidorum, & genus febrium paroxismalium oriens à terminato viscere, & sede, in quibus, primaria occasio intrinseca, obstructio est; nec ista fit, nisi morositate fluidi: Morositas ex crasso. Crassum ex figura interna depravata, & hæc ex occasionali externa. Contusiones, inflammationes, tumores, tubercula, stagnationes initium sumunt à stabulata, moro-

sa fluiditate, & hæc à figura contorta, distracta, crassascente, obtusa; quo vitio morositas, & ex morositate sopentia molesta, depravantia, officientia.

XI. Quidditas saporifera Idea Efficacissima est, sine qua impossibilis est, nec obtinetur Motus fermentativus febrilis, morbosus, molestus præternaturalis. Omnes nutritiones, & fermentationes perfectivæ, restaurantes, conservantes; textura, & vi saporifera præcipuè aguntur; saporo unitur roscidum parti nutriendæ, dum consona figura retentum fuit; sapore operantur chylificationes, separationes, cruores, suctionis opera, augumenti, incrementique moles. Hinc evenit nullam dari fermentationem in seclusis saporibus; neque fluida cujuscunque generis, specificationis, & individuationis erunt, fermentari, extricari, ideari apta sunt; ni propriis naturalibus, vel alienis occasionalibus saporibus præternaturalibus afficiantur; undè fermentatio defectiva, offensiva: nec sanguis in pus migrare potest, ni fermentatione saporis alieni intromissi, quo virulentum pus conficitur, & alieno sapore imprimitur. Generationes singulæ, Nutritiones omnes, fermentationes quæcumque, extricationes qualescumque saporibus ipsis peraguntur; tam Naturales, Consonæ, Salubres, quàm Præternaturales, Dissonæ, Morbosæ. Restaurationes, habitis figuris propriis, intromittuntur cuilibet fluido univocatione saporifera: sic in Salivali, Bilioso, Pancreatico, Lymphatico, Nerveo, Esurino, & universali eterogeneo Cruorizato Polycresto Fluido. Specificatum febrile fermentum reperibile non est, sapore, vel saporibus propriis carens. Specificantur febres, & singuli morbi præcipuè à saporum diversitate, distinctione, & sequentibus fermentationibus; quæ variæ oriuntur, ex diversa, inæquali saporum intrinseca idea, textura, specificatione, individua modulatione. Annexa concurrentia, vel sequentia, tam naturalia in naturalibus, quàm lædentia in morbosis symptomata, & opera sunt, & varia ducunt excreta, molesta, prava ex diversa, distincta saporum serie, & motu fermentativo. Sapores ergo sunt principale quid lædendi, molestandi, depravandi Mobile Sanguineum in febrium productione. Non reperiuntur saporos propriis figuris carentes: alieni alienis; naturales naturalibus dotantur. Mobile Sanguineum fluidum suo sinu continens singula graduata fluida. Idealis Quidditas Mobili à saporibus fermentatione tribuitur. Extricatione fermentativa molesta agitur febrilis motus defectivus; sicuti Nutritionis opus perfectivo motu, & extricatione saporum restaurativa naturali perficitur; Chylus in sanguinem: Sanguis in nutriens: Nutriens in vivens; Sapores in fermentum febrile; & fermentum

fe-

febrile extricatum in oppositas operationes, & præternaturales ideas diversas, & distinctas ordine fluidorum extricatione saporifera modulatorum.

XII. Undè Tertianæ, Quartanæ, Quintanæ, Sextanæ, Septanæ Febres, quarum numerus nobis minimè latescit: Synochalium, ardentium, algidarum, habitualium, malignarum, aliarumque specificationum febres; principalem, præcipuum, præcisumque agendi, torquendi, trucidandi, molestum motum distinctum, varium, diversum in specificatione multiplici saporum agnoscunt. Paroxysmi, Invasiones, durationes, actiones læsæ, symptomata, prænotiones sat ostendunt, distingunt, experientia probant. Sicuti in naturalibus nutritionibus, & distinctione partium organarum, simplicium, & dissimilium, saporum sunt distinctæ, variæ, diversæ ideationes, & in motu perfectivo: æquali passu, ordine, & opposito motu, eorundem saporem depravatio varia, distinguit, discriminat, variat febrium motum, opera, producta, annexa, & sequentia symptomata, & præsidiorum genera.

XIII. Individuo naturali motu depravati necessitat fluidum febrile; in quo agnoscimus sedem, & capacitatem, fontem, & scaturiginem vitiosè ducendo fluidum vitio affectum. Biliosu sylvestri, Pancreatico læso, Lymphatico alienato à naturali figura, & sapore, annectitur motus consonus morbosus. Nequit inveniri in organicis viventibus læsum, pravum contentum; illæso, & jucundo continenti: in artificialibus vasis continentibus liquorem suavem, insuavem, jucundum, fœdum, amabilem, nauseosum, associatur, ideatur contenti fluidi sapor, & odor; quanto magis, & efficaciori præstantia, id ipsum agi, perfici, intromitti debet in capacitatibus organicis præparantibus, & conservantibus proprium univocum fluidum. Organa, Capacitates, Vacuitates, Sedes alienantur graduatim ex læsione, & depravatione contenti fluidi. Tubercula, Acescentiæ, Crispationes, Obstructiones, Lacerationes, Intumescentiæ Vasorum, Organorumque præparantium non paucæ apud graves, peritos, & claros anatomicos leguntur in sectione, & oculari observatione extinctorum corporum, ex truculento, gravi, dubioque morbo. Nequit Agens, vel agenti annexum non ideari immediatione, & conjunctione intimi proprii fluidi: quo molesto viscere, ducitur individualis pravus motus, præternaturalis offendens: nequit fieri tertiana, non læso pancreatico succo; nec hujus læsionem agnoscimus, ni obtusis, obstructis Conglomeratæ Glandulæ canalibus, deferentibusque ductibus: immo ipsa glandulosa pancreatica organica parte: sic de bilioso, cæterisque habetur. Individuus.

duus naturalis motus fluidi in propria terminata parte offenditur primariò, uti in propria sede. Continens, & contentum ideatione saporifera mutua univocantur.

XIV. Detruditur quodlibet fluidum cognatione, & fociabilitate saporifera, & causa fermentationis, & nutritionis universalis, gyremate universalissimo, seu motu universali in massam eterogenam polychrestam, & ad viscus principale movens diastolicum, systolicumque restituens elasticum, cujus impulsu, elatione, intrusione, delatione, fermentatione naturali univoca universalis consonus agitur Motus; & lædente intromisso, depravato, molesto; universalis defectivus fit motus in fluidis, fluidum polychrestum struentibus: indequè ex individuis motibus fluidorum præternaturalibus in communem vacuitatem, & generalem sedem irruentibus, universalis febrilis ducitur Motus; quo ducuntur fluida cognatione, & conjunctione symbolica, annexiva, necessaria, & unicum cruorem struentia sanguineum: in aortam, & propagationes medias, mediocres, & ultimò capillares, propria compositione in singulas partes, universumque organicum vivens, modulatumque corpus; & Machinam vitalem lædendo: universalem morbum inducendo, qualem febrem nominamus.

XV. Debent omnia hæc, Motus, Mobile, Idea, Sedes, Actio fermentativa fieri, ultimari, duci, perfici, & ab Agente produci præternaturali, molesto motui vitali, mobili fluido, mediis saporiferis, & figuratis; ac sedi structivæ, elaboranti, conservanti, deferenti. Quale Agens extraneum, sylvestre, occasionale erit Extrinsecum primariò; Intrinsecum necessariò; Extrinsecum elasticum, Cibale, Potabile, Laboriosum, Quiescens; Excretorium per congrua, & consona Emunctoria; vel Impræssione ideali cogitativa molesta dotatum: quibus diversimodè susceptis, intromissis, operantibus, ideantibus, interna naturalia fluida molesta, spinosa, sylvestria, prava, insociabilia, inimica, offensiva, defectiva fiunt.

XVI. In Agente occasionali, consideranda venit universalis, vel Individualis læsionis efficacia. Elastica vibratione molestans, graduatione inspirati lædentis, suas parrat vires: ut plurimùm unico alieno sapore ideatur, unumque offendit principalitèr fluidum, magis univocum, & sapore, figura capax suscipiendi pravam impræssionem, licet cognatione alia lædantur fluida, minùs principaliter tamen. Agit elasticitate universali, pluribusvè ideis, ac saporibus offensiva, depravativa; & tunc multiplicia afficiuntur alieno sylvestri fluida; & febres atrociores, pravi moris, & improportionatam symptomatum modulationem, & seriem adducunt: Aliquando totali

syl-

ylvestri idea modulantur ; est causa endemicæ, epidemicæ febrilis onstitutionis, & indolis.

XVII. Tanta diversitate, & distinctione graduantur alimentiia, potabilia, & ideatione pravescunt varia. Multa cibaria uni fluio adversantur, alteri associantur, vel non opponuntur, v. g. acia nerveo, arterioso; at non pancreatico: sulphurea bilioso, non ymphatico, &c. Ponderosa, aliena, cœnosa, venenata agunt oposititione universaliori, & depravata ideatione copiosioris, ac gravioris impræssionis, efficaciæ, & activitatis; etiam ordine tempois celeris, morosi, & mediocris intercapedinis. Agunt extera maori, minori, forti, debili, celeri, tarda activitate; graduatione ccasionati efficacis agentis, & aptitudine passi receptibilis: qua raduationis modulatione habita; scilicet Imprimentis, & Impressi; Oriuntur imbecillæ, graves, dubiæ, salubres, perniciosæ roducti molesti, morbosi, Ideationes.

XVIII. Absentia, præsentia, multiplicitate aucta, diminuta, opiosa, pauca, plurium, & multiplicum succorum; aut unius luidi: omnium, vel individuæ figuræ; unius, vel universalium ecurrentium affectorum saporiferorum; insurgit Producti specificaio, Individuatio, Efficacia, Pernicies, insuperabile robur: Alienatis mnibus figuris, fluida, nec adhærent, neque propriis vasis contientur: crispatis, iidem non deferuntur, minimèque ducuntur luida; habita, intromissa uncinatione, & stypticitate sequenti, tiam saporifera, undè stagnantes, coagulantes, algidæ febres. Saoribus sulphureis inflammabilibus solutis; omnia patefiunt emunctoria, & unica translatione foràs detruduntur, vel alvinis ductius, vel miliaribus cutaneis glandulis; hæmorrhogiis diversis, diinctis, & ex variis sedibus opportunis.

XIX. Simili modulatione perniciosa intromissa in omnibus fluiis, ex causa forti, valida ideante: habentur complicatæ molestiæ, ppositæ fermentationes, diversa opposita, symptomata in, & ex roducto Febrili. Sicuti sunt distincti, varii, diversi sapores, fces, organa, ductus, motus, mobilis multiplicitas, & Agentium, el Agentis universalis imprimens, ita molesta activitatis ideatio est; a sequentia, dependentia quoque opera acta, beneficio, seù defeivo motu fermentationis, & fermentationum individuarum. Indiiduæ omnes molestæ fervescentiæ fluidorum, ut necessariò in unum niversale viscus, & ejus capacitates deferuntur, & tanta eterogeeitate prava, affecta deportantur, & molesta fluida; sic etiam omnimoda, totali alienatione ducuntur organicis partibus, quæ tanto ndique spinoso, sylvestri depressæ, & resistendi impotentes Dira

Ty-

Tyranno; demum corruunt, deficiunt, pereunt, & vitali lumine privatæ, unà simul pereunt omnes. Extricatio fermentativa molesta fit in omni organo, qualibetque sede; in quorum capacitate organica reperiuntur sapores fluitantes ideandi, & extricandi oppositione naturali, ut acidum, & amarum, & similia; vel extricatione morbosa deducuntur. Sunt Ventriculus, Pancreas, Sedes lactea, cordis ventriculi, pulmonum cavitates, & singula viscera apta, & actu fermentationis motum præstantia; tam ex insito fermento, quàm ex susceptibili extraneo occasionali.

XX. Est ergo Febris Motus Præternaturalis in Sanguine, & Fluidis vitiatis in figura, & sapore, Extricatione fermentativa molesta. Mobile, Ideam, Sedem, Agens, & Productum habens; talibus, tantisque distinctionibus, varietatibus, ideationibus, & annexorum modulationibus, varius febrilis motus; quanta expressa, & dilucidanda veniunt.

XXI. Fermentis, motibusque fermentativis introducitur febris, iisdem fovetur, & fluidis modulatione præternaturali turbatis, suam fert efficaciam. Ideatio universalis struitur motu molesto, mobili depravato, ideis, occasionaliter alienatis, sede fœdata, agente opposito; quibus annexis, unitis fermentantibus ideatur, specificatur, & ejus quidditas oritur. Motus defectivus, noxius, offendens fermentativus in fluidis præternaturaliter mistis; vel intimus sanguini, uti fluido universali continente succos omnes fermentabiles, veluti massa polycresta; vel alieno ex viscere, determinata sede individua, succisque distinctione individuis; vel partis alicujus organicæ vitio intromissivo in massam communem, causa assensus, cognationis, conjunctionis nutritivæ, & gyrematis universalis. His distinctionibus, & modulationibus habentur ideationes variæ febrium, & causa motùs fermentativi, offensivi, præternaturalis; quin etiam visceris individui, quo extricationis agitur motus.

XXII. Fiunt Intermittentium Motus, & Paroxysmi: vitiatis succis saporiferis, & figuris. In Pancreate, v.g. Cystico folliculo, ut figura primariò inversa in dictis fluidis, inducatur aliqualis morositas, graduatione longiori, vel breviori, uti erit figuræ fluidi alienatio crassities, styptica complicatio; qua figuratione fluidi graduatim præternaturali, fluidum fit morosum, nec suum agit naturalem motum; & tali morositate initiatur, incipit saporifera modulatio fluidi vitiari, lædi, depravari, tanto ordine, & tali molestia; quanta erit saporis, & morositatis graduatio; undè tertianarii paroxysmi, quartanarii, quinquenarii, septenarii, & etiam mensurni; quorum mensurnium paroxysmorum binaria observatio apud nos fuit.

fuit. Figurarum insensibilis molesta modulatio, etiam sensim alienationis saporiferæ graduationem producit. Hæmorroidum virilium, ac mensium muliebrium motum observare licitum sit. Sensim in uterinis venis anastomatibus, & intercapedine venosa, ex arterioso genere inducitur figuratio cruori expellendo, ac paulatim moratur, & morula incrementum suscipit: turgent viciniores, annexæ partes, & fermentari incipiunt morosa, turgida cruoris fluida, ut intromisso sufficienti motu fermentativo, erumpant anastomoses, & turgescentia morosorum fluidorum excernatur, & partes uterinæ, & propinquæ se exonerent; totumque fœmineum organicum à superfluis depuretur, allevietur. Morositas aliqualis fluidorum, vel polychresti sanguinei fluidi parit figurarum, & saporum strictam annexionem; undè præssione ponderosa præmitur organica capacitas, indèque ex his oritur extricationis motus primus, & sequens restitutionis systolicus expulsivus. Si nimis celeres, subtiliores pruriginosæ sint, & figuris tenuibus; indè fluidum parumper morosum; immo fermentum vehementiùs, citòque insurgit. Morosiores mensurni flores, nigriores, crassiores, grumosiores, &c. figuris crassescentibus, fermentant tardiùs: vitio totius, vel partis individuæ uterinæ. Nimis fluentibus, fiunt morbi; non fluentibus, morbi ex utero contingunt. Sapores imitantur indolem figurationis, tam perfectivæ, quàm defectivæ. Tertianis obstructio vasorum, & sedum generantium, vel conservantium, ductuumque ferentium, levior, tenuior ex sapore, & morula figurativa: gravior, durior, tenacior in quartanis, quintanis, sextanis, cæterisque: quorum circuitum celeritas, morositas sat effectibus durationis paroxymalis, & universalis demonstratur. Legitimæ tertianæ septenis circuitibus terminantur: Æstivæ quartanæ breviores; quæ autumnales, & hyemem attingunt longiores: quibus annotatur longitudo paroxysmi, & morbi, ex causa homogeneitatis, & eterogeneitatis, elasticitatis temporis distincti: quorum mutationes, & ideationes multum afficiunt, & officiunt in generationum omnium motibus, durationibus, & eruptionibus, uti latissimè paginæ antecedentes demonstrarunt. Octo, vel duodecim horis tertiana: 18. & diem integrum signat vera quartana: illa diebus terminatur; hæc mensibus non cedit: trium annorum observata, ex incuria habita. Vomitibus magnopere stybiatis à principio, initiantibus paroxysmis curantur, priùs quam reliqua fluidà cognatione unita, simili ideatione afficiantur: Viscera torpescant, & styptico sapore, & crispatione figurativa, dura, tensiva; præhendantur vasa fluifera, & annexæ partes, & cachectici miselli ægrotantes fiant: oleosis dulcibus, suavibus aromaticis amaricanti-

bus, diureticis præsidiis utendo, ne in tantam scillam fluida, & solida incidant. Zedoariam auxiliatricem habendo.

XXIII. Efficiuntur omnes intermittentes in Alieno, Individuo, Determinato Viscere, Organo, & Sede. Alienum dicimus, seu non immediatum in vasis sanguineis, sed ab alia determinata sede intromittitur mobile mediis vitiosis, & lædentibus ideatum; scilicet à pancreaticis, intestinalibus, lactiferis, racemosis ductibus, viscere peculiari naturali; & tanto tempore moratur, & febrilem retinet in sanguine motum, quanta fuerit intromissa copia depravata, modulatio gravis, levis, & saporum dissolutio, depuratio, cribatio, evacuatio, vel sensibilis per cutim, vessicam, nares, aliudve emunctorium detrusio. Destructo alieno introducto molesto fermento, cessat, intermittit fermentativus febrilis motus, divisus in principium, augumentum, statum, & declinationem: hæ dicuntur veræ intermittentes, & tutæ febres: quomodocumque intermiserint, periculum abesse significatur. At verò intermittere nequeunt, causa figurationis, & fermenti intromissi, ratione saporum, ordine quanti excedentis: quorum omnium occasione, longiores fiunt. Figuræ nimis complicatæ, obtusæ indigent longa fermentatione, ut solvantur, extricentur. Sapores longè sylvestres, requirunt diuturniorem circuitum, & non paucam successivam fermentationem, qua depurentur, & ad consona sua emunctoria, sensim deferantur, & veluti ferrum ærugine affectum, ut depuretur, exigit plures extricantes limaturas. Circuitu enim, quia motus est; inducitur separatio, segregatio inter sylvestre, & naturale: illud ad secernicula truditur, hoc naturalibus partibus annectitur; & dum quanta nimis sunt fermenta; etiam quanto excedenti affici debent tempore; ideoque fiunt febres paroxysmales diuturnæ longæ declinantes, non intermittentes causa antedicta, scilicet figurationis complicatæ fermentativæ, & saporum nimis depravatorum, & sylvestrium, graduatione specificatæ febris, & ordine quanti excedentis; multo successivo motu cribante, & separante indigentis. Dicuntur hæ subintrantes periodicæ febres; intermittentium, & paroxysmalium genus, occupantes, declinantes, non deficientes, sivè remittentes, spuriæ, nothæ, graves, nec periculo vacantes: eterogenitatis modulatione, distinctorum fluidorum; atque mistorum saporum associatione.

XXIV. Causa occasionali oriuntur sequentes febres, suscipiendo molestum febrile fermentum ex vitio alicujus partis graviter; mediocritèr, leviter læsæ; cujus distinctione graduatur sequens febris, diciturque umbratilis, symptomatica, sequens, dependens febris. Antrace carbunculo, apostemate affectus pes, digitus, maxilla, pleu-

pleura tantùm, aliaque pars; ordine gyrematis, & succeſſivæ continuæ ſociabilitatis, cognationis, & conjunctionis fluidorum, agitur intromiſſio fermenti alieni febrilis; dummodo non habuerit aliam diſtinctam ſedem, à qua foveatur, conſervetur, vel nimia, longaque mora, & temporis ſucceſſiva in fluidis moleſtia, depravatio; & imprimantur toti cruori univerſali ideationes febriles ſylveſtres. Non paucos vidimus tabidos, & lenta muſculoſa habituali febre extinctos; ex ſimplici pleuritide incautè curata, & ſpatio menſurno, non repurgato ulcere. Dicuntur umbratiles febres, dummodo totaliter à fermento alieno partis affectæ conſerventur; nec ultra progrediantur fermentationes febriles, ſuſcipiendo fermenti conſervationem ab individua alia ſede, vel univerſali maſſa; tunc ab umbra migrantur in verum corpus; & ſymptomaticæ, radicales ex ſeipſis fiunt, longa occaſione exiſtente, diurno moleſto habito gyremate; & fotu continuo annexivo nutritionis inficiuntur ſapores, & figuræ ſingulorum naturalium fluidorum nutrientium ſingulas ſibi ipſis univocas partes, & intromiſſa univerſali moleſta ideatione fluidis, ſolidiſque omnibus.

XXV. Tenent multiplicatos ductus, diſtinctas; quamvis non diverſas ſedes duplicatæ febres, ut aliquando diverſa fluida varios ſapores fermentantes; ut hinc oriantur paroxyſmi invadentes diverſis horis, diſtinctis diebus, variis ſymptomatibus moleſtantes. Organicæ ſedes præparantes fluida, & illorum ſcaturigines; ſcatent, ſtruuntur multis cavitatibus, uti ſunt corpora glanduloſa, conglomerata: quorum ſingulæ capacitates ſuis conſtruuntur, feruntur, exportantur ductibus. Hinc in eodem viſcere contingere, fieri, & agi poſſunt diſtinctæ fermentationes eodem die; erumpentes diſtinctis horis, vel ſucceſſivis diebus interpolatis, intermiſſis. Uno ductu erumpente, & ſubminiſtrante fermentum vitioſum ex individua cavitate, in qua, diſtincta fuit acta fermentatio, figurarum conſtipatio, ſaporum ſylveſtritas, extricatio, fermentativus febrilis motus: alia cavitate recluſa, iiſdemque correſpondentibus ductibus non patentibus; quamvis ejuſdem glanduloſi conglomerati corporis; indeque habita ſufficienti temporis intercapedine neceſſaria, requiſita ad celebrandum, extricandum, ducendum fermentationis motum; alius inſurgit paroxyſmus diſtinctus ab antecedenti: vel diſtinctione horarum, vel poſtpoſitione diaria; duciturque ſequens ſecundum fermentum, & febrile mobile à propria terminata individua vacuitate, & mediis ſuis ductibus. Ramificationes, multiplicationes ductuum correſpondent diſtinctis, ejuſdem viſceris cavitatibus; at non diverſo organo. Fiunt indè univocationes de tertio in ter-

tium, dum prima paroxyſmalis invaſio unita, cumulata, quanta, ſaporifera producitur in una cavitate, & ſedis principalis parte, & eliditur, ducitur, erumpit ſuis, vel ſuo ductu in ſubolaviam aſcendentem axillarem: primò occupando racemoſas lumbares lacteas cavitates, undè circa renes, rigores, horripilationes, puncturæ acidæ obſervantur, initiantibus paroxyſmis: ſecunda moleſta invaſio eodem, vel ſequenti die ſignatur ab alia cavitate, & alio ducitur ductu: occaſio durationis majoris, & minoris, anticipationis, vel poſtpoſitionis, nec eandem ſignando horam prima, & ſecunda; neque ſimilem durationem, & eadem ſymptomata: cauſa mobilis quanti, figurati, ſaporiferi febrilis diſtincti, & diſtinctæ ſedis; at prima univocetur tertiæ, & ſecunda invaſio quartæ; nam prima, & tertia ab eodem fermento febrili, mobili, figura, ſapore, & quanto; eademque capacitate, & continente æquali vaſe: quorum diſtinctio parit diverſam durationem, diſtincta Symptomata, Anticipationis, & Poſtpoſitionis ordinem; & conſequentia omnia antecedentium ſervant ritmum. Pancreaticum organum tantis ſcatet diſtinctis, diverſiſque ductubus, & capacitatibus: ex quo præciſa febrilis fermenti intromiſſio, & eruptio.

XXVI. Undè oriuntur, contingunt febres hemitriteicæ nuncupatæ affligentes quolibet die, vel diſtinctis diebus; ſed variis invaſionibus, ſymptomatibus, durationibus, complicatis aſſociationibus dependentibus à diverſitate fluidorum febrilium; ſaporibus, figuris, fermentationibus, ſedibus, ductibus diverſis; & quorum diſtincta, varia, diſcriminata, diverſa modulatio homitriteicas parit ſpecificas invaſiones, v.g. ſit ſimplex tertiana unita quartanæ: duplex tertiana annexa uni quartanæ (exitioſa copulatio): duplex quartana uni tertianæ (celeritèr enecant ægros). In his annexionibus, conjunctionibus, ſocietatibus, ſemper duplicatas, triplicatas agnoſcimus vacuitates, & capacitates receptivas, continentes fermentum febrile proportionatum, ratione quanti, continenti vacuitati ſcaturienti, in qua agitur fermentationis noxiæ motus; quo majori quanto, grandior proportionata, conſona correſpondeat vacuitas; minori, anguſtior locatio, capacitas continens: hoc in ſingulis paroxyſmalibus febribus univocum eſt, dum continens, & contentum proportionem capacitatis, & locationis ſervare debent. Agnoſcunt etiam neceſſariò diſtinctas, & diverſas, ordine invaſionis variæ paroxyſmalis: una hora affligit hæc, & altero die; aliud tempus, diſtinctum, diem, diverſam horam paroxyſmus, & alter. At præcipuum neceſſitat opus; habere fluidorum mobilium, febrilium, moleſtantium, ideas diverſas, ſaporum varietates, figurarum diſcre-

pantiam

pantiam inter unum, & aliud fluidum, v. g. Quartanarium, & Tertianarium. Non eſt idem fermentum quartanis, ipſumque tertianis in ſapore, & figura; nam motu diverſiſſimo paroxyſmali ducuntur, ſymptomata varia. Specificatur principalitèr febrile fermentum à ſaporibus, univocatur à conſonis figuris, ducitur que conſimili motu: ſtyptica, acida, pontica, acerba, diſſimilia, ſulphureis, oleoſis, amaris volatibus, flammeis, muriaticis, diſſolventibus, diſſipantibus; nec uncinoſæ figuræ, complicatæ, nodoſæ, varicoſæ aſſimilantur laxis, directis, raris, ſolutis, paucis, &c. In morborum induidualium cauſis lædentibus, fluidiſque moleſtis, & noxiis, cognoſcimus principales, præcipuas, diſtinctas, varias, terminatas, individuas cauſas fermentantes, & fermentorum lædentium diſpares, varioſque ſapores; neque iidem ſaporiferi ferveſcentes ſucci in icteritia moroſa, ac in volatili muriatica, ſulphurea; quamvis icteriticum producatur, dicaturque genus; attamen diſcrepantes notat noxios, turbulentos, afficientes ſapores diſtinguentes ictericum affectum: majori modulatione in ſpeciebus intimè diverſis, v. g. Dyſenteria, cœliaco morbo, nephritico dolore, terminoſa cardialgia, ſcotomica paſſione, cæteriſque moleſtiis.

XXVII. Sunt Febres homotanam indolem ſapientes: Synochales, cauſonides, ſimileſque oppoſitæ algidæ fixantes. Videtur in his Febrile fermentum non intromitti, ſed annexum eſſe cruori univerſali; carere ſede ſubminiſtrante, mediiſque extrinſecè delatis; unica invaſione, ſingulari individuo paroxyſmo gaudere videntur. Elaſticos, diaſtolicos, ſyſtolicos retinent eoſdem motus eadem celeritate modulatos, infenſiva moleſtia, & defectivo opere. Certum enim eſt, & nullius dubii documentum, febres ſingulas, vel intermittentes, vel remittentes, occaſionales umbratiles, & cujuſcumque ordinis, & ſpecificationis: benignæ, pravæ, neutræ, exitialis craſizationis, habere ſuum fermentum, mobile febrile, figuras diſſonas, ſapores ſylveſtres, motumque afflictivum (in declinantibus, intermittentibus, periodicis ſat enucleatum, patefactum venit: quale, quantum, undè, quomodo fiat). Eſt fermentum in his homotonis intimum univerſali cruori, ex univerſali etiam ideatione impreſſa figuris ſingulis, vel præcipuis, ſaporibus polycreſtis cruoris maſſam ſtruentibus; indèque facta intruſione in viſcere principaliore vitale; ibi fermentum univerſale noxium à ſuis vinculis extricatur, & in ejus ventriculis ultimam ebullitionis graduationem ſuſcipit; qua omnes ſucci eterogenei, homogeneam nanciſcuntur fermentationem, uti in vaſe igni appoſito, cujus capaçitatem ingreſſa ſunt multa diverſa, diſtincta contenta bituminoſa; ſcilicet picea,

re-

resinosa, gummosa, oleosa, adiposa, & unica ebullitione confunduntur, fermentant, fluunt, ducuntur, omnesque sedes, & organa officiunt, afficiunt: dum tali, tantaque molesta eterogeneitate servantur, continentur (licet noxia) fluida univocabilia fiunt singulo individuo organo; & quibus distinctis; diversæ, distinctæ individualiter afficeretur sedes, & molestum duceretur organum; ideoque in his febribus præcipuè, & universaliter ferè compatiuntur singulæ fluidæ, & solidæ partes. Nec ab his alienum est, ut sequentes sæpissimè Crises, universales sint hæmorrogiis narium; in fœminis mensium eruptiones. Patentiora, universaliora pungunt emunctoria, quia universale peccat mobile fluixile, & ducendum, extrudendum foràs copioso, largiori motu. Fuit mulier 30. annorum synocha atrocissima præhensa, phrænetica, delira, nauseabunda, vigil (nec ulla præcedens mensium suppræssio), quæ quinti principio, capta copiossimo narium fluxu ad plures libras, nona convaluit die. Hæmorrogiis, fluxuque mensali, salvos fuisse innumeros ægros: ex causone, synochisque molestos: longum catalogum afferre tædiosum esset.

XXVIII. Quandoque observatur insensibilis invasionis vestigium, at diversæ modulationis: aliquando levissima refrigeratione nasi, pedum; nonnunquam aliquali excandescentia erysipelatosa genarum, alioque moroso gravamine saporifero; sæpè quadam nova inquietitudine, & irregulari gesticulatione: impatientes, rixosi, &c.; at instantanea, & brevissima temporis interposita morula. Prævalens fluidum, quantus sapor, notabilis figuræ apparatus in massa universali fermentante; & tali sapore, tantoque fluido excedente, agitur fortior ideatio, & illa ducitur, quæ univoca illi succedit: uti de facto observamus illam sedem futuram molestam esse; cujus fluidum prævalens, capacitatem univocam occupaverit. Rigor Pancreaticam sedem, excandescentia biliariam, saporifera lymphaticam, &c., & si æger valiturus foret; illa periodica, illoque fluido molestè afficietur. Vestigia primariè signantur, & proximæ eloquendæ orationis præmium sunt; sin minùs, & eodem ordine molestum erit fermentum acutissimo motu, celeribus fermentationibus; judicium exitiosum protendunt morbi quarto, quinto, septimo dissipantes, extinguentes ægrotos. Benignæ legitimæ ephemeræ unius diei, etiam universale occupant fluidum, sed spirituosam, & quadam volatili halituoso intromisso fermento, spiritibus offensum; at iisdem ducentibus ad cutis periferiam, quodam levi madore solvuntur; ni impuræ, spuriæ Diatrion occupaverint spatium, & mediocri emunctorii sollicitudine extrudantur.

XXIX. Urgent quoque Epialæ, Algidæ febres. Rarum febrium fer-

fermentum, & non frequens species. Duas hucusque observare contingit. Primam in quodam Presbytero senescentis ætatis. Præhendebatur ille 22. hora, vespertino tempore, quadam totali refrigeratione extremarum partium, & sensim interna glacie se affectum esse denunciabat; paulatim pulsus exiles, torpidi, duri, & veluti nulla celeritate ducti, sic attingebat quintam noctis horam, & febris augumentum, in quo saxea membra singula fere observabantur, & quodam vigili Comate tunc affligebatur: Parùm siticulosus, lingua lippo investita, fauces efugæ, alvus styptica, lotium aqueum; aromaticis, & oleosis non reficiebatur, & veluti emortua videbantur organa, & emunctoria omnia. Auctis symptomatibus, & senectutis naturalibus molestiis; paroxysmis annorum cedit, obiit undecima die. Austera, algida fermenta, styptici sapores, nodosæ figuræ, cænosum pariere fermentum. In paroxysmi augumento, nimis internè torquebatur; anelitu gravi, præssione vitali, & spirituum animalium penuria extinctus senex. Motus, mobile, quidditas idealis, agens, & productum fuere omnia in fermento styptico, pontico, nodosis figuris, & acerbo sapore servata; & extricatione fermentativa febrili in his defectivo modo acta.

XXX. Erat Juvenis 18. annorum, æstivo tempore custos agri, noctibus integris sereno cœlo, ejusque inuriis subjacens; pomariis immaturis, acidis, austeris vescitur, & aqueo potu satiebatur. Capitur Algida febri, inquietus, rixosus, turbulentus; at parum diastolicus, systolicusque videbatur alienatus motus. Variis auxiliis, præsidiis adjutus; internis, externisque fotibus vivificantibus, sed omnia in cassum operata fuere: non plusquam tepescens erat: juribus viperinis continuò usus, quibus videbatur refici; at passi fermenti corrigendi nimia copia aderat. Unicum præsidium huic truculento morbo viperinis uti. Roscidum, luminosum, volatile, solvens, spolians, depurans omnes reperitur; satisfacit multis indicationibus, & suavi, jucundo, celerique modo. Habitum ex tantis præstantibus auxiliis, quædam imbecilla detrusio ad parotidales gulæ, maxillarumque glandulas, dum retrò aures tanta latentia apparuere tubercula, & nodositates, cum levi dolore, quot erant glandulæ (quod ætati florenti attribuimus, & auxiliis enunciatis) decimumquartum attingit, & mortuus est. Dum augebatur paroxysmus, algidior erat. Harum fermentum non impulsum, neque alio ex viscere intrusum, sed omnimoda, totali figuratione saxea, glaciali, styptica, insolubili afficitur universalis massa fluidorum; & saporibus austeris, ponticis, acerbis cænosis insociabilibus tenetur; æqualem morosum, tardum indepurabilem motum habens; & quia

& quia figuræ non extricantur, nec extricari, solvi, laxari permittunt; ideo fluidum universale suis non depuratur emunctoriis, ex denegatis figuris similibus inter ducendum, & capacitatem ducentis emunctorii. Nec saporibus celeri motu à noxio sylvestri spoliatis in melius duci possunt, ac aptiorem modulationem nancisci: hinc febres tales exitiosæ, perniciosæ, insolubiles ex fermenti totali recalcitratione figurativa, saporifera, motiva, cribatoria per consona emunctoria. Nequeunt febres expelli, morbique singuli, nisi fermentis pravis, præternaturalibus solutis, detrusis, spoliatis a fluidis naturalibus occasione externa, internaque molestis. Carent Algidæ febres paroxysmo, & invasionibus sensibilibus; nam fermentum sensim intromissum, & ideatum in tota universali massa. Ideationes universales, difficilem, remotissimam admittunt extrusionem. Ideatio universalis, quidditas, & motus fermentativus febris, sat elucidata fuere. Algido fermento extinguitur luminosum vitale roscidum vivificans; & sua uncinositate defectiva omnes sapores cogit; & implicata adversa secernenda non detruduntur, neque emunctoriis aliena molesta fermenta fœculenta cribantur, aut excernuntur.

ICONISMUS XIX.

Idealis Febrium, Pravus Mos Ostenditur, & Varietas.

I. MUlta Febrilia fermenta, non solùm molesti, sed pravi moris sunt; pariuntque exitiosos effectus. Trucidant clandestino, latescente, proditorio motu; multoties blandiri videntur, at intrinsecè venenant: Proditoriæ, Exitiosæ, Malignæ dictæ Febres.

II. Omne Pravum Fermentum, Offensivum, Defectivum est. Pravum ordine venenato, causa exitiosa, fermento acuto. Acutum fermentum ducitur acutissimis saporibus, pungentibus figuris, celeri motu. Depravat universale fluidum, at non exclusa omnimoda spe alicujus remotæ depurationis, cribationis, excretionis. Retinent tantum acutum fermentum omnes ardentes, oleosæ inflammatoriæ febres, interni corrosivi abscessus suppurandi, suppurati herpetis indolem nanciscentes; & præcipuè in parte organica, viscere fermentationum sede. Omnes perniciosæ sunt, fiunt; neque salutari præsagio gaudent, vel terminantur. Vir 52. annorum usus cibis malæ crasis pluribus mensibus, & pane tritico indico confecto; quo nunquam suæ ætatis decursu usus erat. Incidit in acutam febrem ex fer-

fermento universali pravè ideato sulphureis, acutis figuris, & rancidis saporibus: propè septimum conqueritur stomachi dolore, & in musculis ultimis intercostalibus, veluti contusione laborasse conquestus: capitur dyssenteria, icterica passione, linguæ scabritie, lotio flammeo confuso, & continuis torquetur stomachi doloribus: Dysenteribus non cessat effectus cruentus dolorosus: spuitiones lymphaticæ tenaces fœtidæ continuant; sed copiosa quantitate: apertis cuniculis, agnis, & anodinis naturalibus tantùm blandè alleviatur; at nunquam discessere dolores cardialgici, & præcipuè post cibi captum. Diluentibus alchalinis, cancrinis, sedantibus, elexipharmacis, theriacalibus utitur, 14. die cœpit verminosa per alvum excretio copiosa, & dysenteria non elongabatur: dolores aucti, & per os quotidiè vivos lumbricos expellit: alvus aperta nimis, porraceis, vitellinis, eruginosis molesta, & diutina copia: lacteis, pinguibus, anodinis, lotionibus alvo immissis; parùm morbus cedit; febris semper acutie prægnans, ut opus esset assiduis apertis animalibus stomachi regionem, & fotu adjuvare: tandem 33. die suppuratus abscessus in plicis ventricularibus; erumpit in purulentam spuitionem fœtidam, verminosam, gravem, & viribus, alviquе excretis alienatis, tanto trucidanti abscessu suppurato: acuta febræ, dysenteria continua humorali, & cruenta, verminosa excretione, icterico lotio, & crispatione annexorum viscerum intima abdomini: 35. die obiit, cessit.

III. Sunt acuta febrilia fermenta ex ideatione occasionali externa prima, & sequente intrinseca, Intuitu chylifero, alimentitio, elastico æstivo, vel regionis. Hinc ex primis impræssionibus ducuntur nutritivæ, fermentativæ, saporiferæ, figurativæ. Molestis, pravisque fermentationibus spinosum acutum agitur fermentum, & sylvestrem insociabilem nanciscendo indolem, sulphureamque texturam; intrinsecè extricatur, solvitur, ducitur, opponitur, & similes acutas ideas, ac fermenta sylvestria parit intimè offensiva, defectiva, molesta corpori organico viventi; motu febrili acuto, pravo successivo agente.

IV. Offensivum Exitiosum illud habemus febrile fermentum, quod fraudulentèr, & proditoriè operatur. Malignum diceres, ut clandestinè ingrediatur castra vitalia; & quadam fallaci blanditie se intromittat; lacrymosas strages; non prævisam perniciem; neque organici extinctionem violentam ostendat. Externè levia annotat; intrinsecè extirpationem parat: multoties lotium optimum apparet, at latescit exitiosum; lingua madida, sed æstuant præcordia: Somnus opportunus, sed convulsivus aliquis motus: alimentorum

fufficiens appetitus, Vires tamen vitales imbecillæ: Excreta naturalia alvina; intùs alveare verminofum latefcens: mediocriter fe habet ad ea, quæ apponuntur: ventriculus exitiosè chylificat: prava fymptomata externa, at gravia interne abfcondita: non multùm febricitat, & æger tendit ad interitum.

V. Sic Figitur fermentum tale Exitiofum fluidis Nerveis, ac impetum facientibus, elafticifque partibus, uti venena tempore terminato enecantia. Non enim venenata intermittunt operari, nec otiantur tempore, quo graviter vita non videtur offenfa; at virus tunc temporis alienat omnes partes luminofas, elafticas, puriores, impetum facientes, ut graduata ultima modulatione volatilium, & fpirituofiorum fluidorum; fluida craffioris texturæ, figuræ, faporis, tunc inftantanea pernicie extinguantur: remoto fuaviori, lucidiori, rofcidiori fpirituofo fluido, & ita alienato: ut totalem amiferit ftructuram: fluida reliqua his ducta, certo certiùs corruunt, vappefcunt, extinguntur, uti fanguineus cruor, lymphaticus, cæteraque annexa. Non otiatur fermentum panificium, infenfibili acefcentia immutando farinaceam maffam; fed fenfim agit, ut ultimatà fermentatione in fubtilioribus fermentativis faporibus, ut tota maffa acetofa fiat, & alienæ incorrigibilis ftructuræ; neque regreffum ullum nancifci poteft in, & ex tali fermento.

VI. Trifti Fermento Exitiofo læduntur fluida fubtilioris texturæ, quæ parùm Emunctoriis, fubjacent; ideoque lotio non patefiunt, nec linguæ ftructura, alvinis excretis, aliifque fecerniculis, cribationibus, filtrationibus: dum verò horum omnimoda, totalis acta alienatio; omnia fequentia, & his ducibilia fluida inviolabili modulatione ruere debent. Horologii præffivo motu feclufo, reliqua veluti mortua ducuntur. In Univerfali fluidorum nutritiva textura; ablato, alienato, depravato, extincto luminofo, & elaftico; reliqua confequentia, & fequentia vappefcunt, labbuntur, pereunt. Caufa præcifa nunquam deficiens in his fermentis exitiofis, ac febribus clandeftinis eft; fi virium lapfus à principio, vel fucceffivè deficiens. Luminofo, elaftico, nerveo; principaliter vitale confervatur robur, lumen innatum vibrans, movens, ducens, perfectivum. Non læduntur graviter, nimioque conatu folidæ partes, nec excretis patefit exitiofum fermentum: nutriuntur, confervantur tales organicæ fluidis folidioris, & craffioris ftructuræ, figurationis, & faporiferæ modulationis: quæ enim fluida non dum exitiofam habuere idealem noxam impræffionem; nam ultimò depravationis motum fufcipiunt offenfivum fermentativum; & eo tempore, quo omnimoda lucidorum, nerveorum, elafticorumque fuerit acta alie-

alienatio : qua intromissa, & totaliter peracta; corruunt sequentia **nutrientia**, & totum organicum extinguitur vivens.

VII. Erit Fermentum Exitiosum consequenti ordine modulatum, vel saporibus dissolventibus, vel coagulantibus; alitèrque fluida clandestinè alienantibus. Utraque intromissione Exitiosum malignum, fraudolentum, proditorium operari, agere potest febrile fermentum: dissolutis spiritibus, evacuato unctuoso, oleoso roscido primario vitæ restaurante; cujus solutione, & nimia extricatione veluti in palearem flammam ducitur vivens; vel diaphoretico sudore, vel seroso adiposo urinatio lotio, vel alvinis liquationibus habitis: sequentibus, peractis coagulationibus: sequentibus necessariò; nam secluso spiritoso, faculentum in pultaceam ducitur massam. Perit spiritus, deficit impellens; & remotum elasticum fit; undè morosum, torpidum, mortiferum, imbelle, vappidum, vitæ insufficiens.

VIII. Non semper, neque effectivam dissolutionem consequitur coagulatio: multoties coagulatio primaria, primordia est. Algidæ testantur febres; Exitiosæ ex Cænoso introducto elastico; at in hac modulatione sat immediatè afficiuntur elasticæ, spirituosæ, nerveæ: offenduntur etiam lymphaticæ, chyliferæ, & cruoris partes; & quia graviores, ponderosiores, & crassioris figuræ fiunt à fermento exitioso coagulante; ideo morosè ducuntur, moventur, circuitum agunt, & defatigatis; nimisque depressis vibrantibus luminósis, veluti insueto pondere, intolerabili gravitate molestis, sensim extinguntur, deficiunt, & duplici ex causa; una depressiva laboriosa; altera minùs restaurativa. Nequeunt restaurari roscida, luminosa ex cænoso, gravi, ponderoso, & depravato: his habitis primariò saporibus, figurisque, & exitioso fermento productis; insurgit, oriturque primordia exitiosa coagulatio, nec succedonea dissolutioni. Prima modulatione symptomatica; umbratilis consequens dicitur: hac secunda structura, & intromissione, principalis, primordia agens erit. Fermento modulato diverso, distinctis pravis saporibus exitiosis, figurisve alienis; motus febrilis exitiosus varius fit.

IX. Ducitur Juvenis 19. annorum in locum cænosum æstivo tempore, cujus naturale habitaculum erat in aere clarissimo, lucido, puro, sereno. Ibi integra die moratus ob sua agenda negotia: vescitur acerbis fructibus, nimio fertur exercitio, & labore; inspirat fæculentum, cænosumque aerem: regressus ad propriam patriam, statim febrili præhenditur paroxysmo, sed unico; nam sequentibus diebus paroxysmali caret invasione. Lotium sano simile, lingua humida; dormit, appetit, secernit figurata alvina; at clandestinè

Exitiosum operatur fermentum: pulsus turgidiores, ondosos, flatulentos annotat usque ad sextum diem, & omnia ferè naturali ordine habita: ingreditur septima dies: eiciuntur, labuntur vires, & in septimi declinatione capitur profundo, copioso sudore, sed unctuoso, & sensibus constans obiit. Qualia annotari debebant in hoc ægro juvene prava symptomata? At fermentum Exitiosum erat, fraudolentum; proditoriè operatur: extinsit lucida, roscida primaria fluida; quibus omnimodè alienatis; sequentia vappida, atroci Exitioso fermento minimè opponi, obstare potuere. Idealis Exitiosa impræssio Elasticioribus fluidis primariò tributa. Elastico spirali paulisper moroso in fluitantibus arteriosis, repentinus obitus: coagulo intromisso ex torpido moroso spirali defectivo.

X. Incidit in Febrem simplicem Tertianam Juvenis 17. annorum: servata intermittens usque ad decimum tertium. Ingreditur 14. duplicatur, phrænesi capitur, motibus convulsivis, & æruginosa alvina, & copiosa deponit: pulsus exiles, & numerus lumbricorum vivorum copiosus: erant plusquam tercentum: tribus diebus omnia hæc patefacta: obiit decimoseptimo. Latitabat exitiosum: duodecim diebus luminosa, nervea, roscidiora alienata fuere; & ternario spatio fluida validioris texturæ, vappida, prava, exitiosa evasere. Intermittente simplici, legitima tertiana, apparenter tamen, extinctus est. Benè se habebat ad ea, quæ offerebantur; somno tenetur regulato, & excretis figuratis: lingua, lotium ejusdem tenoris. Latitabat exitiosum fermentum extinguens, implantatum spirituosis, lucidioribus fluidis: quibus duodecim diebus; deficiere roscidiores, vibrantes partes; indeque solidiora, & capaciora fluida cruorizata, & verminosa fodina 14. die erumpit, antecedentibus diebus producta, uti eruginosa excreta annotarunt, usque ad 17. expulsa. Pulsus fuerunt semper imbecilli, reliqua ritmicè apparuere. Hinc pro firmo tenendum est: Febricitat, ergo timendum. Universalis morbus nunquam tutus.

XI. Tali ideatione ducitur Exitiosum, Clandestinum, Proditorium Febrile fermentum, ut suas non patret atroces vires, nisi ultimata graduatione fermentativa: quo tempore regressui, depurationi, auxilii negatur occasio, non conceditur locus. Non esset Exitiosum, sed Acutum, si vires, & virus successivè defectivum declararetur symptomatibus imparibus, excretis læthalibus, & motu naturalium operationum. Tale discrimen observare licitum sit inter exitiosum, & acutum febrile fermentum: in acuto, ut successivæ fiant ideationes pravæ, molestæ, & sic successivè ostendantur, appareant, molestent, observentur; & obvia sint auxilia; & opportuna

portuna

portuna præsidia ab initiante morbo, usque ad illius judicium salutare, vel læthale; nec Proditoriæ, Exitiosæ, Clandestinæ dicantur Febres, dum non latescente, & abscondito agunt fermento pravò, sed aperto, cognito, prævisо, licet atroci, ferino, mortifero, læthali. Non dicitur Proditor inimicus, qui molestum, adversum, offensivum ostendit suo adversario animum; ferox inimicus, æmulator, adversus nuncupatur. Dicimus Proditorem, Exitiosum, Clandestinum, qui blanditiis, simulatis, dissimulatisque operatur, utitur verbis erga adversarium, & tanquam amicum tractat; at intùs clandestina, mortifera operatur, occultisque insidiis afficit, & sub pace bellum affert, & mortali pernicie officit illum.

XII. Ultimum non occupat locum in Febrium diversitate venenatum Fermentum, quod aliter ideatur, distinctèque individuatur ab Acuto, & Exitioso. Acutum validis viribus patentibus: Exitiosum, efficaci robore, sed abscondito, occulto, latescente; & pluribus diebus proditoriè agens insensibili pernicie: invisum, latitans est. In benignis morbis podagricis, insultibus hystericis, hypochondriacis paroxysmis, aliisque cronicis morbis; nonnè latitat multis diebus, ac mensibus fermentum noxium? Epilepsia, Hystericæ affectiones, innumeras experientias, & rationalia documenta quotidiè ducunt: delitescit pravum fermentum, sed non otiatur, nec deficit sensim operari; ut ultimato fermento, ordine graduationis sufficientis idealis, tunc operationum texturas demonstret, patret benignas.

XIII. Rigidum, Venenosum Fermentum. Illud nominamus; quo totalis, omnimoda alienatio, & extinctio habetur saporum, figurarum, & motuum naturalium, nec ulla sociabilitate, annexione, cognatione, conjunctione affici possunt fluida, & venenosa fermenta febrilia: lædendo primariò vitales sedes, vitalia luminosa, vitalem motum, vitalia fluida, oppositione saporifera, figurativa, & motrice. Exitiosè, latentèr, clandestinè operantur, acutissimè ducuntur; & utroque modo instantaneo, terminato, vel brevissimo tempore. Venenosa febrilia fermenta, ut plurimùm celerissimè agunt; uti syncopales febres, insultus perperacuti; omnimoda spirituum dissolutio, alienatio, destructio; vel totalis coagulatio, morositas, vappiditas, immobilitas: Hæc sequentia, non antecedentia sunt.

XIV. Venenositas fermenti febrilis elastico fluido adhæret: reliqua fermenta fluidis succis, arteriosis, volatilibus, spirituosis, vel disjunctim, vel unitim, uti graduatio fermentativa erit, specificatio,

tio, & ultima individuatio. Venenosum semper, Elastico annectitur primariò; quamvis consequenti annexione mistionis, reliquis succis quoque adhæreat. Venenati fermenti structura est alienare illud fluidum depuratissimum, ac elasticum, quo immediatè vitale lumen conservatur; & hac ratione, & causa syncopalibus sua opera, & mortifera patrantur: dum aliis unitur fluidis, vel acutum, vel exitiosum ducitur fermentum; ideoque tali Elastico, & semper Elastico molestum venenosum febrile fermentum est.

XV. Est virus acutissimum offendens Principalissimum Vitæ Organum, suasque annexas partes; fluidumque illud, quo alitur, nutritur, substentatur, conservatur. Elastico incipit vita, eodem agit diastolicum, systolicumque restitutionis motum; & fluida singula vibratione intima afficit: cujus serenitas, luciditas, rosciditas, præstantia; omnia detrusa, fermentata naturalia fluida modulat, ac universali ideatione restaurat. Elastico enim necessariò pascuntur omnes nutritivi succi cujuscumque specificationis, & singula eis nutrienda, nutrita, restaurata in suis operatioribus efficaciora, validiora, præclariora evadunt ex spirali suscepta, impræssione, & elastica intromissa puritate, & serenitate. Ideationes elasticæ semper universales sunt, & polycresta opera tradunt, tribuunt subjectis partibus; & tanta necessitate, & indigentia, ut unicum sit medium, mobile, quo vita utatur, nec pusillo temporis spatio, sinè molestia privari poterit. Omne aliud quodcumque fluidum remotum vitiosum, depravatum inducias concedit: solum Elasticum fluidum moram non habet. Reguntur ab ipso cætera, uti agente principali: dilucidantur, serena, vivida, vibrantia fiunt; eo ducuntur, eoque agunt. Mobile universale fluidorum, media saporosa, figurata, ductus, capacitates, fermentationes, depurationes, motus circulares communes, & individuas suctiones, nutritiones, generationes, incrementa, & propagantia; atque conservantia seminalia, spirali elastico initiant: elastico producuntur, ipsoque ultimatè perficiuntur, conservantur, operantur. Sedem Nobilissimam occupat, Regiam vitalem, à qua ducitur, in quam primò defertur, & successivo gyremate ad infimas, omnesque organici viventis partes deportatur; cum eo omnia vitalia aguntur: præter ipsum inane, alienum quodcumque vitale est.*

XVI. Nascimur elastico intromisso, & animatum organicum est, dum primo motu movetur, ac inspirationis incipit motus, intrinseca elasticitas, vibratio. Venenosum febrile fermentum, uti omnium turpissimum, primum Truculentum, mortiferum, primas parat noxias vires, signat atrocia vestigia in Principe, Regia, Primaria

Se-

Sede; & violento, atrocissimo motu, ejus primum deturpat, alienat, destruit fluidum: quale elasticum est. Annotantur sequentes immediati effectus syncopales, lypothimiæ, deficientiæ vitales; nec venenosum est, ni tantum nobilissimum, præstantissimum sauciat viscus, insitumque primum ejus fluidum; quo elasticè movetur, dilatatur, systolizat. Intercapedine, penuria, læsione, pravitate cæterorum fluidorum; offenditur, molestum fit viscus, & motus; at mora, & emendatione non carent. Solum spirale Elasticum, semper inviolabile reperiendum, conservandum venit; ideoque principaliter officiens syncopales ducens effectus, & venenosi fermenti indolem nanciscitur. Reperiri nequeunt venenata febrilia fermenta, nec veneni modulationem merentur, ni syncopali pernicie officiant, vel propè syncopalia sint; & nisi tanta atrocitate molestent; venenata nec erunt, neque dicuntur. Sedes, & fluidum, quo immediatè pascitur vitalis Regia, offici necesse erit, si venenati fermenti indolem sapiat.

XVII. Erunt omnes læthales febres, & morbi singuli initium sumentes à syncopali molestia: undè cordis morsus principio accessionis, si legitimi, veri, insitique fuerint, omnem salutis removent spem. Venenata indoles trucidat primum vitale mobile; quo omnimodè in suis figuris, & saporibus alienato: amittit motum, deperdit lumen, gravat sedem, ducit extinctionem. Sole eclipsi totali præoccupato, singula subjecta luce orbantur, fœda infœcunda, molesta fiunt: simili eclipsi modulatur cordiale viscus, suumque elasticum fluidum, & singula languescunt, emoriuntur, extinguntur. Sunt, agunt febrilia venenata fermenta in primum Elasticum fluidum, quo pascitur, conservatur vitale viscus, & omnia subjecta, & vita gaudentia; neque cogitandum alienum est, dari febrile venenatum fermentum, non primariò principaliter Elasticum, vitalemque sedem offendens.

XVIII. Noscimus Pestilentias, Epidemicas apud Authores febres, & contagiosos morbos contrahi inspiratione elastici, cui adhæret aliena intromissa pernicies venenata, destructiva alienans luminosum vitale viventis. Ideatio uniformatur ideando: Elasticum imprimitur Elastico faciliùs, immediatiùs, ac reliquis sequentibus fluidis; sic Lymphaticum lymphatico promptiùs, cæteraque imprimenda, ideanda. Figuræ univocationes, saporum similitudo, motusque æqualitas homogeneitatem primariò modulantur; undè inter similia facillimus dicitur transitus, permutabilitas, sociabilitas. Sic Elastico læso, molestum ducitur suum immediatum, propinquum, quod inspiratum est, sedemque offendit primam, quæ elastico moventur, ipsiusque

que

que capacitas, & organicum extiterit: Quale Viſcus Cordiale annotatur, principium Diaſtolici, Syſtolici motus reſtitutionis, & ſequentium particularium expellentium, ducentium, recipientium, ſugentium, rectorum, obliquorum, omniſque ſpecificationis, & individuationis.

XIX. Oriuntur, intromittuntur, ideantur venenata fermenta febrilia in communi, polychreſto inſpirabili, & regreſſu reſpirabili; ideoque eadem ſyſtolica expulſione reſtituuntur ad emunctoria univerſaliora vanenata, & introducta detruduntur; ſcilicet ad axillares glandulas, inguinales, parotidales, & magno elaſtico impulſu; dummodo venenoſum capax ſit alicujus ſeparationis, & depoſitionis à communi maſſa, conſequenti ordine afflicta, & moleſta. Elaſticum prægnans venenoſo fermento, omni conatu, totaque ſyſtolica expulſione exonerari quærit; & à partibus laxioribus, & emunctoriis ideatis nimia figurata capacitate, illud ſuſcipitur. Præter cordiale principaliſſimum viſcus Elaſtici officina; etiam glanduloſa corpora capaciora ſunt, quibus anaſtomoſes fiunt, & tranſmiſſione arteriali, & aſſumptione venali abſorbendo, quod refluum eſt, non ſugunt alienum, turpe, moleſtum; quamvis copioſa elaſticitate dotatum; & relictis alienis ſaporibus, ac vitioſis figuris in glanduloſa vacuitate; paulatim, ſenſim antracis, carbunculi, bubonis, tumoriſque venenati corpus conficitur: negato, regreſſu ad venoſum genus. Totum hoc maxima efficacia impellentis elaſtici agitur; immo quodam inſtantaneo, violento depellente ſyſtolico motu, acto, & ſola vi elaſtici peccantis, & viſceris vitalis moleſti impellentis: quibus excretionibus exoneratur, & à nimia præſſura extollitur: aliquando ad cutaneas glandulas miliares, ſub ordine, & modulatione punctilarium, & variegatarum excretionum, noxium extruditur, expellitur: quibus contingentibus, aliquales elucet ſalutis futuræ ſpes. Elaſtico prævalente, & viſcere agente: ſin minùs, tunc confuſo, diſſoluto, vel coagulato luminoſo, vegeto, roſcido primo; vitale deficit elaſticum lumen, & præcipuum vitæ inſpirationis, reſpirationiſque unicus motus.

XX. Sicuti venenoſa introducta fermenta ſunt variorum saporum, diſtinctarum figurarum; ita pariter inæqualium motuum; undè contingit ſæpè ſæpiùs obſervare diſtinctas, multiplices, varias coagulationes, diſſolutiones oppoſitas; ut unum afficiatur viſcus coagulo, alterum ſolutione: unum criſpetur, & aliud diſſolvatur. Fermenta venenata depravantia eterogenea, & diſſimilis figurationis, ſaporis, & motus. Sint plura menſtrua, varias metallorum ſpecies ſolventia; uno menſtruo ſolvitur aurum; alio argentum, altero cuprum:

prum:

rum: ità in cæteris fodinarum partubus. Sic pluribus habitis uni-
im, & cumulatim metallicis, & uno superaffuso menstruo, suum
ocium assimilabilis solutionis liquatur, scinditur, & aliud non.
Acidis coagulantur, & stypticis, austerisque: at muriaticis, arse-
nicalibus dissolvuntur. Nec repugnant in eodem elastico varia vene-
nata fermenta, distincti sapores, & diversæ figuræ. Quid enim re-
pugnant viperina venena, bufonis, scorpionis, canina, arsenici,
sublimati, opposita cicutacea, aquæ ardentes, & similia? Eodem
liquore hæc omnia servantur suis saporibus, & figuris, licet refra-
ctis; at ordine operationis, & impræssionis intùs assumpta, vel or-
ganico viventi intromissa; unumquodque annectitur suo propinquio-
ri fluido, uti sat demonstratum in ideis venenatis, & individua an-
nexione. Quodlibet suum patrat motum univocum, vel coagula-
tionis, vel solutionis, vel præssionis, obstupescentiæ; exedendo,
lacerando, obtundendo, vappescendo, ostendendo diversa peracta
opera consequentia; & individuas, variasque venenatorum fermen-
torum ideas, figurationes, & saporiferas structuras. Hinc sympto-
matum improportio, effectuum oppositiones; indicationum curati-
varum, & methodicarum disparitas, repugnantia. Harum febrium,
& venenorum varietas, inefficacia reddunt salutaria præsidia. Non
invenitur magnum remedium uni profuturum, quod alteri opponi
non debeat; & dubia (quamvis præstantia) fiunt præsidia: undè
graves Authores magna universalia Antidota composuere distinctis,
variisque simplicibus, vel mistis; varias figuras, diversos sapores
habentia; & apud cœtum virtuosum Polychresta nuncupata. Acu-
ta, Exitiosa fermenta; tali etiam diversitate non carent, licet emen-
dabili.

XXI. Inest cuique venenato fermento disparitas, & eterogenei-
tas ideationum; quamvis homogeneum videatur intrinsecè. Multa
venenata febrilia fermenta intimam retinent ideationum multiplicium
diversitatem, ut modis, & modulationibus operentur variis, & nu-
per ostensum fuit; at talia intuitu principali sic operantur, & idea
saporifera, figurativa præcisa: homogeneum verò subsequenti anne-
xione, & consequenti ordine. Imprimitur hoc venenum Elastico
primo, & ejus organico, vitalique sedi, & ideatione, v. g. corro-
sivæ graduatæ primariæ ideæ; subsequenti annexiva cognatione,
& gyrematis universalis expansione, & impræssione: nerveo commu-
nicatur successivè; in qua ideatione consequenti nerveum deprava-
tum patitur in suis canalibus crispationem, & sequentes convulsivos
irregulares motus, qui prodomi fiunt coagulationis, & non disso-
lutionis corrosivæ; & si lymphatico uniatur; primò dissolutionem,

& secundario morosam fixationem patitur. Acida coagulant lactea; & solvunt urethicos succos. Ideationes consequuntur texturam saporiferam, figurativam, & consequentem successivam motricem. Naturalia Martialia simplici aqua parata, & in dulcedinem subtilissimam redacta, licet styptica, & ferrea, intùs assumpta absorbent styptica acida, acerba, pontica, omnesque sylvestres sapores, & consequenti opere laxant alvina; non modulatione primaria, sed absorbendo sylvestria objicientia, crispationis, morosæ depurationis causas; & peristaltici ingressus, & regressus, susceptionis, & expulsionis impediens, removens, retardans agens.

XXII. Tandem omnia fluida, singulæ capacitates, individua organa, & fermentationum modulationes omnes, non unico gaudent motu; univocos habent sapores, æqualesque figuras; similiter capacitates sunt variæ, distinctione propriæ structuræ, & munere individui usus: neque fermentationum multiplicium motus iisdem organicis, similibusque fermentis aguntur; ideoque vitia unius, non corriguntur ab alio organico, nec chyliferum à cruorizante, vel hoc à symphatico, alioque nerveo, licet individuali, & non communi. His positis, ut anatomicè patet; venenum homogeneum febrile fœdans, depravans, extinguens ultimò vitalia fluida omnia, fermentationes, & motus singulos; nequit disparibus, discrepantibus, variisque sic constructis, modulatis, ideatis fluidis, & solidis, contentis, & continentibus univocè imprimi, uniri, annecti; & eadem modulatione, eademque depræssione omnia afficere, & æquali motu defectivo fluida.

XXIII. Apparet, ex modo patefactis, Febrium Ideationem desumi à Mobile saporifero, Motu, & Organo. Mobile externè intromissum de die in diem, de hebdomada in hebdomadam, motu intermisso, continuo, & subintrante, & facere tertianas simplices intermittentes, remittentes, duplicatas, quartanas unicas, duplicatas, triplicatas, hemitriteicas copulatim; & organo terminato obstructo, læso, offenso pluribus ductibus, vel unico duci distinctos, variosque paroxysmos. Ideari Ardentes, synochas ex fermento universali intromisso massæ cruoriferæ: insultus aliquos aliquando parere, causa saporis alieni quanti, vel intensi fermenti saporiferi, vel figurativi; & annexione individua uni potius fluido, quam alteri. Ideari Pravas, exitiosas febres exitioso fermento clandestino, proditorio, abscondito, usquequo ultimata fuerit luminosi destructio, alienatio. Ideari Acutas molesto, sed patenti fermento, non latescente; sed viso, & prævisso; attamen acutie prædito, vel muriatica, vel solvente, vel crispante. Ideari venenatas fermento elastico,

& ela-

& elasticis annexo; undè contagiosæ fiunt, & ab uno in reliqua migrant similia organica viventia, uti etiam in brutis accidit; ut una, non alia species afficiatur; sic anno 1712. speciei bovinæ contingit æstivo tempore, & hyemali equinæ, sed huic non tam atrocitèr. Contagioso venenato fermento Gallicam Massiliam lacerante, trucidante, & sinè sexus, ætatis discrimine, uti scriptis documentis anno præsenti 1721. adhuc notatur. Fermento elastico, elasticum destruente, vel modulatione eterogenea, vel homogenea: quorum venenorum, & febrilium idearum varietas, discrimen, diversitas, quamvis laconicè; attamen sat patefacta, distincta fuere, ordine nostri systematis Saporiferi, Figurativi, Moventis, Ideantis; & graduatione habita tantarum fermentationum, motuum multiplicium, fluidorum depravatorum, sedum continentium, & conficientium, mobilis, motus, organi, fermentantium, & fermentatorum, principaliter, & consequenter, annexorum, & conjunctorum, contingere innumeros, multiplices, varios, diversos effectus, & non paucas series symptomaticas, leves, mediocres, graves, acutas, exitiosas, venenatas ideas. Habituales, Tabificas fermentationes, omittendas non esse putamus. Mobile intelligimus modulatum saporibus, & figuris alienis. In motu exprimuntur fermentationes annexæ tanto ducente; & illæ omnes extricantes molestæ, neutræ, & consequentes. Organum annotat sedes singulas præparantes, ducentes, tribuentes fluidum ipsum mobile.

XXIV. Simplices Habituales febres sensim solidas organicas depascentes partes lædunt, easque paulatim alienando à naturali debita, necessaria nutritione, illasque defraudando consona alimonia, in tabificam, siccam, esugam tradunt structuram; ut roscido, unctuoso, fibroso nutribili priventur, destituantur. Simplices dicimus illas ex simplicibus febribus aliis antecedentibus ortas; non ulcera interna, neque externa serpentia, cancerosa, herpetica ex consequentibus: uti Pthysicas purulentias: Renum, vesicæ ulcerationes; capitis apostemata, & mammarum suppuratos hærpeticos abscessus: quorum scrutinium infrà. Febres ergò Habituales simplices ipsas nuncupamus, quibus, seclusa omni suspicione interni suppurati tuberculi, vel apostematis; sensim enervantur insito, & adveniente roscido nutrivo ægrotantes: talibusque habitualibus febribus affecti, molesti, invasi dicuntur.

XXV. Habitualium febrium fermentum agnoscimus etiam in saporibus, figuris, & motu depravato, & fluido universali nutriente initiante; at dum graves funditùs figit radices, etiam in vasorum capacitate non repleta, sed necessitate replenda, ut restauratio, & nutritio

tritio perfici possint. Diximus superioribus Iconismis, ubi de naturali opere, & motu nutritionis actum est: fieri restaurationis, & augumenti, incrementique motum auctivum, & molis perficientis, atque ultimantis organicam structuram, & naturalem figurationem consonam, opportunam, & à specie, & individuo requisitam; scilicet à proprio fluido ultimatè ideato in sapore, figura, & motu: hanc, talemque ideationem, & ideationes singulas in omnibus fluidis initiari à primis fermentis salivalibus, chylosis, & depuratione, sivè segregatione duodenica, & à racemoso sacculo: priùs tale universale sit chyliferum irroratum à magno ramo lymphatico; & successivo gyremate petendo, mediis subclaviis, & ascendentibus axillaribus dextrum primum, venosam arteriam, & secundum cordis ventriculum: quibus organis, & eorum fermentis saporiferis, figuratis, & motis, successivæ ideationes universali fluido tribuebantur, & imprimebantur; & elasticitatis indolem claram, clariorem, vivificam, vel cænosam nanciscebantur fluida nutrientia fermentata, translata, ideata; indeque cuique parti nutriendæ deferebatur suum magis consonum fluidum, quo nutriri debebat singula pars: opportunis semper habitis saporibus, figurisque mobilis; motu, capacitate, ductibus deferentibus, & recipientibus, replendisque ventriculis individuis. Depurato unoquoque fluido ope proprii figurati æqualis emunctorii, & habita capacitate replenda ex mobile univoco: qua vacuitate figura retinebatur, sapor annectebatur, & motu augebatur, primo suctivo, & repletivo, & sequenti quanto auctivo; quorum descriptio, demonstratio sat patefacta.

XXVI. At Febres Habituales nuncupatæ, proprio fermento opponuntur, ex diametro, Nutritioni naturali; ideoque difficilis investigationis non erit tanti, talisque fermenti ideam indagare; dum oppositorum eadem militat, & similis est ratio. Est ergo fermentum habitualis hecticæ dictæ febris quid insuave nimis salinum, nec salivæ univocum; torridum, minimèque roscidum dissonum chylifero naturali, & à fœcibus alvinis non sat depuratum, spinoso sylvestri irrorato lymphatico, & in sede vitali muriaticam ideam nanciscens adulteram, pungentem, alienam. Ducitur partibus nutriendis, quæ alimento indigentibus: avidè famescentibus, fugunt delatum succum alienis saporibus pungentibus ideatum; ac acutis figuris; undè figurarum acutie non retinetur: marcidis, torridis, pungentibus, salinis saporiferis non associatur; & motu molesto expellitur. Et quamvis in vacuitatibus replendis non moretur, nec diù contineri possit; attamen tanta successiva ideatione, vacuitates singularum minimarum partium etiam molestè ideantur, ac depravantur,

vantur ; ut successiva, continua, multiplicata intromissione habitualis discrasia saporifera, figurativa oriatur ; & motu naturali expellatur quod noxium, insociabile, spinosum, sylvestre, torridum, minimeque roscidum extat. Neque fermenti ideatio febrilis habitualis, unico agitur viscere, sed omnibus, singulisque successivis ; quin etiam motu cujuslibet fluidi tali visceri, & capacitati insidentis. Nanciscitur fermentum habitualis febris successivam spinosam, pravamque ideationem à prima sede salivali, chylifera fermentatione, motrice cribante Duodena, irrorante lymphatica, racemosa lactea, & elastica vitali primaria : quo in viscere magno, & præstanti ultimatur torrida sylvestritas universalis polycresti nutrientis. Peccat ergo Agens, peccant sedes, molestæ fermentationes, & motus : læditur mobile ; vitiantur media saporifera, figurata, depravantur ductus, canales : offenduntur omnes vacuitates roscido, alimentitio replendæ ; & quæcumque naturali Nutritioni sunt univoca, læduntur ; dum undique pravum introducitur insociabile nutriens ideatum ex habituali offensivo, molesto, sylvestri, spinoso. Hinc est febres habituales hecticas indigere præsidiis stomatichis, lympham dilucidantibus, cordialibus, ac denique vacuitates replendas diluentibus, vivificantibus. In his fermenta stomaticha crassa, cænosa, & præternaturali mora salsuginosa. Pancreaticæ glandulæ tumidæ, obstructæ ; & oscula lactea sugentia mutilagine inducta : Duodena sedes separativæ fermentationis utilium ab inutilibus fæculentis ; moroso expulsivo motu affecta, & semiconvulsa, spasmodica. Lymphatica irroratio exilis, salsuginosa. Racemosus lacteus, semicaseosus ex duriusculis, cænosisque chyliferis figuris. Fermenta elastica, antecedentium vitio, & propria habituali intromissa, molesta ; torrida ideatione, sulphureum præbent fermentum pungens, acutum, muriaticum. Ductus, canales arteriosi, & venosi ; illi ducentes ; hi assumentes superfluum, quadam spasmodica crispatione, arescentia, & duritie capiuntur ; undè pulsus duri sunt, & convulsi. Capacitates denique restaurandæ, ac replendæ, successivis delationibus mobilis spinosi, peccant suctione, retentione, associatione, & motu non retentivo auctivo, sed expulsivo, defectivo.

XXVII. Beneficio Nutritionis naturalis fiunt Habitus organicorum viventium salubres, consonæ, & opportunæ molis, figurationis, texturæ, crasis ritmicæ. Oppositiones nutrientium, fermentantium, fermentatorum præternaturalium, contingunt discrases, dissonantiæ, deficientiæ naturalis molis, & incrementi, texturæ, & structuræ flacciditas, imbecillitas, depauperatio. Habituales he-

ĉticæ

ēticæ febres à similibus, torridis, salinis, sylvestribus, spinosis; alienis fermentis in, & cum fluido universali: nutritioni, depurato, instituto, & à vivente modulato; ideoque universalibus indiget præsidiis, internis, externisque, localibus auxiliis, ut vacuitates replendæ, quantum fieri potest, roscido aliquo imprægnentur; sic balneis lacteis humanis, caprinis, oleisque cucurbitarum, & pinguibus unctuosis naturalibus; sed recentibus (in vetustis oppositum agitur) quorum auxilio intromissa flacciditas, ariditas, cænositas, aliqualiter corrigatur. En si pueris tenellis foveri possent arida, hectica tabe affecta corpora! sed quis proprios natos tanta barbarie trucidare vellet? Roscidum univoco roscido corrigitur, restauratur, augetur; sed univoco, æquali vivente, nobiliori, vividiore, præstantiore, uti esset enunciatum præsidium; non incidens in aliena turpia, brutalia vestigia, & sensitivas ideas ab humanis longas; dum celebratur infusoria novi sanguinis transfusio à corpore sano brutorum in humanum affectum. Stomatica fermenta, Esurina, Duodenica separatio, Lymphatica irroratio, Cardiaca vivificatio, & vacuitatum replendarum dilucidatio: non arte, sed naturali modulatione introduceretur: neque audiendi nonnulli barbari afferentes, à pueris, & infantibus introduci exurinum imaginarium calidum. Quanto sagaces sunt non pauci senes dormientes unico cubiculo cum pueris, & infantibus: ferant grato, hilari animo infantilia, & puerilia incommoda, risus, jocositates, & cætera puerilia opera; nam unicum hoc restaurationis, vivificationis opus summa graduatione compensatur. Spiritus, elasticitates, fotus, rosciditates pueriles, & infantiles intimè, instantaneè illuminant corpora senescentia. Majoribus, longioribus morbis afficerentur matres tantis molestiis ductæ; nisi à fotu propriorum infantilium natorum præservarentur. Essent non paucæ observationes huc ducendæ, ni quotidiano documento edoceremur; ratione suaderemur; & præcisa causa annotaretur tanti fotus efficacia, tantæ sociabilitatis innata, naturalis restauratio, utilitas. Sint cauti, & certiorati parentes associare natos eodem cubiculo senibus decrepitis, aut corporibus valdè extenuatis, morbificis, aridis, tabidis, ne præsidium, aut inscitia vertatur in morbum; & agens fiat morbosum simileque passum; & passum agens evadat. Propriis genitoribus, cognationibus permitti tantum auxilium; nam parentibus, & magistris non possumus reddere æquale; exteris verò alienum fere putandum venit.

XXVIII. Incrementum suscipiunt Habituales febres à proprio fermento post aliquas horas à pastu; tam solido, quàm fluido: diciturque

citurque penes Antiquos, & Recentiores etiam, eadem traductione habita: Annotatio Incompræssa. Affliguntur enim miselli ægrotantes tali habituali febre, veluti novo insultu, molestoque paroxysmo febrili: pulsus celeriores, suppressi: genarum rubor: præcordiorum stertor: abdominis ponderosa depræssio; recens aucta æstuatio: sitis auctio, singulorum symptomatum molestior motus; & vice restaurationis, molestia nova offenduntur. Capiunt cibum, ut post quatuor, vel quinque horas, (& aliquandò citiùs) validioribus afficiantur molestiis.

XXIX. Tanto fermento universali explanato: longum, difficile non est Annotationis Incompræssæ causam habere, afferere, demonstrare: sedes, fluida læsa stomaticha, chylosa, salivalia, lymphatica; & cribatione neutra, vel molesta peracta: agunt, conficiunt, introducunt Cordiali Organo, non solum chylum; sed chylosum febrile fermentum post illas tres, quatuor, quinque horas; & illud, quod subtilius, & celerius fermentat, uti primum ducendum, introducendum simili modo, & ritmo, ac naturale chylosum fluidum salubre insinuatur his horis, & tali mora brevi. Hinc est oriri, út novus paroxysmus fiat sua signans tempora, non minùs ac insultus tertianarius, diarius, & intromissio qualiscumque alieni febrilis fermenti in Cordialem sedem: cujus fermento, activitate, & ideatione insurgit morbosa puncto, & sylvestritas; nam soluto, extricato febrili fermento habituali suscepto à chylosis, lymphaticis, pancreaticis, biliosis, salivalibus, reliquisque fluidis præternaturalibus figuratis saporiferis; indè illis æqualis evenit incursus molestus, depravatus motus, tanta graduatione, & modulatione, quanta fuerit fermenti intromissi copia, sapor alienus, figura inversa. Levibus jusculii diluentibus, alchalinis, roscidis tenuibus chylificatione ideatis, contingit brevis, & levis dicta Incompressa Annotatio, causa levissimi, & tenuis fermenti introducti: at opposito ordine, scilicet pleno alimento quanto; mediocris, vel gravis ponderis, & structuræ, eadem mensura, & graduatione adhæret ipsis febrile fermentum ideatum corpori majoris resistentiæ, & durioris modulationis. Ephemerum fermentum citissimè solvitur: tertianarium simplex majori indiget mora, motu, & solutione: quartanarium maximo tempore, & graduatione quanti, mensura saporum, alimentorum, & modulatione figurarum: contingunt distinctiones, varietates, intercapedines breves morosiores, longiores, mediocres. Agentis, & Passibilis proportio, activitas, oppositio, modulatio totum hoc distingunt, individuant, discriminant.

XXX. Uruntur de novo ægri ex subministrato alimento, uti restaurantur

ftaurántur fani ex chylificato cibo. In his fedes, fluida fermenta, fapores, figuræ, motus, media, mobile, vacuitates replendæ, emunctoria cribantia retinent confonam cognationem, unionem, confenfum, confpirationem, univocationem, æqualitatem; fitque omnium confenfus unus, confpiratio unica, individua homogenea ideatio, & ritmicum horologium. Habitualibus fermentis febrilibus infunt organa vitiofa, fluida impura, fermenta molefta, fapores pravi, figuræ alienæ, motus diffoni, media noxia, mobile fpinofum, vacuitates incapaces, emunctoria alienata, difcrepantes, cognationes, varii diffenfus, confpirationes oppofitæ, & multæ eterogeneitates, inæqualitates.

XXXI. At non dicuntur Habituales febres, & habitualia fermenta, ex eo, quia multis continuatis actibus fermentativis febrilibus antecedentibus intromiffa fuit habitus ftructura februa; at etiam nuncupandæ habituales febres, quia univerfum corporis habitum, feù ftructuram, indolem, modulationem, texturam, & fluidam, & folidam depravat, tantum fermentum; ideoque æftuant omnes partes poft cibi femichyliferi intromiffionem in principale vifcus organicum vitale, præcipuum vacuum, & fingularis fedes fermentorum febrilium circa diffolutionem, extricationis, & detrufionem in fingulas corporis organici partes, mediantibus elafticis vibrantibus, & arteriofis canalibus deferentibus, & propagatione fe infinuantibus in quamcumque exilem, tenuem partem; undè fermenti univerfalis vitio; etiam univerfalitèr omnes reftaurandæ partes læduntur; dum fluidum quodcumque, & falivale, & polychreftum rude ideale chyliferum, lymphaticum, nerveum, pancreaticum, rofcidum naturale, lacteum, & non exclufo feminali, læfione gravi omnigena afficiantur, & ideatione fermenti habitualis univerfalis eterogenei totius, & individui fingulæ partis nutriendæ, reftaurandæ. Neceffe confequitur, læfis fluidis fingulis, etiam offici partes quafcumque reficiendas, & ipfis reftaurandas fingulatim; & individuè. Moleftæ veniunt mufculofa, affecta membranofa, cartilaginea, fibrofa, nervea, tendinofa, offea, medullaria, fpermatica, feminalia, rubra, neutra, alba, cutanea, glandulofa, adipofa, rofcida, folida, fluida, homogenea, eterogenea.

XXXII. Lege nutritionis, circulationis, & univerfalis gyrematis fluidum polychreftum transferri, duci; intromitti neceffitat in quamcunque organici exiliffimam partem; & quia in fluido tali communi, & quolibet individuato fucco nutritivo capaci, reperitur fpinofum febrile fermentum annexum; hinc à qualibet parte, uti moleftum rejicitur, expellitur, extruditur, & non partis reftauratio,

fed

fed ejus molestia agitur: extenuari, flaccescere, arescere necessarium est; & consequenti modulatione tabescere, & fermento noviter immisso æstuare, offici, affligi, depravari, deprimi; & continuatis successivis, non intermissis circuitibus, & delatis fermentis lædentibus febrilibus, corpora sensim extenuari, defici, declinare à naturali ideatione.

XXXIII. Indagari solet graduationis ordo defectivus in talibus febribus, & habitualibus fermentis; scilicet Primus, Secundus, Tertius; at fermenti successiva activitate molesta fermentativa, & partium organicarum scaturientium, atque fermentantium nimia continuata ejusdem habitualis fermenti lædentis intromissione in viscera singula; primò roscidum, tenue, dissipabilius absumitur, & extruditur: quo remoto, & excluso incipiunt partes tabefieri, & torrida figuratione investiri, & luciditate primaria carere; qua vivificabantur, & in nutritione vividæ erant.

XXXIV. Inquirere, & distinguere oportet in omni Nutritione naturali mobile, sapores, figuras,& capacitates replendas omnes; scilicet musculosas, adiposas, fibrosas, osseas, cartilagineas, membranaceas, &c., earumque sequentes motus. Mobile nutriens æterogeneum universale, in omnibus contentis, & componentibus fluidis intimis, servat partes omnes, non solùm fibrosas, musculosas, adiposas, nerveas, rudes, fibrosas, & omnigenas, quarum singulæ, singulis, individuisque nutriendis assimilari, univocari, intimari, & accrescere debent; at in quolibet horum individuo fluido contento in massa universali, & cum aliis componente polychrestam, communemque texturam fluidam; reperitur pars roscida, roscidior, elastica, elasticior, mediocris, crassa, tenacior, ut unumquodque nutriens singulatim, divisimque acceptum, talem, tantamque nanciscatur varietatem; scilicet musculosam, spermaticam omnis specificationis, & individuationis propriæ, signatæ, homogeneæ: sic fibrosum, osseum, membranosum, & quodcumque aliud organicum restaurandum.

XXXV. Undè consequentes sapores, & annexæ figuræ non alienantur à tali modulatione, & compage. Sunt enim sapores roscidiores, tenuiores; figuræ imbecilliores, rariores, friabiliores; crassiores, mediocres, tenaciores, & sic etiam figuræ consequentes annexæ mobili, & ejus saporibus, figurisque adjunctæ. Consequentur effectivæ succedaneæ, adhæsivæ modulationes texturam dirigentes, principalis operis, & operantis agentis: delatæ, deferentes, movendæ, uniendæ, annexibiles, incrementum suscipientes, earumque ideationes magis, minusque dissipabiles, unibiles, sociabiles.

Elasticæ brevi impulsu, & intromissione operantur: fluidæ succulentæ, morosiori motu, vibratione, impræssione, ac denique eæ, quæ fixioris ideationis sunt; indigent gravi, majori, efficaciori motu, activitate, impulsu, impræssione, & antecedentibus denotatis. Adest graduatio in quol bet fluido, & ideationis varia modulatio; scilicet intimior, laxior, mediocris, levis, levior, levissima: hanc universalem graduationem retinet, servat mobile Nutriens universalissimum structum ab omnibus, singulisque fluidis præxistentibus.

XXXVI. Mobilis, saporum, & figurarum graduatione explanata; reliquum est. Capacitatum vitia, & læsiones exarare, tam musculosarum, quàm omnium, singularumque partium nutriendarum. Sunt enim capacitates, sivè vacuitates replendæ illæ intimæ minimæ, exiles porositates cujuslibet partis organicæ, similaris, dissimilaris, & texturæ variæ figurationis. Non enim eadem vacuitatis replendæ figuratio inest musculis, ac membranis, fibris, tendinibus, glandulis, ossibus, &c.; sed uti diversæ, distinctæ, variæ sunt partes in sua structura musculosa, vel spermatica, & usu, ac exercitio; paritèr quoque distinguntur in modulatione compositionis figuratarum vacuitatum, & porositatum replendarum, quarum varietatem figurationis sequuntur fluida nutrientia, ut quodlibet nutritivum univocetur suo nutriendo, restaurando organico, & parti reficiendæ, conservandæ; ut ossea osseo fluido, musculosa musculoso, membranacea membranoso, glandulosum impleat glandulas, & unumquodque eodem utatur ritmo, ordine, modulatione, structurà, figuratione, & susceptione nutritiva intromissivà reficiente, roborante æquali.

XXXVII. Ideantur quoque, & struuntur graduationis mensura majori, minori, subtiliori, mediocri, crassiori ponderosiori in ordine ad idem fluidum; dum musculi, membranæ, tendines, ossa ipsa gaudeant his porositatibus, & ventricularibus vacuitatibus replendis angustiori, rariori, laxiori, mediocri modulatione. Vannus, sivè Cribum sit exprimentale documentum: sunt criba ejusdem figuræ longæ, linealis, cubicæ, rotundæ, &c. sed strictioris, & laxioris, uti sunt magnæ, capaciores figuræ, vacuitates, imagines ejusdem objecti: exiles, quinque palmares, septipalmares, bipalmares, digitales, parvæ: in omnibus eandem effigiem repræsentantibus, sunt labia, os, genæ, oculi, brachia, facies, aures, pedes, pectus, venter, & cæteræ proportionatæ partes delineatæ; at exilis, mediocris, magnæ figurationis, ut effigiei, & imaginis proportio requirit. In organica viventium structura id ipsum

sum oculati anatome inspicere oportet, uti magis clarè patet in ossium structura, ut intimæ porositates, & vacuitates medullis annexæ sint ejusdem figurationis aliarum; sed largiores, capaciores, & externæ periostio annexæ, reperiantur strictiores, angustiores: musculi ossibus immediati id ipsum testantur; undè acutioris, & delicati saporis omnes carnes musculosæ, ossibus adhærentes, dum suavioribus, copiosioribus fluidis pascantur, nutriantur, quamvis iisdem dotentur figurationibus rectis, obliquis, univocis naturalibus. Ætatum distinctio sat annotat: infantibus, pueris, juvenibus, viris, adultis, senibus inest tanta diversitas circa quamlibet organicam partem; & parvæ, mediocris, magnæ, laxæ, durioris, & validæ figurationis diversa modulatio decursu ætatis. His anatomicè notis.

XXXVIII. Dum Nutritio agitur, his modulationibus ducitur, perficitur, ultimatur; hinc eadem proportio, idemque ritmus in Nutritione naturali dicitur perfectivus, in morboso defectivus extinguens. Illis graduationibus, & mensuris restaurantur, organicæ partes: his deficientiis, & graduatis molestiis tabescit, arescit quælibet organica, similaris, dissimilaris, totumque organicum: successivitate motus naturalis in perfectivo: continuitate gyrematis, & alieni molesti habitualis febrilis fermenti in defectivo ducetur.

XXXIX. Eruitur, alienatur, extinguitur in Tabidis febribus habitualibus mobile roscidum, lucidum, vivificans primo ævo; uti facilioris dissolutionis, figurationis, & ideationis elasticæ; & sic etiam sapores, figuræ alienantur elasticæ primæ: quibus non solùm reliqua fluida, cæterique superstites sapores, & adjunctæ figuræ crassescunt, obtunduntur, & opacitatem majorem adipiscuntur; quin etiam omnes capacitates, & replendæ vacuitates, tali primaria carentia roscidi incipiunt vappescere, contabescere, inaniri, arescere. Nec illud futilum, inane, & imaginarium assumptum, & assignatum currit, & loco causæ præcisæ admittendum venit, nimirum Roscidiores partes fluidas in prima specie alienari, deperdi, amitti; in secunda fibrosas, adiposas; & musculosas denique signare ultimam graduationem: o quam inanes nugæ anatomicis oppositæ, & rationabili causa oppugnantes! Læditur Nutriens primariò, & ex intromissione habitualis fermenti; quantum dicere valet; ex vitiatis omnibus præparantibus sedibus, fermentis, fermentationibus, & fermentatis fluidis nutritivis; & incolumes, recti sint naturales, & persistant sapores, figuræ, motus, & capacitates replendæ! Exarescit, tabescit tota manus; at digiti rectam, consonam servant crasim? officitur totum fluidum universale, & individua non molestantur!

tabescunt principaliora organa, & exiliora univoca, salubria, sana! Depravatum est totum solidum, & subjacentes solidæ partes benè se habent! Ridiculum, nugosum inventum, nec anatomicis, nec rationibus consonum assertum. Omnes ergo partes, & fluidæ, & solidæ, singuli sapores, & qualescumque figuræ, & unaquæque capacitas, ventricularis, vacuitas, porositas nutritione reficienda, replenda, restauranda; in omissione, carentia, & deficientia primi Roscidi mobilis, & lucidi, elastici offenditur, depravatur, arescentiæ prima vestigia signat, & successiva graduatione arescunt singulæ contentæ, & continentes partes, uti mobilis universalis nutrientis molestum erit febrile auctum fermentum. Solidiores, & solidissimæ causa structuræ magis resistunt, ultimamque suscipiunt arescentiæ molestam ideam; at hæ quoque ab initio vitiosam susceperunt ideam morbificam, sicuti reliquæ omnes teneriores partes.

XL. Aggreditur ulteriorem organicam texturam, fluidorumque modulationem saporiferam, & figurativam, & capacitates omnes nutritionis vasa, fermentum habituale febrile consumando, depravando, arescendo crassiores fluiditates nutritivas deferendas restaurationi solidiorarum partium in statu naturalis nutritionis, nuncupatæ adiposæ, & fibrosæ. Non sunt immunes à molestia fermentativa hæ partes in prima roscidiori omissione, & elasticiori; nam vitium febrile omnes susceperunt; at læsiones non videntur tam enormes in his partibus, non tam roscidioribus, quia figurationis, & saporis validioris structuræ. Esset exemplificandum in ludo. Lusores sint tres: unus habens duo talenta: secundus possidens quinque: tertius retinens septem. Singuli graduatim omittant duo, & omnes tres lusores æqualiter in ludo perdant sex unita talenta, & cuique duo deficiant. In hoc ludo primus lusor vacuus omni auro, vel argento; nam duo habebat, & duo omisit. Secundus, licet duo etiam alienasset: attamen quinque habens, trium erit possessor; & tertius solvens duo, alia tenebit quinque; nam septem habebat. Roscidum mobile, tenue, subtile, sapores similes, figuræ æquales, vacuitates univocæ, omnia dotantur roscido, tenui, subtili; at mobile, ut duo; fluida, & partes validiores, ut quinque: musculosæ, carneæ, fibrosæ, ut septem: fermento habituali omnes afficiuntur, molestantur, depravantur, & singulæ roscido privantur; at in tenuibus fluidis, & flaccidis solidis majus percipitur nocumentum, major depravatio, sensibilior amissio; omnes tamen, æqualiter defraudantur, scilicet mobile, sapores, figuræ, cavitates solidæ omnigenæ restaurandæ, replendæ, nutriendæ. Continuat fermentum febrile, præternaturaliter ideat successiva molestia, & sic paulatim, sensim arescunt,

& flui-

& fluida, & solida; sed tanta, talique graduatione, ut ultima dicatur tertia specificatio; dum septem continens talenta, sivè validiora fluida, robustiores sapores, firmiores figuras, validamque texturæ modulationem, sit ultimo ævo, & finali opere extinguenda pars; qualem musculosam agnoscere debemus; tunc mobile extremè arefactum, consumptum, vappidum, fœdatum: sapores omnimodè alienati, figuræ dissolutæ, amissæ, & vacuitates arefactæ incapaces restaurationis, vivificationis, vitalizationis; undè organici dissolutio, extinctio, deficientia; ultimata, totalisque organica consumptio, & luminosi roscidi extinctio.

XLI. Progressus fermenti febrilis, & alienatio nutritionis à singulis partibus, & organicorum viscerum vappescentia, & febrili ideatione oppressorum, designatur atrophia, & vitiosa nutritione, ut pedum ædematosa intumescentia, & totius corporis atrophicus tumor. Mobile delatum vitiosum in fermentis, figuris, & saporibus: viscera depravata, & aliena à naturali, opportuno, debito, & consono ritmo, & capacitates vacuæ replendæ dissolutæ, & discrasia affectæ (dicimus discrasiam, molestam illam modulationem saporum, figurarum, & motuum). Omnibus his successivè productis, & continua ideatione intromissis, flaccescunt fluida, sapores, figuræ, vacuitates, mobile, omniaque ducenda, necessaria, consona; undè nulla nutritio, & restauratio; & quod apponi necessarium esset, ducitur sylvestre, pungens, molestum, insociabile, & loco annexionis, & unionis, sequitur detrusio, expulsio, dissolutio, adversio, oppositio; & nesciens quo duci debeat, quia non fugitur in retrogrado motu venoso: alienum in sapore, & molesta figura, moratur in parte, & sensim stagnat, coalescit, ac in fœdam migrat moram: qua ulteriori, & majori, ex continua intromissione successivi pravi, molesti insociabilis, habita; agitur, & fit universalis atrophica intumescentia signans præludia extinguendæ vitæ: ut ultimata graduatione fermenti fœdi, alienantis, & defectivi; tandem omnimoda deficientia agetur. Arescit, tabescit vitale luminosum, roscidum, & incrementum suscipit fermentum exoticum habituale febrile molestans, augens, trucidans. Amittit organicum vivens prætiosa, præstantia, roscida, aurea fluida, & afficitur, oneratur plumbeis, æneis, ferreisque, deperdit lucidas aquas, adipiscendo cænosas fimosas: quæ pábula insociabilia, incongrua, præternaturalia, minimè restaurare, implere, & reficere valent vacuas, indigentes famescentes capacitates naturales organicas cujuscumque structuræ, compositionis, & modulationis fuerint. Sic oppresso lumine naturalis vitalis flammulæ, nec pabulo refecto necessario, quod

avi-

avidè famescit, nec subministratum venit sub, & in ordine cognationis, annexionis, & conjunctionis; tandem cedit, extinguitur, deficit, moritur.

XLII. Raras, & non paucas observationes hìc adducere possem tanti fermenti habitualis vim, ferociam, & pravitatem declarantis; ut non paginas multas, sed integrum volumen delineare, & typis mandare possem; at quia penes Authores multæ habentur; ideo nobis placet multas non ducere, neque publicè exportare: sat raram, & auditu dignam. Erat Nupta mulier multis annis, sed sterelitate affecta, ut in præsenti est. Capitur duplici Tertiana subintrante æstivo tempore, & multis præsidiis adjuta, at nunquam à febre immunis fuit: incidit in oleosum lotium undique tale, & in tota substantia lucidum, & adiposum, & in supernatante stillicidio adiposo. Hic annotare licet ex multis ferè centenis observatis febribus simpliciter habitualibus, in omnibus apparuisse oleosum intimum lotium; nam deciditur ex tota universali molesta vitiosa, dissoluta fluiditate, & ad renes delabitur, uti insociabile fluidum partibus indigentibus, quia sapore, & figura peccans: nec fallantur, aut decipiantur incauti methodici non esse tale intrinsecum maximum vitium: confisi in superficie lotii non apparere reticularem oleosam telam, aut stillicidia adiposa; majus enim vitium est totam massam lotii intimè oleosam esse, quam superficialibus stillis affici: consumantur, tabescunt, arescunt instantaneè ex primario habito; & non sic in apparente aranearum tela: uti in Diabetica passione unctuosa intrinseca, & urinario sero æmulante olei massam, & non seri copiam: vidimus spatio quinque dierum: robustos viros extinctos esse, uti annis non tam retrò elapsis observare licitum fuit: sint cauti, vigilantes, & nimis celeres in administratione roscidorum præsidiorum assistentes methodici, & periti viri, ne peracto, & ultimato bello, frustra præsidia subministrant, dum tempus non ampliùs pœnitendi. Ex multis, quos vidi tanto oleagineo lotio affectos, ac molestos, omnes proclamabant se ipsos tanta virium lassitudine, & imbecillitate molestari, & eici, ut propè mortis limina esse prædicebant, dum tale emittebant adiposum lotium. Emulatur talis evacuatio seminalem nimiam; detruso primo spirituoso, præstantissimò lucido. Duos scimus juvenes robustos delatos in Noscomicum Sanctissimæ Annunciatæ Neapolis, qui jocosè, sed turpiter se duxerunt in repetitas pollutiones, uterque in sanguinis mictionem ducitur. Unus triduo vixit, alter superstitit, multis adjutus præsidiis. Tanto atroci delicto non fuit inconsonum supplicium, uno extincto, alter flagellis morbosis affectus. Villitici rudes erant. Aggressuri observationis enarrationem nuptæ mulieris.

Om-

XLIII. Omnibus symptomatibus tabidæ, habitualisque febris molesta erat; scilicet precessere febres tertianæ longæ, corporis extenuatio universalis, totium adiposum, pulsus duri, exiles, annotatio incompressa; & quod præcipuum erat alvi fluxus liquativi. Fermentum habituale muriat cum etiam menses nimis ducebat; at inæquali motu, neque ritmum mensurnum servando: variis ministratis auxiliis, nec punctum cedebant impræssa, consequentia offensiva; & multi ponderis erat considerandum, scilicet alvus aperta, liquantibus fluidis affecta: quibus celeriter ad orci fauces ducebatur: Alchalinis cancrorum, corallorum, modestorum testaceorum adhibitis; aquis Capocefali pro usuali, quotidiano potu, juribus ranarum, cancrorum fluvialium, & non seclusis naturalibus mediocribus stomatichis; tandem omnia frustanea videbantur: dubioso, & tentativo utuntur, nam melius cum periculo tentare, quàm omni spe dempta, ægrum certè periturum. Lacte chalibeato usa, irrorando, & madefaciendo ad sufficientiam panis albi micas benè fermentatas, & ad modum vippæ valdè mane ad pondus unciarum quatuor, & panis congruæ quantitatis, insimul cum dramma una veri pulveris oculorum cancrorum fluvialium, apud nos Sarnensium: quo roscido, & panificio adhibito, primis diebus neutro ordine habebatur; at ab incepta administratione non cessat, & continuato usu cæperunt omnia in melius haberi: quo solo medicamentoso lacteo panifico cibo usa, spatio quinquaginta dierum sensim discessit febris, restaurantur partes omnes, alvus aperta, quæ primum afferebat contrajudicans in propinatione lactifera, naturalem adipiscitur modulationem, ut tandem hujus usu, & lotionibus lacteis universo corpori adhibitis, pinguis, procera convaluit. Fermentum panis esurinos restaurat succos.

XLIV. Gerit in ventriculo, fermentum febrile habituale primas susceptas ideationes; ideoque semper respiciendum est ad ejus esurinos succos restaurandos, & illis consonis, & æqualibus fermentis univocis. Panificium correctum acidum esurinos roborat succos; undè lactis alienatio faciliter contingeret stomacho tabifica impræssione ideato, & molestaretur primariò esurinis insitis fermentis; hinc annexione panis optimè fermentati, & lacteo roscido fluido dotati: unà simul adimplentur plures indicationes, & restaurativæ roscidi alienandi, & quoque ideationes stomatichæ esurinæ panis beneficio intromissæ. In pane reperiuntur ideationes associabiles nostro naturali esurino; & ægroti dum pane incipiunt vesci, salutare indicium prædicere debemus; uti omnimoda aversio, nausea, alienatio, nunquam salutis portendit judicationem. Aversio, inappetentia totalis,

si-

ſignum extinctionis eſurinorum ſtomachi fermentorum: quibus alie-natis, omiſſis, deſtructis in figura, ſapore, & motu; nulla ſalu-taris ſpes emergit. Remota chylificatione, abolentur ſingulæ ſe-quentes fermentationes, & naturales nutritiones.

XLV. Referri poſſent innumeræ obſervationes lentarum, habi-tualium febrium, integrumque adimplere catalogum; ni longum, nauſeoſumque eſſet. Non paucas ſcimus, quarum aliquæ bibendo objerunt; nuptam agnovi, potu aſſumpto, ſe ſomno velle com-mittere; at æterno ceſſit: aliquas loquendo animam expiraſſe. Erat vetula hàc febre areſacta, quæ ducens lumen propriis mànibus, & illud clavo ſuſpendit; dicens, volenſque ſedere: fato cadit. Non multis elapſis menſibus virgo 21. annorum dum affecta ſpatio novem menſium hectica febre: dixit parietes propriæ domus non videre, ſtatimque loquendo, & talia verba pronunciando divina petiit habi-tacula.

XLVI. Eſt contagioſa febris hæc, & in domeſticos, conſan-guineos, cognatos, & ejuſdem indolis facilè intromittitur, præci-puè viventibus ejuſdem craſis, modulationis ſaporiferæ, vel imbe-cillioris, & tenellæ ætatis ſubjacentis faciliori impræſſioni elaſticita-tis. Virus univerſale depravatum, fœdat circumſtantem aerem re-ſpiratione, pravis ideis affectum, ut à vivente in vivens facilitèr migretur: cantant multiplices hiſtoriæ, & multas adducere poſſem viſas, & continuò obſervatas; ut etiam indumentis laneis intromit-tatur, & veluti rabidum venenum ibi conſervetur. Annis elapſis extincta hectica febré nupta, & ejus vir cautus omnibus laneis ve-ſtibus, ac tunicis ejectis à propria dumo, & illa penicillo pluries dealbata: unum ſuperſtitit laneum operimentum, quod deferri juſ-ſit aeri ſereno per integrum æſtivum tempus; & illo recluſo in pro-pria arca; poſt triennium proprium cubiculum inveſtit; ò mirandus caſus! eadem nocte febre correptus, & habituali ſenſim facta, ſpa-tio duorum menſium hecticus moritur. Cauti domeſtici, omneſque ad quos attinet omnia utenſilia, & præcipuè lanea operimenta, in-duſia, reliquaque amovere, ne in eundem incidant morbum, cui negatur locus penitændi. Virus febrile habituale unctuoſa gaudet offenſiva idea: diù annectitur: faciliter inſpiratione ducitur: om-nes fluitantes ideat ſuccos: univerſalem trucidat orgaſmum, ſolidaſ-que continentes partes: denique vivens.

XLVII. Sunt Febres habitualis indolis modulationem æmulan-tes, & ex conſequentes Phthiſim, Empyemata, internos abſceſſus, herpetes ulceroſas, oſſium cariem, uti ſpinæ ventoſæ ſunt, & his ſimilia atrocia, ferina apoſtemata, vel criſpationes, tubercula in-

timorum

imorum organorum. Fœdato universali nutrimento sensim, ulcerosa existente parte aliqua, ex continuo successivo gyremate, uti pulmone, pleura, mediastino, musculosa aliqua notabili parte organica, glandulosa, intestinali, &c. Alieno purulento, marcido suscepto ideato intra naturales ductus, & capacitates, paulatim totum fœdatur universale nutriens, ac iisdem saporibus, figuris pravis, purulentis, marcidis ideantur partes singulæ, & eodem purulento fermento, quo febris ideatur, producitur, prorogatur; inficiuntur vacuitates replendæ, ut consequenti ideatione primis diebus afficiantur; at successivitate longioris intercedentis ævi fit principalis, essentialis, radicata, habitualis febris adhæsiva partibus singulis, & fluidis primo, & solidis indè: habita eadem graduatione mobilis, saporum, & figurarum in replendis organicis capacitatibus nutriendis, ut roscidiora, subtiliora, elasticiora amittantur primò, & graduata mensura sequentia, tam fluida, quàm solida, ut ex modo eluciditatis notum est. Et sicuti læsio interni abscessus, tuberculi, apostematis, crispationis, habetur à præcipuo peccante fluido, v.g. lymphatico, subacido, salivali, nerveo, seminali, lacteo, sanguineo, &c.; sic pariter illa organa primariò offenduntur, quæ tali fluido univocè restaurabantur, nutriebantur: sint apostemata strumosa à salivali, & pancreatico scaturiginem ducentia: in his, & horum præternaturali structura, non solùm externæ, & apparentes glandulæ, & gulæ, & parotidales officiuntur; sed intestinalia mesenterica conglobatæ, & conglomeratæ, causa univocationis fluidorum nutrientium, & tunc occasione morbosa peccantium, licet successivè rel quæ partes fœdantur, afficiantur, & semper tamen habita proportione, & graduatione ideationis univocæ, proximioris, & æqualis in figuris, & saporibus, huic potiùs organo, illis fluidis restaurando, quam alteri visceri, aut parti nutriendæ. In ossium cariatione ex truculento, diro, insuperabili morbo spina ventosa dicto: nonnè uno osse fœdato, contaminato, læso, & carie affecto, reliqua ossa consequenti ordine primariò offenduntur? In strumis glandulosæ universaliter: in lue venerea spermaticæ: in epilepsia omnes nerveæ; in hypochondriaco affectu pancreaticæ: in pleuritide membranaceæ, &c.: & hoc fit modulatione fluidorum nutrientium, & solidarum reficiendarum talibus univocis, similibusque fluidis. Non tedeat sequentem scrutari observationem; quamvis alibi per transennam pauca dicta fuere.

XLVIII. Suxit infantulus nomine Emmanuel, tunc unicus filius mei germani fratris D. Bartholomæi Pisani Neapolitani Jurisconsulti: ex Nutrice incautè, spatio duorum mensium lac; quæ Nutrix pueritiæ tem-

pore ſtruoſa fuit, ſuxit circa octavum menſem uſque ad decimum; & viſus infantulus ſagacitate nimia dotatus, non benè ſe habere ex tali Nutricis lacte, dum non colore vivido naturali, at actionibus torpidis ducebatur ex tali lactifera ideatione, & inchoatus pallidus genarum color; undè conſilio habito; juſſimus Nutricem mutare, quod ſanè adimpletum fuit: alia electa ſana, valida juvene lactante; nec infans ampliùs reſtauratus ad antecedentis menſuram: æſtimatum fuit forſan dentium eruptiones, & morbillorum apparentiam in 17. menſe; ſed vana cogitatio; nam initio 21. menſis cæpit digitus ſiniſtræ manus pollex dictus tumefieri, & ſenſim vola manus, indeque auricularis: quo viſo, periti Chyrurgi, æſtimavere oſſis eroſionem eſſe, & ſpinam ventoſam notham. Neapolim agreſſus puer; ibi Genitores peritiſſimos vocaverunt, ut debito auxiliò puer non defraudaretur: omnes unica opinione idem æſtimavere, & tantis præſtantiſſimis auxiliis adjutus, ſed in caſſum; nam carpus, metacarpus, focile majus, & minus innumeris ducuntur ſimilibus tumoribus, & ſquamatione omnia oſſa, etiam circa maxillas, nec oſſa videbantur immunia tali, tantaque carie, ut criboſa excavàbantur. Balneis mineralibus, lotionibus, fotibus, adipe humano, & univerſalibus præſidiis ſanguinem depurantibus, ut pluſquam quingentum nummos pro unico primogenito filio erogaſſent; lenta febre præhenſus pluribus menſibus, ex fœdato univerſali nutrimento omnibus, ſinguliſque partibus delato; tandem Kalendis Januarii ſæculi decimi ſeptimi natus, cum eſſet annorum trium, & menſium quinque, truculento morbo, & oſſium carie à 21. menſe ſuæ ætatis affectus, tertio Idus Junii hora 21. anni 1703. in ſinu Creatoris requievit: tàm longiſſimo tempore in Nutrice abſcondita carioſa ideatio.

XLIX. Undè hectica, habituali febre defecit. Podagrici longo ævo moleſti, etiam aliqualem quaſſationem in cæteris oſſibus perſentiunt, & ideatione fluidi peccantis univocè nutrientis oſſa ſingula, uti Phillide venerea ducti, non ſolùm oſſium perioſtia; at etiam glanduloſas lymphaticas, & ſalivales capacitates, & partes, ſimilitudine ſucci moleſti intruſi, delati offenſas cognoſcunt, ſeminaleſque ipſas: eodem æquali, vel univocis fluidis reſtaurantur: quibus læſis, officiuntur & illæ; licet diuturna, & longiori mora in organico ſerventur defectivæ ideationes; præcipuè in partibus ſolidis, ac oſſeis.

L. Sedem univerſalem omnibus communem, febrile fermentum occupat: hoc tantùm diſcrimine, ut umbratilis, ſymptomatica primis diebus foveatur à principali invaſa, moleſta, morboſa; at ſequentibus

quentibus circuitibus aliæ fœdantur organicæ, & fluidæ partes. Obſervare enim licet ſpinam, & pravam morboſam impræſſionem parti ſolidæ affinem, ferè ſemper annecti reliquis partibus: læſio partium ſolidarum non eſt fugatoria, nec occaſionalis levis, ſed firma; & quæ permanente cognatione intromittitur eadem depravatio, cauſa gyrematis, & univerſalis conſenſus, cæteris omnibus: ſic herpetes canceroſæ, empyemata, pthyſes, abſceſſus interni, apoſtemata: quorum numerum non levem obſervare nobis licitum fuit. Mulier nupta incidit in gravem tumorem pravum affligentem mammam ſiniſtram: ſenſim pravum injunctum muriaticum, ut paucis menſibus canceroſa acta mamma: tota exceſa, & herpete canceroſa conſumpta, uſque ad muſculos intercoſtales. Febre lenta capitur: tabida obiit ex intromiſſo noxio fermento à parte organica ſolida in polychreſtam maſſam fluidorum primo; & ſingularum organicarum conſequenter. Juvenis fornarius 18. annorum exercitio panificio, præhenditur pneumonia, quæ blanditiis moroſa, & atrox acta: paucis diebus purulenta ſpuens, ducitur in tabidam febrem, nec exercitio, proprioque operi vacat: ſpatio trium menſium pthiſicus factus, & manè me præſente avidè pullum aſſum comedens, thuſſi capitur, & fruſtulum pulmonis expuit modulatione, & quanto æmulante pollicem digitalem; remoto ſtatim cibo, loquens, animam Creatori donat. Hic Juvenis à proprio Genitore ideam pthyſicham contraxit; nam empyematicus erat. Fornarei facilè tanto truculento capiuntur morbo, nec paucos obſervare licitum fuit. Studioſus nimia alta voce diſcipulis operam dando ſpuit copioſum ſanguinem; indè vomicas purulentas copioſas, & pthyſicus ſpatio octo menſium extinctus eſt.

LI. Contagioſa domeſticis, conſanguineis, ſociis, & exteris habitualis febris, ex unctuoſo, elaſtico pravo annexibili inſpirationis motu: quanto majori ordine, & efficacia, internis cognatis, conjunctis, ſimul decurrentibus fluidis? Externa, longiora lædit organica, elaſticum inſpiratum intromiſſione inſpirativa, & extromiſſione expulſiva pravam prægnans: quo lateſcente ſuas patrat vires in aliud vivens inſpirans ideatas pravas aeris partes: quid non efficacius non petendum ex intrinſeco elaſtico, intimis fluidis, annexis partibus componentibus, idemque organicum modulantibus, perficientibus, ultimantibus? Sit licitum nobis, non levem obſervationem huc afferre, totumque annotatum confirmare. Erat vir 42. annorum, robuſtus, validus, & omni parte vegetus, cujus mater tabida febre periit. Hic nimia ſociabilitate, quamvis multoties monitus, propria materna tractabat utenſilia: propinque affi-

debat, eundem inspirabant in eadem propria domo, aerem; tantis continuis successivis ideis susceptis; post obitum matris, nimio mærori se commisit, & quadam potiùs inscitia, & fatuitate, relictas, superstites vestes amplexabatur maternas. Ecce die 24. Junii matutino tempore capitur thussi levissima, & tali motu expuit maculam sanguinis quantitate parvi ciceris, nec decursu totius morbi de cætero sanguinem spuitione, vel thussi excrevit: statim capitur lenta febre, & eadem hebdomada verum pus tussiendo expulsit: augetur febris: Annotationem patitur incompressam: præhenditur pusilla thoracis præssione; lotium aranearum telam repræsentabat; & truculento morbo, tam dirè afficitur, ut quolibet die plures libras puris fœtidissimi excerneret; & tanto fœtore, ut astantium, & vicinorum societatem excluderet; exprimi nequit tanti fœtoris molestia, ut Medicus dirigens cogebatur, domum ægri ingressurus, tunc temporis minimè inspirare; & fuga prudenti uti, opus erat: tanta copiosissima puris nigri, viridis, & varii coloris quantitate, integrum poculum satiabatur. Ita arefactus, esugus, ut vix ossa, & duram pellem admitteret; nec ampliùs sanguinem exercuit, nisi primam illam levissimam ciceris maculam. In morbi itinere variis exhibitis præsidiis potionum ulnerariarum, jurium ranarum, cancrorum fluvialium, balsamicorum naturalium, & artificialium; at in cassum: suxit tribus vicibus lac ex mammis Asinæ, salutis famelicus: non capitur nausea, proprio ore lac asininum è mammis sugere; sed quid inauditum! Asina tabe afficitur: arescunt mammæ, tabescit, & spatio duarum hebdomadarum extincta: carnibus omnibus consumptis, & ossea Asinæ tantùm structura superstite. O virus contagiosum nec brutis parcens, homines validos lædens! tandem omnibus in pejus ruentibus obiit 29. Septembris ejusdem anni. Tribus mensibus, & quinque diebus post primam invasionem. Horridum truculentum fermentum nemini parcens. Sint cauti, dum tales ægros, & domos ingressuri sunt. Talem domum de cætero nemo ausus ingredi, tanto atroci morbo, & exemplo quisque territus.

LII. Omnes thoracis passiones, & pulmonum præcipuè contagiosæ ducuntur, quia elasticitate operantur; quæ inspirationis motu, respirationisque restitutionem, & alienis corporibus adhærentibus, propinquis, quamvis non viventibus annectuntur, associantur, alligantur; at viventibus potiori vi, intromissione, & efficacia; quia unctuosum fermentum.

LIII. Nimia celeritate fluidis internis, necessitate vibrationis elasticæ, qua omnimodè indigent fluida singula, & præter quam nullo modo moveri, duci, transferri possunt diastolico, systolico-

que

que motu; namque mobile qualecumque elastico aereo ducendum: ductus, vasa, canales, cavitates ingressurum, regressurum.

LIV. Tamen sit consideranda cruoris fabrica, & massa fermentabilis chylifera, nimis fibrosa ingressu dextri ventriculi, & in ejus cavitatem delabens; & prima cogniatione unita: est parumper glutinosa, adiposa, & primo intuitu ideationis elasticæ, & pulmonariæ impræssionem suscipit; cujus modulatione subjacentes partes instantaneè ideantur; undè morbi cavitatem thoracis occupantes, motu celerissimo cæteris organicis, & fluidis communicantur: causa elastici universaliter decurrentis.

LV. Arduum enim videtur catharrales, & tussium affectiones, licet sint levissimi morbi (dummodo simplicitate gaudeant) latissimè propagari, & sola potatione in eodem poculo, solo osculo, & propinqua inspiratione; nam omne elasticum, volentibus, nolentibus, suas restituit bonitates, læsiones, pravitates. Sint Eudemici, & Epidemidici morbi testes fideles.

LVI. Gyremate fluida singula depurantur in propriis emunctoriis; at elastica vibratione; & partes omnes vividiores, vegetiores tanta elasticitate, & roscido balsamico aereo vivificantur, nutriuntur, incrementum suscipiunt. Non aliena, distans causa est in morbosa ejus modulatione; quoniam eodem motu elasticitatis agitur mòtus uterque; & perfectivus, & præternaturalis defectivus: illo omnes partes reficiuntur; hoc singulæ afficiuntur; & in morbosam ideam ducuntur.

LVII. Insuper: nequeunt agi, neque extricari sapores, figuræ expandi, & fieri motus fermentativi, quicumque fuerint, & cujuscumque specificationis, & individuationis; ni elastico intimo vibrante: neque in ordine profusivo, aut defectivo, quæcumque, & omnia continuò, successivè fiunt, & necessitant: præcipua causa, cur celeriter tam vitiosa, quàm salubria fluidis fermentandis omnibus, & singulis solidis, Pulmonum, Cordis, Thoracis morbi cæteris subjectis partibus tradantur, deferantur ex spirali thoracico pulmonari elastico ideato polychresto; quia universaliter fluit, omnesque agat motus, & fermentationes in machina vivente.

LVIII. Omnes Cavitates, partesque organicæ aliquo morbo detentæ, non tam proximè; immo remotè contaminant, & tunc afficere aptæ natæ erunt, dum, & quando quadam elasticitate, & intromissa fluiditate halituosa prægnantes fuerint, eruntque vibratione præditæ; ut morbi cutanei omnes tactu fœdant appositum, conjunctum, associatum corpus vivens, aut capax suscipiendi, & retinendi offensivi impræssionem. Scio rarissimum accidisse infortunium

nium juveni cuidam rem habenti cum quadam muliere, se fingentem virginem esse; attamen lue venerea laborabat. Juvenis molestus non fuit, nec claustrum fœmineum agressus; sed infelix! corripitur gallico bubone, & gummatibus gravissimis internodium cubitale sinistrum: misericors forsan nefanda mulier deferendi atrocissium virus Amasio, se virginem alteram fingit: osculis, poculis contractum fuisse talem fœdum morbum apud nos notum venit. Fiunt tamen contagiosæ impressiones transfusione, & delatione elastica fluidi molesti adhærentis parti tenellæ, glandulosæ, & nimiæ capacitatis; undè semper idem currit argumentum, eadem ratio, & præcisa causa; nec ullus morbus contrahitur; nisi elastico ducente, & intromittente: graduatione cujus habita, morbi singuli contrahi possunt: nullimodè contaminare, vel graduatione officere, dependente ex ritmo, & mensura præcedentis elastici, ni motu spirali movente roscidis fluidis adhærendo.

LIX. Sunt fluida primariò ideanda in contractione, & cognatione morbosa; & hæc mensura graduationis alasticæ intromissæ, ut fluidiora, tenuiora, elasticiora priùs, indèque successivè mediocria, duriora, & denique solidiora, etiam in textura solidorum; ut organica teneriora, mediocria, solidiora, ossea ultimò ideentur, afficiantur: rationibus antecedenti calamo ostensis. Unctuosis majori vinculo.

LX. Utinam elasticum Solis restaurationibus, ac naturalibus nutritionibus necessarium esset, & alienis, pravis, molestis, morbosis depravari, ideari nequiret; nec Endemici, nec Epidemici, pestilentes, contagiosi reperirientur morbi; at rerum ordo non otiatur in uno, & deficiens alteri; dum eodem utitùr agente necessario communi, universali, motibus, fermentationibus omnibus perfectivis, & defectivis.

LXI. Ultimata sat est, atque dilucidata febrium universalis Idea: illius mores acuti, exitiosi, venenati, explanati; & multiplicitatis distinctæ impressiones; scilicet simplicium, acutarum, exitiosarum, venenatarum, habitualium per esse, & per consequi, & sufficientibus observationibus patefactum. Decens est ulteriora petere. Nutritionis perfectivum opus naturalia signat ideata vestigia: morbosa molesta extricatio saporum, & figurarum pravos annotat fermentationum motus, ideasque defectivas.

ICONISMUS XX.

Individuorum Morborum Ideationes unde fiant?

I. IDeari Morbos singulos suis saporibus, figuris, fermentationibus distinctis, dubium non est. Morbus opponitur salubritati: hæc figuratione, & fermentatione saporifera inducitur, augetur, conservatur motu naturali consono, univoco: Morbus ille producitur occasionalibus exteris, intrinsecis, adversa figurarum modulatione, dissono saporum ordine, & præternaturali motu offensivo fermentativo, ductivo, molesto. Salubritas organici viventis est consona modulatio figurarum, ritmus saporiferus, motusque univocus in fluidis omnibus naturalibus, & nutritivis. Morbus discrepantia saporum, depravatio figurarum, & dissonus motus in succis singulis corpus vivens organicum molestando.

II. Dantur partes, vacuitates, organa, ductus, canales, scaturigines, sedes variæ, diversæ, distinctæ, eterogeneæ vivens animatum organicum corpus struentes, componentes; tam in specificatione musculosa, quàm in textura spermatica; & in his specificationibus, etiam subdistincta varietas. Non omnes rubræ, musculosæ partes eadem structura, iisdem cavitatibus modulantibus struuntur: habes anatomicas observationes, quibus innotescunt texturæ renum, cordis, hepatis, lienis, musculorum pectoralium, capitis, abdominis, brachiorum, tibiarum, femoralium, cæterorumque; & in his omnibus, singulisque observandæ, & scrutinio ducendæ eorum figurationes, sapores, cavitates, modulationes variæ, discriminatæ, diversæ: quorum connexionem, annexionem, cognationem non univocam, at eterogeneam habemus.

III. Eruuntur, & cognioscuntur ex his fluidorum nutrientium tantæ, talesque discrepantes naturales, eterogeneæ partes: Nutribilium, ac Nutriendorum disparitates. Sunt in fluidis figurationes univocæ organo figurato nutriendo. Reperiuntur sapores consoni sugendi, & jucunditate æquali inter utrumque annectendi, uniendi, alligandi, incrementumque suscipiendo. Adsunt Motus consequentes, correspondentes præcedentibus saporibus, & figuris, organicisque structuris, & modulationibus naturalibus salubribus. Quælibet pars individuo sapore, & terminata gaudet figura.

IV. Attribuuntur, annectuntur fermentationes universales, & individuæ singulis univocis fluidis, naturalibus organis, vacuitatibus, & sedibus præparantibus, quibus ideantur fluida ultimanda

da ideatione, & perfectiva, auctiva nutriendi modulatione acta; & modulata saporibus, figuris, motibus, & fermentationibus: quorum omnium æqualitas, univocatio, similitudo producunt salubrem nutritionem, & machinæ viventis restaurationem.

V. Tandem in omnibus univocatis habetur optima organici viventis organica compositio, recta crasizatio, & singularum partium connexa unitas, cognatio, consensus; quibus dicitur vivens salubriter suas agere actiones, & omnia salubritatem naturaliter consequentia, & usus: quibus ducitur quodcumque organicum in suis operibus.

VI. Inde Morbi omnes signantur molesta, præternaturali Crasi; motu dissono, aucto, moroso, inæquali, vario, opponente. Mala compositione, & structura vitiosa, ex figurarum discrepantia intromissa, & delata partibus solidis: qui soluta unione individuantur, dicunt sapores alienos, figuras scissas, motum peccantem. Sunt ergo morbi omnes individuandi saporibus, figuris, & motibus. Sapore, & motu discrasi: qui in figura læsi, non ritmè consentientes partium figurationes. Denique solubilitate continui organici fiunt, contingunt illi, quibus figura, sapor, & motus inæquales aguntur.

VII. Omnis igitur Morbus constitutus modulatus in discrepantia saporum, depravatione figurarum, & dissono motu fluidorum; & aliquando solidorum, & corpus vivens organicum struentium, nutrientium, & conservantium; & molestia morbifica idem organicum afficientium, & destruentium: Contingit, oritur individuæ partis, & unici fluidi depravata, morbosa modulatio, & terminatus, signatus, individuus morbus, scilicet stomachi, thoracis, capitis, & in qualibet regione distinguuntur, multiplicantur hi, non alii affectus, v.g. Cardialgia, icteritia, cœliaca, lyenterica, colica, iliaca, dysenterica, cachectica, leucophlegmatica, hypochondriaca, apepsia, dipepsia, iscuria, stranguria, dysuria, &c. In Thorace syncopen, deliquium, palpitatio, ortpnea, dispnea, tussis, pleuritis, empyema, pleuripneumonia, hæmophtiseos, &c. Sic quoque Animalem occupando sedem gravis auditus, & ejus species: ophtalmia, suffusio, & consequentes oculorum affectus, insultus apoplectici epileptici, vertigines, deliria, fatuitates, hemicraniæ, phrenitides, inflammationes, tubercula, parotides, strumæ: Narium multiplices molestiæ, &c. Sic ossibus, tendinibus, fibris, membranis, cartilaginibus, nerveis, musculis, cuti, cuticulæ, miliaribus cutaneis glandulis, omnibus, & singulis conglolatis, & conglomeratis, & cuique visceri sedi, & scaturigini fermentationum; ut cor-

cordi, hepati, ejusque follieulo: lieni, renibus, cerebro, cerebello, eorumque infundibulis, ac ventriculis propagationibus, ductibus, canalibus, vasis continentibus, & deferentibus, earumque annexis singulis unitim, vel distinctè affectis: essentialiter, vel occasionaliter ex individuo sapore alieno, figura distracta, & motu in distincta sede, & vacuitate molestè ideatis.

VIII. Notandæ veniunt omnes hæ diversæ ideationes singulis fluidis, ut fluidum nullum reperibile veniat, quin seclusum sit à molesta intromissione figurativa, saporifera, & motrice modulatione: quodcumque extricari, lædi aptum est in omnibus his, vel singulis præcipuè, aliisque consequentibus. Quilibet enim morbus occasionatus primariò, vel à vitiosa fluidi alicujus figura, vel sylvestri, dissono sapore, aut motu discrepante. Nonnulli initiantur à motu, multi à sapore, aliqui à figura: omnes ex omnibus producuntur, fiunt, contingunt. Omnis molesta prava, morbosa affectio initium habet à præternaturali sensibili fermentatione; & qualibet fermentatio saporibus, & figuris motu extricatis agitur. Sapores, & figuræ occasionalem externam, internamque ideantem causam agnoscunt: fit initiativa lædens impræssio fluido, vel fluidis, & in his à propriis figuris, saporibus, & motibus; nec morbosus effectus seclusus ab his.

IX. Eterogeneitas præternaturalis, semper occasionalis imprimens causa, & ideationis molestæ, & morbosæ scaturigo, agens, extricans est. Naturalis eterogenea modulatio causa naturalium fermentationum; nam nequit fieri, & perfici fermentatio qualiscumque in simplici homogeneo, tam ordine perfectivo, quàm modulatione defectiva. Eterogenei sylvestres sapores, eterogeneæ dispares figuræ, eterogenei discrepantes motus, morbum, & morbos singulos inducunt parti, & partibus, organicis, organico universali viventi; sunt ergo necessariæ præternaturales eterogeneitates fluidis ideandæ, ut morbi contingant; & cui fluido annectuntur, tale organicum offenditur; quo enim fluido solidum restaurabatur, & conservabatur, illo læso morbosè afficitur.

X. Sunt in organico vivente multiplicia fluida; ut anatomicis erudimur documentis. Est Salivali, Esurinum Stomatichum, Lymphaticum, Nerveum, Pancreaticum, Biliarium, Arteriosum universale, & Chyliferum Primum, & Ultimum Nutriens aliquando, & Latex universale dictum Polychrestum naturale Eterogeneum, servans Elasticum, Spirituosum, Roscidum, Luminosum, Unctuosum, Associabile sua homogeneitate; sed naturali tamen. Sunt Fluida species singulas propagantia, & conservantia; & hæc distincta in

seminalia utriusque sexus; fœcunda matium, & mobilis struendi fœminei: pariter lactifera signantia, & perficientia exclusos fœtus usque ad datum tempus, quo organa solidiora, aptiora fiant masticationi alimentorum sociabilium, & reliquis fermentationibus naturalibus orgasmo vitali conservando, ac restaurando necessariis.

XI. Paritèr sunt organica varia ideantia, ut Ventriculus, Pancreas, Cysticus folliculus, Lymphaticæ glandulæ, & correspondentia vasa: Cordialia principalia fermentationis universalis sedes; undè elasticum, spirituosum, arteriosum, motus diastolici, & restitutionis systolici. Sunt Animalia nervinis, lucidis, purioribus gaudentia mediis, ductibus, ventriculis; propagationibus, & ideationes individuas modulando, struendo, imprimendo. Sunt cavitates, emunctoria, filtrationes, motus, usus ideantes, & ideati varii, distincti, eterogenei sequentes structuras partium, & fluidorum naturalium crases, modulationes, ideationes varias multiplices, diversas.

XII. Attentis his, anatomicè ità existentibus, structis, fermentantibus, fermentatis, ideantibus, ideatis, moventibus, motis, extricantibus, extricatis; & saporiferis, figurativisque modulationibus discriminatis: sequitur morborum individua discrepantia, distinctio, varietas. Primaria fluidorum, sivè mobilis; Secundaria sedum præparantium; Tertia fermentationum producentium, & productorum orientium modulatio scrutanda.

XIII. Reperiuntur morbi individuati ordine fluidorum, sivè mobilis; nam alii sunt Morbi salivali fluido ducti, impræssi, annexi, adjuncti; & talis fluidi præternaturali modulatione producuntur, occasionantur, ideantur, contingunt, & eo salivali foventur, conservantur; uti sunt omnes morbi strumosi, glandualares, & phyllide venerea molesti; at non solùm hujus, sed aliorum associatione; sunt consequentes spermaticas, sivè albas partes occupantes; at non homogeneitate, sed aliorum mistione, & eterogeneitate. Adnectuntur salivali fluido morbi stomatichi, nam saliva depravata, vitiosa, læsa, molesta, quantitativa excedenti copia, etiam instantaneè compatiuntur Esurina fermentantia fluida chylifera. Nimia salsedine, aciditate insipida modulatione, cænosa, vappida, tenaci, nimis subtili, diminuta copia, adhærens, nimia gaudens fluiditate, & innumeris molestiis apta, nata molestè, pravèque affici (uno verbo) sapore vitiata, & à suo naturali discedendo, fiunt morbi longi, pertinacis indolis, & illa pravitate, & ideatione saporifera intromissa operatur, & agit graduatione, & mensura alienati, lædentis, molesti saporis, vel lædentium, offensivorum saporum, dissonarum si-

figurarum crassitie, tenuitate, adhæsione, cænositate peccantium; officientium. Motibus agendo morosis, celeribus, interruptis, discrepantibus, eterogeneis, dissimilibus, ut morborum ex ipso salivali prodeuntium, diversa varietas insurgat.

XIV. Tali morbosa ideatione occupantur fluida, & individuantur morbi ex sede præparante Conglomerata Glandulosa Maxillarum, Wartoniana parotidali, & annexarum. Vitio, & læsione sedi struenti, intromissis, terminatur morbosa affectio, occupatione præparantis organi, vel in strumas, vel in salsuginem, vel ponticitatem, vel aciditatem, &c.; & motus fermentativi diversimodè ideantur, variasque traducunt affectiones. Fermentum sedis præparantis scaturigine, & extricatione primaria insita ideat proprium fluidum sibi univocum.

XV. Insequuntur fermentationes, quarum varietas ex mobili, sapore, sede, & annexis figuris producitur. Motus fiunt in mobile: mobile ex saporibus, figuris, & cognatis adjunctis; hæc omnia in organo fermentant, solvuntur, ideantur, & modulationem suscipiunt diversam; qua diversitate, discriminantur, individuantur morbosæ fluidi impræssiones, pravæque offensivæ præternaturales molestiæ.

XVI. Consequuntur Producta, sivè effectus similes, univoci suis mobilibus fluidis ideatis, sedibus continentibus, & præparantibus, fermentationibus succedaneis, & consequentibus: in quarum mistione, motu, & ideatione reperiuntur Agens, Mobile, Media, Motus, & ultimarum opus, scilicet morbosum productum. Sunt ergo in quocunque fluido annotandi sapores sylvestres, figuræ alienæ, & mobilis ipsius sedes, organa parantia, fermenta; & fermentan ium orti, producti effectus inde fiunt.

XVII. Undique morbus individuatur (principalitèr tamen): sunt etiam consequentia alia fluida, tam causa cognationis, propinquæ univocationis, communis gyrematis universalis, quàm ordine fermentationis eterogeneæ morbosæ: quæ minimè fieri contingit, nisi mistione alieni noxii fluidi, præternaturali sapore, molesta figura, & dissono motu extricatæ, productæ. Unica potissima causa discriminans, quare ex eodem vitioso, læsoque, v.g. salivali fluido fiant distincti, variique morbi individuati; at non extra specificationem proprii fluidi: Idem enim fluidum, vel Salivale, vel Esurinum, Lymphaticum, Nerveum, &c. in sua specificatione tenet varios morbos; sed tales, & non alios, diversos, distinctos ex ordine modulationis saporiferæ, & figurativæ oppositæ, sedis præparantis, fermenti intromissi ideantis morbi individuationem; sed annexione reliquorum.

XVIII. Læditur Fluidum Esurinum eterogeneum Stomatichum (dicimus eterogeneum, quoniam multis conflatur fluidis, uti superiùs dilucidatum); ideoque universales ideationes chylo imprimuntur, quamvis rudes, deferendæ universali Massæ Cruoris vitalizandæ. Hujus Esurini mobilis læsiones, sedis ventricularis depravatio, & fermenti dissonantia aguntur tot morbi, quot excogitari possunt majoris ponderis; at singuli tali Esurino addictis; sed Esurino Eterogeneo, mox enunciato. Nimia fame præhendimur canina, vel lupina, prægnantium insueta appetentium neutra, naturalia, vel toto genere præter naturalia: Nausea, Apepsia, Dyspepsia: sitimus avidè, vel potum naturalem, vel alienum acetarium, aliudve fluidum, aut liquidum nimia quantitate, vel diminuta. Non alienum sit, historiam notabilem huc deportare. Virgo, nunc senescens, & annosa à sua pubertate tanta præhensa inextinguibili siti, ut circuitu unius diei 24. horarum spatio, biberet semper avidissimè triginta phialas aquæ, & ad minùs 26.; & nisi tantam potasset quantam copiam, animi deliquio capiebatur; vivida colorata, rosaceumque vultum semper servando, nec ullis præsidiis tantàm sitim extinguere unquam possibile fuit; ut nunc senescens, agens annum sexagesimum, & ultra, etiam noctu, diuque quindecim ad minus phialas fontanæ aquæ assumat; at organica structura necessarium minimè negligens, tantùm copiosum potum in vesicam detrudit, ut immutatum mingat. Quid non mirum spatio fere quadraginta annorum non satiata, irrorata, dissoluta salia; at semper sitiens, & avidissimè sitibunda sit? Cutis raræ, & laxæ figurationis, & sudoribus non difficiliter præhenditur: circà reliqua naturalia benè se habuit in alimentorum assumptione omnigena; quamvis præsenti ætate aliquali morosa colluvie circa inferas tibiales partes afficiatur. Menses ritmo gaudere, nec quidpiam noxii ex tanto copioso potu, annis juventutis, virilitatis, minimè molesta; ni multis retrò annis tertiana duplici affecta: tunc unicum præsidium fuit, incrementum aqueum, nec sitim extinguere valebat, non propinata majori aquæ limpidæ quantitate. Potatores vinosos cognoscimus multos, & in quadam familia ejusdem modulationis, scimus juvenem, qui jocosè cum aliis consociis, unico potù quinque deglutiebat phialas generosi vini, & unico die excedebat duodecim, nisi egestate præssus, parciorem gulæ concederet potum, faucibusque sitientibus Bacci urceolum copiosum commendaret.

XIX. Alimentorum Fastidio capimur, Esurino depravato vaporifero excitante, extricante famem naturalem. Lædimur in agenda deglutione, figuris affectis, & nauseabundi sumus dissonis saporibus sto-

ſtomatichis, motuque reluctante; undè moleſta aſſumptione prævenimur, antecedenter afficimur. Nec retentione alimentorum gaudemus, ex vappidis, laxiſque fibris nerveis, ſtomatichis, figurationem modulantibus, & fermentativo inverſo motu vomitionibus, ſingultu aſſumpta eructamus, reſtituimus, & quadam ſpaſmodica convulſione, & inverſa figuratione organica ſingultimus; dum ſingultus dicitur inanis vomitus: pungentibus figuris, ſtimulantibus ſaporibus Eſurinum fermentum: quo expelluntur retinenda fermentanda aſſumpta alimenta, vel infermentata, aut ſemiextricata, vel omnimodè vitioſa; dum alienis ſuccis moleſtis miſta fuere, & ut inſuavia, pungentia, ſylveſtria, & minimè aſſociabilia foràs detrudantur, expellantur, reſtituantur. Fermentativus, chyliferus motus tantis variis, diſtinctis, diverſiſque modulationibus offenditur; quanta ſunt fluida occurrentia, annexa, neceſſaria chyliferum peragendo opus; ac tanto diſcr mine ducitur, depravatur; quantæ ſunt poſſibiles eterogeneæ ſaporiferæ ideationes fermentativæ contingentes, & dependentes à multiplicitate moleſta ſaporum, diſſonantia figurarum, & ſylveſtrium oppoſitarum modulationum: ſic vomitus variegati flavi, virides, nigerrimi, æruginoſi, atri, ſeroſi, viſcidi; cænoſi, pultacei; & ſapores rancidi, amari, acidi, pontici., auſteri, muriatici, ſalſuginoſi, dulces, fœtidi, nauſebundi, terminoſi, lancinantes, eſcoriantes; & tantis multiplicibus varietatibus prægnantes; quantis diſtinctis dotatur Eſurinum naturale fermentum, & præternaturalibus miſtionibus affici poſſit, & modulari. Pictorum colores multiplicantur ex terminatis numeris miſtionum in multiplicatos innumeros, & ope modulantis miſtionis. Sunt, v. g. Decem colores naturales terminati, & arte miſtica pictoria variè miſcendo, modulando, non decem parat colores, non viginti, ſed multiplices duplò, quadruplò excedentes. Vomitu non lymphaticum, ſalivale, ſubacidum, nerveum, amarum, dulce, roſcidum, jucundum, &c.; at alienos, multoſque ſylveſtres, morboſos, neç corpori organico inſidentes, nec reperibiles; ſed tantùm diverſis fermentationum modulationibus, varium tantùm diſtinctum ſylveſtrium ſaporum catalogum ſtruentibus, moleſtèque ducentibus.

XX. Ructus, Eructatio, flatuum emiſſio à ventriculi fundo, producuntur, habita efferveſcentia ſaporis ſaponarii minùs diluentis figurationes, & cœnoſas amaricantes ideas; ut inæquali motu fermentativo opus chyliferum agatur: adhærent pauliſpèr lymphaticum, & fermentatione non extricatur ſufficienter aciduſculum annexum, copulatum, vel ranciditate ſaporoſa ſulphurei. Habentur his diverſis, variiſque modulationibus fermentativis ſaporiferis eructationes

aci-

acidæ, nidorosæ, lymphaticæ, neutræ, molestæ, & vitio fluidi esurini stomatichi, mobilis, sedis figuratione, & fermentorum depurabilium; nec sat cribatorum, omnes enunciati, & multiplicium morborum series, ex stomaticho individuo fluido. Expulsio chyliferi morosa, celerior, ponderosa, gravis ex suscepta ideatione ab organo, mobili, fermento, saporibus, figurisque omnibus, variisque motibus fermentativis intromissa.

XXI. Capta impressione Esurini fluidi, & fermentativi motùs; à pultacea chylifera sequitur secretio Puri à fœculentis, & ope peculiarim fluidorum peragenda; scilicet à Biliario saponario, & subacido Pancreatico in Duodena intestinali sede perficienda; & utriusque eterogenitate separatur útile ab inutili, habito motu fervescentiæ ex saponario biliosso assumpto, & fœculentes intromisso, ad inferiora intestina detrusio fiat; undè fœces rufi coloris, majori, minorique figuratione, & colore, uti saponarii copia, sapor, figura, activitas, intromissio. Celeritate, & morositate præternaturali, ex graduatione utriusque, & Pancreatici stypticitate, auctoritate, ponticitate, dilutione, vappescentia, & nimia pungenti aciditate prægnantis; nec mensura, & graduatione à saponario mitigata, modulata. Utriusque excessus, & defectus figurativi, saporiferi, & motuum origines, scaturigines separativæ modulant, distingunt, variant, diversificant, & præternaturalitèr ideant separationem talem, ut morosam, tardam, celerem, celeriorem, mediocrem celebrent, & cribationis maximum necessarium opus perficiant: quo læso, nec ultimatè peracto, & dilucidato; oriuntur innumeri stomatichi morbi, & consequentes reliqui, non solùm intestinales, modo demonstrandi; at etiam reliquorum organicorum, fluidorumque molestæ, morbosæ dependentes ideationes. Ex fœdato, cœnoso, impuro chylifero; neutiquam sequentia peragenda depurata fiunt opera; tam in ordine fluido, quàm ritmo solido consequenti.

XXII. Undè saporum diversitas, figurarum discrepantia ideant motum molestum, & præternaturalem effervescentem. Fluidum Biliarium saporis salini lixiviosi, spiritu volatili oleo adjuncti, annexi, & exili aqua, & terra præditi: si lixivioso sapore abundet, prægnans fuerit, redditur acrius, effervescit celeritèr, & mobilius fit: figuræ erunt tenuissimæ pungentes; at diminuto lixivioso, crassescente oleoso; motus saponariæ extricationis debilior, & effervescentia iners, & figura minùs apta. Oleositate abundante, inflammabilis sapor, celerrimus motus, figura interminata, operatio æstuosa pungens. His declinantibus, submissis, parumper refractis, ut graduationis ritmus, ordo, & mensura fuerint: sic naturale incendium,

cendium, motus morosus, figura levis, vappida contingunt ex eis figurata. Spiritu volatiliori habito, & nimis mobile: insurgunt partium vellicationes, & his annexæ sequentes molestiæ. Parùm deficiens fixum in figura, morosum in motu, sapore segnius erit, & comatosum. Si copiosiori aqua dilutum: vappidum ineptum erit: si tamen defecerit aqua, tunc figuræ nimis crassæ, & visciditate affectæ; sapores debiliores, motus inertes. Terrea parte orbatum: figuræ non consistent; at ipsa abundantior existens, tunc bilosum fluidum aridius, & figuræ tenaces, motus inæquales, sapores depræssi, & in calculosam indolem migrans. Ideatur diversimodè ex variis saporibus, dissonis figuris, & sequentibus fermentativis motibus; & in fluido, sede, & fermento productorum multiplicata series, idearumque multiplicitas.

XXIII. Metro saporifero Pancreaticum naturale gaudet. Est indolis, & subacidi saporis gratissimi, limpidi, clarique coloris. Levissimo salino, multa aqua, nihil terrei: figuris aliquantulum unginosis, at laxis; & motum tubulosum stillativum, sivè scatentem retinet: Quibus figuris, saporibus depravatis, & motu dissono factis: individuantur morbi non pauci; scilicet ictteritiæ, uti concausa fermentationis depurativæ: morbosa ex diminuta ductione, & incisione; alvi fluxus nimia dilutione, & vappescentia: ejusdem stypticitas ex intromisso acerbo, pontico, austero sylvestri; intestinorum dolores diversi, distincti contingentes ex morosa stagnatione vitiosa, tandem erumpente nimio affluxu spinoso, & lancinante fibrillas intestinales: sic choleras turpes ex mistione saponarii salini, & pancreatici acidioris: Cholicos, Iliacos insultus, & subversiones intestinales ex convulsis, retractisque nervis intestinalibus fibrillis, figurationis rectæ, & obliquæ, undè volvulus, & fœcum per superiora extrusio, & violenta, horrida, lacrymosa vomitio: quas non paucas vidi: nec inconsonum erit historias graves afferre. Volvulo afficitur vir mulio, qui tempore vindemiarum, tanta uvarum copia satiatus, ut proprium iter sequi non posset; at laboriosè propriam agressus domum vespertinis horis: capitur atrocissimis iliacis doloribus, & immani vomitu, & tanto conatu, trucidantibus torminibus in intestinalem herniam incidit in dextero inguine; at non deficiente continuo uvarum vomitu primis diebus, & sequentibus fœcum, ut in præcipiti agone constitutus esset: nec unquam per alvum quidpiam fœculentum dejecit: sic tandem inflammatis adiacentibus partibus, & intestino cæco suppurato: in delapsa hernia intestinali, servabatur copia non pauca puris eterogenei, & fœtidi: à Chyrurgo apertus locus, & plures purulentas libras ulcus dimisit, & successivis suppurationibus: totum cæcum putrefactum in-

inteſtinum inciſum fuit. Miſellus ægrotus in tanto poſitus agone animam expirare videbatur à momento in momentum; at diverſis auxiliis, & diligenti methodo, & quia juvenis 28. annorum roboris prævalentis, & validæ ſtructuræ erat; paulatim coaleſcere circumjacentes cæperunt partes abdominis muſculoſæ; & relicta fiſtula, qua minutas fæces emittebat, & actu deponit, convaluit. Adhuc vivit quinquageſimum gerens annum, fœceſque duplici alvo deponit, & fiſtula dextri inquinis, & alvo naturali. Arillorum copia, & uvarum corticibus nimis intimè unitis, & alligatis, nec valvula extrudente; fuerunt prima volvuli veſtigia firmantia. Figuræ inteſtinalium fœcum occupatæ, moleſta, & præternaturali modulatione, moroſitatem tribuerunt, nec motu inteſtinali periſtaltico refici potuerunt; ſapores acidi pungentes, & fermentantes acetoſi convulſionem paraverunt; ex quibus inverſus motus, & volvulus habitus. Nimis famelicus nunc eſt, nec itineri promptus, aptus, ſollicitus ex moleſto, ulcerato, fiſtuloſo dextero inguine. Non paucos obſervare licitum, & obvium fuit volvulo captos: vermes copioſos vivos, & extinctos vomitu excreviſſe; fœces tanto impetu, ut obvios parietes maculaſſent; & ità tantoque fœtore, ut alias diſtantes domos petere præ nimio fœtore neceſsè fuit, & ità vomendo animam expiraſſe; viros, juvenes, ſenes non paucos, & mulieres; at omnes ferè inteſtinali, vel ſcroti hernia affectos: pluſquam 27. extinctos atrociſſimo miſerabili volvulo agnovimus; & ſemper acido ſylveſtri ſapore occaſionante.

XXXIV. Morborum inteſtinalium, individuatum fermentum ab his ſuccis petendum venit, uti annotatum Iconiſmo XII. à numero 23. uſque ad 33., occaſione individualis Ideantis fluidorum in propriis ſedibus; in quibus impræſſiones fluidis ſaporiferis fiunt. Sit ſedes Renum, quorum figuratio, & fermentum calculos, arenas, lapides delineat, producit; ac ſucceſſiva fermenti ſaporiferi depravati ideatione, lapidificam ſtructuram inducit. Sedis Renalis ſtatus, modulatio, compoſitio, figuratio, ſaporumque annexio individualium, ſunt præciſa calculorum cauſa. Mobilis ſecernendi mora coagulatio, & veluti in conſono ventriculo, & organo productio. Non generantur in veſſica calculi, ſed augentur, & incrementum ſuſcipiunt foliatum, uti cæparum ſtructura; dummodo à Renum organo primum modulatum veſtigium, & corpuſculum detruſum fuerit, ut ſæpè ſæpius non unicus, non binarius, nec ternarius calculorum numerus, ſed multiplicatus obſervatur: omnes tamen, uti ab ovario, & in ovario figurati, producti, ideati videntur; indèque in communem capacitatem elabuntur una cum lotio, & urinario ſero excernendo.

nendo. Neque acido austero succo mobile fluidum caret, & ideatione fermentativa lapidifica. Renibus affixa, licet præternaturaliter acido tartareo gaudere debeat: aptissimum, & capax suscipiendi figuram calculosam externam, univocam vacuitatibus, & gyrematibus, ac circumvolutionibus renalibus; internam consonam lapideæ impræssioni, & ideationi: quale vitiosum, depravatum mobile calculosum maximè imprimitur, augetur, producitur à vinorum Indole, occasionali non levi causa. Sunt vina Vesuviana, & mineralia omnia potissima causa potatoribus, & bibacibus intromittendi similes ideationes serosis, acidisque fluidis, uti propinquioribus recipiendi tales saporiferas, figurativas ideas, ut successiva poculorum satietate, & copia, ferè omnes calculosa capiantur molestia. Ideationes potuum, & alimentorum ducuntur nutriendis organicis.

XXXV. Oriuntur fermentationes hæ primariò ex acido molesto, & sylvestri, indeque à sedis, organique modulatione intrinseca, & figurativa, cui adhæret tantùm fermentum fero acido alligandum; & uti sedes serorum excernendorum; est quoque organicum susceptivum tantæ, talisque lapillosæ, ac calculosæ impræssionis. Univocatur Archritidi, & Podagrico morbo, dum eodem fere æquali mobile fluido, uterque inducatur, producatur morbus: saporibus iisdem acidis tartareis coagulantibus, ipsismet figuris noxiis, & spinosis; undè renibus calculi: articulis nodositates, & internodiæ tophaceæ verticationes contingunt. Renes lapillis: ossium intercapedines nodositatibus afficiuntur. Podagra ducit Nephritidem, Nephritis signat podagram. Singulorum talium ventriculorum, sivè capacitatum annexæ ideationes, & fluidorum figuris tartareis, & saporibus lapidescentibus præditorum; tales motus tophacei, & calculosæ eruptiones sunt.

XXXVI. Renes tanto lapilloso fermento, occasionali molesta ideatione saporifera acida, tartarea affecti, ac ideati sunt uterus, ovarium, sedes; capacitas calculorum generandorum. Sicuti in uterum detruduntur fluida à fœmineis testibus prò generatione ovorum, & fluida talia capacia ovulari, & in texturam ovariam duci, ac transferri à toto organico detrusa, & univocatione similitudinis initiata ideari; sic in defectiva calculorum productione; etiam à toto organico, & individuis sedibus ideantibus sylvestres sapores calculosi fiunt, & lapillosi; tunc detruduntur fluida univoca productioni calculorum, & ad sedem æqualem renum: quorum structura, figura, & modulatione, etiam saporifera, & propriis, quamvis eterogeneis, & præternaturalibus motibus produci, confici, formari, coagulari possint structuræ calculosæ, lapillosæ; undè mobili sylvestri

 apto,

apto, organo capaci fermentante, & fermento saporifero, figurativo, conjunctis, annexis, associatis, & debita habita mora in ipsis rerum capacitatibus, calculorum productio contingit, uti omnes verminationes, chylificationes, cruorizationes, biliosæ, pancreaticæ, lymphaticæ, nerveæ præternaturales fermentationes, productiones, & opera, tam universalia febrilia, quàm individualia morbosa, & successivo circuitu, ideatione, impressione, ac motuum duratione producta: morborum series indè, & individua fit, augetur, decrementumque suscipit. Elabuntur calculosa fluida globula, & in vesicam detruduntur; in qua accretionis extrinsecæ molem adipiscuntur ex eodem molesto, vitioso fluido ideatò universaliter in toto organico vivente, & particulari renúm ultimante sede. Ex totó universali (fluida ideatione suscepta, & in ultimante sede) terminata calculi structura, indoles, idea, figura, & modulatio. Fluida tali molestia acidi tartarei modulata; si feriant osseam, spermaticas periosticas, & similes partes; arthritidem, ac podagricas ducunt affectiones; si tamen renes, & renalem sedem; Nephritides, & annexos æquales morbos, ut successivè observare licet; initiari podagras, indèque terminari in Nephritidem; delatis fluidis acidis tartareis, modo in unam, modo in aliam sedem. Eadem univoca spinosa ideatio fluidi diversas feriens partes; fit similiter distinctorum morborum origo: individuæ diversæ inflammationes partium totum hoc demonstrant.

XXXVII. Bidua urinæ suppressione cruciebatur vir annorum 37. circiter, qui podagrico morbo hæreditariè molestabatur pluriès quolibet anno; & unà etiam calculosa, arenosa copia affligebatur quotidiana, ut in fundo matulæ fragmenta non pauca, tam fractorum calculorum, quàm rubrarum, lividarumque arenularum, & per intervalla detrudebantur: urinarius canalis urethra dictus ex intromissione mucosa, arenosa, & etiam calculosa repletus; ut candelarum huic operi structarum, & in urethram intromissarum propria manu, & diligenti industria; à tanto cruciatu liberabatur sæpè sæpius: tandem multis mensibus parcè fluebat lotium, stillatim, & cum maximo gravamine, ac pondere in fundo vesicæ; nec collum exprimere poterat ejusdem vesicæ, ut in totalem incideret suppressionem: variis fotibus, unctionibus, internis specificis ex sanguine hircino, pulvere millepedum arte parato, lumbricorum terrestrium; balneis oleosis, fotibus herbaceis; at omnia in cassum, ut brevi extingui necesse erat; totali habita urinæ suppressione; peritus Norsinus vocatus fuit; & intromisso argenteo calamo perforato; vix stillatim lotium dabat; at à perito Norsino observata fuit caterva calculorum,

lorum, ità firmiter adhærentium inter se; ut alligati videbantur. Deplorata penè cura (at audaces aliquando secundat opus) & suasione, & in tanto vitæ discrimine versando; ausus instrumentum intromittere in ipsam urethram, vulgò saxolina nuncupatum; quamvis cruenta, & dolorosa operatio: quo intromisso, & spatio quinque horarum nil extraxit, nisi serum, & sanguinem, nec calculos attingere, & secum alligare posset; at nec territus, novum intraponit instrumentum, & tanta diligentia, ut unum in vacuitate assumat calculum, & sensim foràs defert magnitudinis parvæ avellanæ; indè noviter tentat, & alios ejusdem, & minoris molis extrahit, ut novem calculos duobus diebus extruderet: hinc doloribus, laceratione urethræ, præssione colli vessicæ, & genitalis, in deliquium vergebat, & intromissa saxolina potiùs adipem secum ducebat, quam subjacentem calculum adiposo vessicæ interiori collo adhærentem: tandem vi, & motu ruptus, at fractus calculus in tres partes, quarum quælibet æquabat semen dactili; cujus molem triplo majorem retinebat insitus calculus; & ità fractus, pluribus vicibus extractus, qui unitus incapax erat extrahi. Dei Maximi auxilio, reliquos foràs deportat usque ad sexdecim; ut nimis patefacto ductu urethræ; urina affluenter emittebatur. Convaluit, & podagra affici non cessat, neque intermissis stillicidiis, disuriis, ischuriis; at non tam atrociter, truculenter; quamvis podagricum fermentum diversas, variasque petat partes; ut nunc articulationes, aliquando renes, nonnunquam musculos, & reumathismos, scotomias, pulmonariam sedem; dum omnibus, singulisque his successivè affligitur morbis; at illis ex acido tartareo ideatis: discrepant ordine organorum occupatorum: fundamentum præcipuum probans, ideationes fieri, non solùm à fluidis sylvestribus, & naturalibus; at etiam à sedibus organicis. Mobile, sedes, sapores, figuræ, motus sunt modulantia imprimentia fermentationem, & ideatum ritmum, discrepantiam, univocationem, eterogeneitatem, vel naturalem, vel molestam, occasionalem, succedaneam; uti testantur successivi distincti effectus producti.

XXXVIII. Obstructiones simplices, & hypochondriacæ compositæ, crispationes variæ oriuntur ex ideato mobile saporifero, figurato fluido, & sede, atque fermento individuo: naturalium viscerum morbi singuli sequuntur indolem fluitantis molesti, discrasæ sedis, ac fermenti dissoni, & præternaturalis ideam; quibus individuus fit, producitur, singularizatur morbus, molesta affectio in sapore, figura, motuque alieno, dissono, offensivo.

XXXIX. Regionis, ac Sedis Vitalis individui terminati morbi;

ſcilicet ſuppreſſa chyli ſanguificatio ex incapaci fermento vitioſo annexo chylifero fluido à ſede ſtomaticha, ſuccis adjunctis, & figuris diſſonis, atque ſaporibus; undè læſum moleſtum chylum non corrigunt fermentationes cordiales: quibus moleſtis, etiam imbecillæ, pravæ, morboſæ aguntur effervescentiæ celebratæ in dextro cordis ventriculo; nec extricationes, ſolutiones, ideationes vitales lucidæ, perfectæ introducuntur eterogeneo cruorizando univerſali chylifero fluido, & non depurato; neque ſat ideato vitalibus ideationibus: moleſtum, depravatum ducitur ſiniſtro ventriculo, & ſequentibus ductibus, canalibus arterioſis deferentibus; at non his tantùm moleſtiis, ac læſionibus afficiuntur cordis fluida, ſed principaliter propriis elaſticis, pulmonalibus aeris inſpirationibus, & reſpirationibus, iiſque occaſionalibus, vel inſitis moleſtiis, hæreditariis, aut diuturno tempore contractis. Reprimitur Micationis luciditas, ſpirituoſitas lum.noſa Micatio dicta.

XL. Univerſaliſſimum Viſcus Vitale, una ſimul dicens omnia adjuncta organica ſpiritalia; ſcilicet aſperam arteriam, pulmones, eorumque figurationes, cavitates, motum expanſivum, ac depreſſivum, pleuram, mediaſtinum, arteriam, venam arterioſam, cor, ejuſque ventriculos, muſculoſam ſtructuram, pericardium, arteriam magnam Aortam, tharacis muſculos intercoſtales, & ſingula inſpirationi, reſpirationique obvia, neceſſaria, adjuncta: indiget, ducitur, utitur etiam univerſaliſſimo fluido elaſtico dicto: quo non ſolùm inſpirationis, reſpirationisque univerſale, commune opus agitur, uti primariò neceſſarium, ſinè quo nec motus, nec vita obtineri, & conſervari poſſunt; at etiam fluida ſingula minimè duci, ideari, moveri, ac mobilis fluidi nutritivi, & cujuſcumque ordinis annexa fuerint, agi, perfici poſſibile eſt. Elaſtico depurato, conſono, apto, naturali; vita ſalubris, motuſque univocus eſtant: ipſo læſo moleſto; gravis inſpiratio, reſpiratio, pulmonum expanſio, arteriarum motus, pulſuum ritmus, diaſtolizatio, ſyſtoles, periſyſtoles; unde leipothymiæ, ſyncopen, palpitatio, oppræſſio, præcordiorum difficiles anhelitus, inflammationes, moroſitates, coagulationes, grumeſcentiæ, nutritiones læſæ, atrophiæ; tabes, obeſitates, cachexiæ, anaſarcæ, leucophlegmatiæ, & motus omnes ſingulorum fluidorum offenduntur; dum elaſtico primariò, præcipueque indigeant: nec bilis ex hepate in folliculum, lymphæ in ſuis conglobatis glandulis præparatio agitur conſona, & per vaſa lymphatica pervadens ductum thoracium, venam jugularem, axillaremque ſiniſtram, undè præcipua occaſio hydropis thoracis: neque ſalivalis fluidi decens motus, & præparatio in ſuis conglomeratis glandulis maxillaribus ſuperioribus, atque inferioribus, & in os, æſophagumque motus; ſic pan-

creatici diffona figuratio, faporizatio, motus, ideatio in conglomerata fua inteftinali confpicua glandula, & fignatis ductibus: fpirituum omnium deturpatio, ac difcrepantia diffona; nerveique lucidiffimi, præftantifque fluidi obtufio, opacitas, cænofitas, molefta figuratio, præternaturalis faporizatio, & crifpativa, convulfaque motio. Sanguis non confonè producitur, ideatur, lympha non depuratur, Bilis non effervefcit, falivale non ducitur, pancreaticum non ritmè reftauratur, & fluit, faporèfcit, renes non fecernunt, uretheres non ducunt; Emunctoria non cribant, neque filtrant; fudores non contingunt, fæces non fegregantur (& uno verbo) motus finguli fingulorum fluidorum, & fermentationum molefti fiunt, præternaturales contingunt; & tandem contentæ fluidæ, continentes folidæ partes læduntur: fiunt febriles fermentationes omnes, intermittentes, continuæ, periodicæ, noxiæ, acutæ, exitiofæ, venenatæ. Elaftico ergo variè, diftinctè, diverfoque ordine infpirato, vel lucido, puro, rofcido, balfamico, cænofo, offenfivo, molefto, pravo, præternaturali: fic perfectivæ ideationes, vel defectivæ impræffiones inducuntur fubjectis fluidis, folidis nutriendis, nutrientibus, afficiendis, confundendis: In illis elafticis naturalibus continentur ideationes vitales nutritivæ, individuæ falutares: in his morbofæ terminatæ offenfivæ. Quià tanto, talique univerfali polychrefto elaftico omnia pafcuntur, moventur, ducuntur fluida, & confervantur, nutriuntur, augentur folida; ideoque primariam, præcipuam, principalemque ideationem (quamvis morbofam) fufcipit quilibet morbus individuus à vitali fcaturigine ductus; nam motu omnia aguntur, tam naturalia, quàm præternaturalia opera, & mobile elaftico neceffario ducuntur, ideantur primaria impræffione, licet individua, fignentur, terminentur. Univerfale virus à fpirali elaftico ducitur.

XLI. Mobilis Elaftici impreffione præcipua, neceffaria, perenni ideantur morbi Thoracici: fecundaria fequenti arteriofo fluido ideato in fermento, ac faporibus, figurifque cruorizantibus: quorum modulationem recipiunt fluida cordialia ab infito, occafionali, & fuccedaneo movente imprimente, vel naturali falubri, vel molefto præternaturali motu: cui mobili fluido arteriofo elaftico, etiam tribuitur ideationis modulatio ab ipfa vitali fede, ut febrilem, fyncopalem leipothimicam, fuppræffam, aut fulphuream, falinam, muriaticam, alioque modo fignatam, deductam: his adjungitur tertium annexum, fcilicet fermentum: quibus omnibus individuantur ideæ vitales, tam perfectivis fequentibus, fubjacentibus partibus folidis, quàm fluidis ipfis immediatis vibratis, fermentatis, detru-

fis,

sis, delatis; & his ideantur morbi singuli cordiales, & à cordis sede dependentes omnes, & consequentes ordine cognationis, annexionis, circulationis, mistionis universalis: quarum impræssionum, idearumque structura ducitur universo corpori, singulisque partibus, causa universalis gyrematis, & delationis arteriosi polychresti fluidi; ideoque cordis affectus, defectus, læsiones, molestiæ individuatæ à mobile universali, sede principaliori, & fermento communi; saporibus, figuris, motibusque propriis, & elasticis universalibus: tribuuntur (licet propria ideatione induentur) universo organico viventi Animato humano.

XLII. Cujuscumque Animalis motus læsio fuerit, corporis, externorum, internorumque sensuum molesta affectio, semper notanda, admittenda primariò, & principaliter sensorio universali communi: Hoc molesto, depravato, offenso in suo fluido, sede, fermento, sapore, figura, motu; contingunt illæ individuæ affectionum modulationes, quæ majorem univocationis ritmum servant in organo afficiendo, & officiendo: hoc non dissonum à reliquis universalibus fermentationibus, v. g. chylosæ communi pabulo totius organici, & universæ massæ fluiferæ nutritivæ. Si ducatur vitium sulphureo oleoso, inflammabili molesto (potiùs, & de facto ità contingit, & evenire debet) afficitur biliosum fluidum, quam aliud, lædaturque organica sedes illi consona, & naturalis. Sic etiam depravato chyloso in acido, austero, pontico, acerbo; afficitur pancreaticum; non nerveum, molesto arterioso, ac sylvestri habito, & ideato; nutriendæ musculosæ partes magis offenduntur, quamvis annexæ, succedaneæ, & consequentes compatiantur ordine annexionis, & nutritionis universalis, & causa cognationis, conjunctionis, consensus, conspirationis univocæ, & totius organici viventis: cujus motus, fermentationes, sapores; figuræ, modulationes, eterogeneitates, mobile, fermenta varia, distincta, diversa in unum conspirant; assentiuntur, diriguntur, ideantur: quod vitæ fundamentum est, & micationis præcipua causa.

XLIII. Uno sapore prævalente, aliqua figura dissona fluidi animalis, ac magis secernenda, ac applicanda uni sensui, & non alteri; v. g. oculo, & non olfactui, vel auri; ac intromissa ductibus deferentibus tali organicæ sedi, causa propagationis, compositionis, & structuræ; talem, & non aliam molestat, offendit, depravat; uti in nutritione perfectiva restauratur, reficitur potiùs hæc, quam alia pars, licet in abdomine, vel thorace, causa univocationis saporiferæ, & figurativæ: sic in eadem sede Animali, uno individuo fluido majoris univocationis cum hac, & non altera organica, læso, mo-

molesto, depravato; tunc volens occurrere suæ nutriendæ parti, cui adhærebat in statu salubritatis, defertur, ducitur spinosum, offensivum, taleque organicam animalem afficit, non aliam, v.g. aurem, non nares, olfactum, non oculos, hunc non alterum sensum; at molestus sapor, discrepans figura, mobile vitiosum servatur in fluido universali occurrente, & statuto nutritionibus animalibus, ideis, impræssionibus, modulationibus ejusdem organici principalis. In chylo, vel sanguine intromissum vitiosum, lædens fluidum, illud læditur magis, primatiò, & præcisè organicum, quod illo fluido nutriebatur, ideabatur, restaurabatur; licet causa consequentis annexionis, & consensùs, aliæ organicæ successivè depravari, offendi, lædi, vitiari possint. Ventriculus, Cor, Cerebrum, Fermentum Esurinum, Vitale, Animale, sedes Naturalis, Vitalis, Animalis, Idea chylifera, Impræssio cruorifera, scaturigo Primi sensorii, univocè agunt.

XLIV. Ideatur, afficitur sensorium commune dolore, ejusque diversis modulationibus, ac puncturis offenditur, causa sedis occupatæ membranaceæ, semispermaticæ, musculosæ, aliævè: quia fluidum occurrens tali parti restaurandæ vitiosum, spinosum, molestum est in sapore, & figura dissonis (dummodo ex alia externa causa occasionali, vitium introductum non fuerit, uti compræssione, contusione, laceratione, ulneratione, luxatione, dislocatione, &c.) quibus in casibus, læsio agitur primaria à vitiata, depravata, molesta parte in suum nutriens fluidum, & ab hoc successiva suscipitur prava ideatio. Hæc læsionis morbificæ ideatio, externaque violenta offensiva depravatio omnibus, singulisque morbis communis est, tam Abdominis, quàm Thoracis, capitis, sedibus, ductibus, vacuitatibus, organicisque structuris musculosis, tendinosis, osseis, membranosis, cutaneis, singulisque cujuscumque ordinis, specificationis, & individuationis fuerint. Sic in gravi Auditu, individuantur morbi auditum officientes, vel tinnitum, sibilum, crepitationem, inflammationem, morosam excretionem, vel celerem; suppurationem, ulcera, & similia deferendo, inducendo; nisi extera, occasionalis contingerit causa, certò certiùs primaria, præcipua agnoscitur prava ideatio in fluido decurrente, & parte succedaneè molestanda, & afficienda: discrimine non neglecto, ut aliquando prima morbifica vestigia ideentur à figura, aliquando à sapore, nonnunquam ab utroque, & successivo, ipsis continuo annexo motu. Olfactus morbosæ ideationes à partium structura nervea, fluidoque: eodem ab universali sensorio deferente, illudque fluidum ideante, & ad mammillares propagines delatum, deductum,

quam-

quamvis in læsionibus olfactus elastica mobil'a maximè causarum efficaciam deducant: interna, externaque occasionalia elasticitatem sap'entia; illa in fluidis vibrantibus, nerveis, & hæc occasione externi aeris moleste intromissi, utramque pravam olfactivam depravationem deportant, agunt, intromittunt; at nunquam commune sensorium immune, vacuum, aut non principaliter agens conspicitur: his ideationes fiunt, modulantur in saporibus, & figuris fluidorum, fermentorum, & sedum, & ab ipso demandantur, vibrantur, deferuntur; & tale pertingunt, signant organum, quale individuatum signandum à fluido præcipuo nutriente, restaurante, reficiente, at occasione morbosa tunc molestum, officiens, lædens, turbans, offendens. Sint Chylifera, vitalia organa, fermenta, & motus, præcedentium ostensiva argumenta.

XLV. Urgent Gustus, Tactusque morbi saporiferi, distinctione tangentium, extricantium, & modulantium figurarum; in quorum varia impræssione, non prætereundum est, utriusque sensus modulandum opus. Quod mirum in gustatione est, in tanto organo, ejusque fluidis fieri tantas sensationes jucundas, neutras, vel molestas; quanta fuerint discriminata gustabilia, ut unumquodque levi, mediocri, gravi sensatione afficiat organicum Gustus; & uti sunt agentia extricantia, talia passibilia impræssa, & quadam saporifera figurata fermentatione extricent sensum Gustus: suavitèr, naturaliter, insuaviter, molestè, tantisque modulationibus, & ideationibus diversis, non minùs ac in Auditus formatione, & pulsatione elastica offenditur, pacatur, delectatur, quiescit, quassatur tale organicum. Acre ideato, & impellente Auditorium organum; sic diversè afficitur, patitur, movetur ipsum, & distinguitur, ut variis impræssionibus ducatur. Sapores, figuræ, diversimodè modulantur suis insitis, vel occasionalibus structuris; ut iisdem afferant jucundas, suaves, injucundas, insuaves, molestas fermentationes organico gustanti, partibusque adjunctis, cognatis, annexis, consentientibus, & universalem gustus sedem struentibus, componentibus, ideantibus. Dulce, amarum, salsum, acidum, ponticum, austerum, amabile, urticosum, piperatum, aromaticum, emeticum, suave, insuave, molestum, pravum, & innumera alia sunt fermentationum, licet non apparentium fundamenta extricantia; uti sonora elastica occasionaliter, & diversimodè modulata à vocalibus organicis naturalibus, vel artificialibus musicalibus, arte distinctis, ac organicis variis instrumentis; sunt fundamenta impulsiva, extricantia passibile Auditus organum, & etiam figuris, motibusque. In Gustu tangibilia fluida, vel fluidorum indolem haben-

tia,

tia, sapore principaliter movent, extricant, modulant. In Auditus comparatione, & impulsiva impræssione, saporiferum est sonorum, figurativum: est elastica intromissa ideatio, aerisque extricans, movens, ducens spiralem vibrationem. In his omnibus universale sensorium afficitur, gaudet, tristatur ordine agentis moventis; at sensorio non advertente, vel gravitèr distracto, aliisque si fuerit alienatum occasionalibus ideis naturalibus, neutris, vel molestis; nec Auditus, neque Olfactus afficitur impræssionibus, nec dolorem percipit, si alio tendat. Mens ægrotat, seù sensorium commune, si aliqua corporis pars laboret dolorificè, & doloris puncturas non sensiat: sic pariter jucunda, delectabilia, placida non agere videntur, primo sensorio accupato; uti principali ductore fluidi sapor. feri, sonori, figurati (ritmo suo saporiferum intelligendum in Auditus formatione) si delectamur, aut molestamur in sensuum extricatione, ordine modulationis saporiferæ fit, agitur; neque saporifera distinguntur, suisque diversis, variisque impræssionibus agere observantur; nisi sensorio plènè advertente, ac saporiferæ ideæ scrutator fit, & primum in his agens naturaliter.

XLVI. Sic læduntur, vitiantur, depravantur, individuo prævalente sapore molesto, & figura consimili, & morbi individuales auditorii, olfactorii, gustantes (habita graduatione sedis occupatæ distinctæ, & fermenti offendentis modulatione), & in his univocatio reperitur, ordine imprimentium diversorum, & distinctæ individuationis habitæ, & productæ, tam susceptione passibilis fluidi, & ejus sedis, quàm fermanti insiti, vel occasionalis molestantis, ducentis; vel neutralitate operantis, extricantis, moventis agentis saporiferas figuratas ideationes.

XLVII. Communis Tangibilium sedes, & Tactus organum modulantium, non excluditur, nec nimia intercapedine ducitur à saporifera gustante, sonora Auditoria, & Odora elastica olfactoria ideante impræssione. Tactus universaliter gustat, audit, reficitur ordine suo: pungentibus, spinosis, asperitate præditis, læditur, officitur Tactus; uti amaro, insuavi offenditur Gustus; & dissono turbulento sono, molestis, mæstisque crepitationibus Auditus; at principaliter Sensorium Commune. Jucundum, suave, delectabile, asperum, stimulans, urticosum, saporiferum, dulce, odorum, insuave, dissonum, pulchrum, turpe, speciosum, monstruosum; & omnia distinctos, varios sensus extricantia, moventia agunt, imprimunt, ideant sensorium commune: nec somno capti, morbis retenti, & animali repræsentatione depravati, talibus distinctis armoniis, melodia, cantu, fletu pulchris, turpibus, aspe-

ris, jucundis ſat aſſiciuntur. Paſcitur mediantibus externis ſenſationibus phantaſia, univerſaleque ſenſorium; quo principaliter, graviterque læſo, omnes externi torpeſcunt ſenſus. Individuantur, depravantur hi, & alii: hæc individua operatio, taliſque ſenſus, cauſa fluidi, ratione ſedis occupatæ, & individuæ, ac fermenti delati tali ſapore alieno, tanta habita figura diſſona, talemque organicam occupando. Tactus univerſalior ſenſus, & capacior ſingulis aliis, cauſa ſaporum multorum occupantium, & delatorum ad Tactus organum, cui deferuntur viſorii, olfactorii, guſtantes, auditorii. Superioribus paginis expreſſum eſt, & apud graves Authores legimus, quod quotidiè experimur; ſcilicet cæcos noſcere nummorum impræſſionem, colorum diſtinctionem, & reliquas delectabiles, vel moleſtas reliquorum ſenſuum impræſſiones vegetiùs ſentire; iiſque ſolo tactu aſſiciuntur; exquiſitiſſimaque ſenſatione tangibili capiuntur. Idem univerſalis color penicillo ducitur ad ſtruendam faciem, pedem, manum, carneam pectoris texturam. Abecedarium nimis clarè demonſtrat, explanatque quæſita.

XLVIII. Undique patet ſenſorium commune primariò turbari in animalibus ideationibus internis, externiſque impræſſionibus, uti in naturalibus principali ſcaturigine ſtomachus diverſimodè offenditur fermentis. Quæ vitalitati addicta ſunt, & ideationis indolem retrahunt, etiam neceſſaria conſequenti ſucceſſiva dependentia ab illa ſede, illiſque fluidis, & fermentis ideationum individuationes ſuſcipiunt. Sedes univerſalis, fluidum ſimile, fermentum æquale ſunt individuarum ideationum naturalium ſalubrium, & præternaturalium moleſtarum occaſionalium, principalia ideantia, individuantia, modulantia agentia. Præſule ſemper rationali anima.

XLIX. Memoria, Reminiſcentia, Somnus, Vigilia, Imaginatio, Ingenium, Ratiocinatio, Judicium, Epileptici inſultus, Apoplecticæ invaſiones, Paralyſes, Spaſmi, Convulſiones, Catalepſis, Sopores, Sonnolentiæ, Comata, Cataphoræ, Lethargi, Carus, Inſomnia, Incubus, Somnabuli, & omnes Animales motus læſi, depravati, moleſti, agnoſcunt principaliter univerſaliſſimum Viſcus, Organum, Scaturiginem, Sedem, ejuſque fluida, & æqualia ritmo univoco fermenta, quæ in ſtatu naturali gaudent veris, conſonis ſaporibus, univocis figuris, & paribus motibus annexis, conjunctis, aſſociatis proprio univoco naturali mobili fluido; & cujus graduatæ alienationes, & moleſtæ impræſſiones, individuant morbos in terminata, individua ſede, & modulato fermento: ſicuti in ritmo, & ſtatu naturali tale mobile ſtructum; tale organum craſizatum, taleque fermentum extricatum opera diſtincta, di-

diverſaque ducibilia, individuabant in propra ſede organica, & ad intrà, extràque ducendo operationes ſingulas ſingularium organicorum, mobilium, & fermentorum ritmo naturali modulatorum (qualem ſalubritatis ſtatum agnoſcimus, dicimus, eoque gaudemus) ſic in morboſo ſtatu oppoſitionis contingunt.

L. Quibus Memoria læditur, reminiſcentia aboletur? Nonne conſervabant fluidi individui nutrientis, reſtaurantis, modulantis organicæ partis ritmum? Alienatur mobile in ſpirituaſcentia, luciditate, roſciditate, ſapore, & figura annectenda; indè ſedes vappeſcit, fermentum non ferveſcit, nutritio non agitur, opus memoriæ non conficitur, ideatio non conſequitur, memoria depravatur, effectus aboletur. Individuum fluidum, terminatum mobile, & ſignatis ſaporibus, & figuris, motuque proprio officiuntur. Non læditur cognitio, non deficit intellectio, imaginatio, memoria læſa; niſi annexione, cognatione, & aliquali aſſenſu ſimultaneæ animalis conſpirationis, uti læduntur capilli ex ſicco, æſtuoſo capite, & calvitio; at æſtuoſitas calvitii non cauſa; ſed principalis moleſtia organici principalis, cui annexi ſunt capilli. Deficit luſtrationis micativæ, ſivè luminoſæ clara imago, uti medium neceſſarium.

LI. Urget Somnus, individuatur in organo animali: figura fluidi nutritivi craſſiori facta, & moroſitatem inducente; cui correſpondet cænoſus, vappidus ſapor, & torpidus ſpiritalis fluidi nervei motus; tanta profunditate, & longiori temporis mora; quanta erit figuræ moleſta graduata ſignata modulatio, mobilis quantitas, vaſorum, ſivè ſedis occupatio, motùſque torpor, imbecilla ſyſtoles. Vigiles ſumus, acutis figuris, & mobiliori, ſubtiliori reddito fluido, & acuto ſapore nimis elaſtico, ſulphureo, inflammabili, ac nimia, non naturali velocitate inſequens motus præditus (loquendo de vigilia lædente, & non aſſueta). Hæc ſua ſignat longiora, breviora veſtigia, habita graduationis modulatione, ac diverſitate intromiſſa fluidi ſaporiferi.

LII. Eruitur Imaginationis læſio, multiplici ordine, & cauſa. Debet primariò turbari Abecedarium impræſſionum naturalium, & occaſionalium; ex qua miſcela, diverſa, variaque modulatione, inſurgit, producitur cumulus, acervus dictionum, ſeù repræſentationum animalium in ſede imaginativa, & ſenſorio univerſali primariò offenſo, depravato. Diverſitas, varietas, multiplicitas imaginationis moleſtæ, ex pluribus deſumenda venit; ex mobile, ſede, & fermento naturali, tunc depravato, & occaſionali, tempore, intromiſſa ideante cauſa: quibus ſingulis officì poteſt, & unitim ſæpè ſæpiùs occurrentibus ipſis.

Ccc 2 Mo-

LIII. Mobilis vitio, tam arteriosi, quàm nervei: quibus universale animalis sedis nutrimentum conficitur, iisque restauratur, agit, ideatur, & ideat. Sunt in utroque mobile sapores observandi, & horum figuræ propriæ, & alienæ, motusque succedanei. Observare quotidiè licitum sit in fluido molesto mobile nutriente sapores sulphureos, v.g. producere imaginationem læsam ideatam iracundis, ferocibusque impressionibus, talibusque Imaginatio afficitur actibus, ideis: aliquando acidis vitriolaceis, opacis, & similibus; tunc mæsta imaginantur, pavida, morosa, tetra spectacula, funebria, lugubria, timores præconcipiuntur; nulla habita causa manifesta; nisi illa intrinseca vitriolacea, obscura, opaca saporis, ideatione, ac figurarum restrictione nodosa: nonnunquam lascivientibus imaginationibus deturpantur, officiuntur, alienantur imaginationes ex copioso fermento seminali abundante ex propriis intrinsecis fluidis deferentibus, vel occasionalibus propinquis appositis causis ideantibus, imprimentibus. Sæpè jocosis illusionibus ducuntur imaginationes ex sanguinis, & reliquorum annexorum fluidorum apparatu, modulatione, copia, ritmo neutro; ac figurarum aliqualiter extricatarum, nimiaque fluiditate prægnantium, existentium. Loquimur ordine nutritionis naturalis; nam volitionis ritmus semper à rationali primaria ductrice imaginationum.

LIV. Offenso Mobile fluido ex occasionali propinqua ideatione extrinseca ideante, & molestè efficiente sapores, figurasque animalis sedis; annexiva cognatione sequuntur organicæ partis (imaginationum sedes, & speculum repræsentationum suscipiendarum) læsiones, depravationes, tali modulatione, & graduatione agentes, quali ideationis ordine fuerunt deductæ, appositæ, & sedi delatæ. Non repræsentantur speculo aliena, sed ea proximè apposita, talemque imaginem restituit, qualem ab objecto recipit; & illis distinctionibus, diversitatibus, ac varietatibus, quæ in reposito, & præsenti inspecto corpore reperiuntur; ut modo stans, aliquando ridens, gesticulando, mussitando, quiescendo; tantisque modis, ac motibus se gesserit, ut immediatus reflexus habeatur in speculo, qualis in corpore agendi motus. Volentibus minimè, at nolentibus, ex morbosa imprimente idea, diversa imaginamur. Insomnia nocturna (nobis profundè dormientibus, quamvis in statu naturali) sint clara, efficacia demonstrativa documenta. Quæ recenter impressa, recepta, suscepta fuerunt, de facili imaginamur, insomniamus; & hoc causa ideationis factæ fluidis occasionaliter; quanta validiori, & intimiori causa extricante, & efficaciori hoc idem contingere valet, dùm impressio non levi occasione, at intrinseca ideatione,

tione, & impræssione in ipsis fluidis, & ipsorum principali sede actum, intromissum, impræssum fuerit? Illis modulationibus, distinctionibus, & discrimina, quibus ideatio intromissa, delata erit sedi capaci. Magistra Rectrice Rationali Anima semper suprema.

LV. Beneficio fluidi, sedes quoque ideantur; nam prima impræssio fluidis fit, sed à fluidis tribuitur proprio organo. Vitia lymphatici succi tribuuntur glandulis, sivè cavitatibus lymphaticis, à quibus egrediuntur, & in quas ingressum habent. Deturpatur sanguis, læditur cordiale organum, sic animale, naturale, & quodcumque organicum scaturigo, fons, sedes, capacitas fermentationis alicujus, & nutritionis univocæ proprii nutrientis mobilis ideati, & ideantis fluidi occasionali ideatione externa, vel interna: ideantis, ratione partis occupandæ, & restaurandæ; vel cui adhærere opus est. Mobili, & Sedes eisdem impræssionibus; & impræssionibus illis affecta; necessariò consequens sit fermentum univocum, tam in modulationibus naturalibus perfectivis, nutritionis, quàm in molestis, præternaturalibus defectivis, lædentibus. Omnibus, vel unoquoque horum principalitèr affecto, vel molestis: habentur morbosæ, neutræ impræssiones, & individuæ ideationes, ordine, & modulatione signatæ, ut mobilis, sedis, & fermenti ideatio venit.

LVI. Indè ratiocinatio consequitur imaginem morbosam, neutram, uti naturali ritmo fit. Ea ratiocinantur, quæ imaginationi præcesserunt, illaque signant vestigia. Ratiocinatio est compositio dictionum dependens ex Abacedario Imaginum; & nil in intellectu, quin priùs fuerit in sensu; nisi percipere, indagare possemus; minimè apti intellectioni essemus. Imaginatio universalis qualiscumque naturalis, neutra, morbosa, est cogitativa imago, pictura, statua, supra quam cadit ratiocinatio simetriæ, pulchritudinis, monstruositatis, vel individuæ repræsentationis; undè qualiscumque contingerit imago, repræsentativa cogitativa modulatio, talis consequitur in eam, & de ea ratiocinatio. Delirio capiuntur ægri, & ratiocinantur similia ideationi repræsentata, & imagini impræssa: sedi, & organo imaginante ducta. Hæc à fluido, vel fluidis sapore, & figura ideatis naturalibus, præternaturalibus; organico subministrante, & fermento extricante, movente, fermentante: quibus univocatione correspondet ratiocinatio consona, si à consonis: dissona, dum à molestis ducitur.

LVII. Largo modo dicitur Ratiocinatio, dum morbosa, molesta est; non enim ratione ducitur, neque recto judicio consequi potest, dum extra limites, sivè extrà liram discurrimus: non ratione du-

ducimur, sed vitiosa, fraude, & fallacia afficimur. Dicitur ergo Ratiocinatio morbosa etiam, non causa rectrice, & ductrice rationabili; nam quæ ratione aguntur, non morbosa, & molesta nuncupantur, sed recta, & naturalia: est dicenda Ratiocinatio, ratione sedis, in qua agitur, & quæ Ratiocinii organica est: sicuti pravam, depravatam chylificationem nominamus ventriculi ope, & fermento factam; ita cruorizationem cordialium organorum: motus animales convulsivos, & similia acta modulata; quamvis molesta morbosa sint. Desumunt nomen à sede, in qua, & à qua.

LVIII. Ità Judicium depravari, lædi, offici, uti consequens effectus imaginariæ, & repræsentativæ intellectionis. Multa non recta judicantur; morbosa occasionata ideatione aliter repræsentante: nec tanto defectu caremus, etiam benevalentes: non cognitis, & recto scrutinio ductis intelligendis, repræsentandis.

LIX. Sic suavia, molesta judicamus: jucunda esse pravitate affecta determinamus: juvantia fugimus: nocentia amplectimur ex ideatione prava fluidi mobilis, sede offensa, & fermento noxio in sapore, figura, & motu consequenti: hoc contingit, dum molestis, pravisque ideis non resistimus, & quadam voluntaria vi expellere possumus; ideasque regere bonas, honestas, utiles, rectoque consilio, & rationi subicere: uno verbo: sensuum ideas rationi submittere; si delirio non afficiamur.

LX. Sedi fermentum intromissum, non intelligimus aliquid aliud distinctum à mobile fluido, nam fluidis saporiferis naturaliter figuratis conceditur motus fermentativus naturalis; at agnoscimus illud omne alienum introductum saporiferum occasionale externum primò, & intrinsecum secundariò; attamen præcisè fermentans, molestans, officiens, & secum adducens sapores sylvestres, insociabiles, figuras non consonas, neque retentione capaces, undè motus morbosi, defectivi, depravantes, alienantes ritmum naturalem, & vitale robur, & actiones extinguentes. Est fermentum mobile saporiferum, figuratum, sed præternaturalibus succedaneis occasionalibus offensivis saporibus, figuris, & consequenti motu affectum.

LXI. Etenim Ingenium turbatur, phantasmate afficitur ex imaginatione, e ratiocinatione molestè modulatis. Sedes, mobile (subministrato noxio, Cui oppositum fermentum annectitur) sunt proxima, inseparabilis, tunc temporis causa depravationis. Tepescimus, fatuimus, vappidi, morosi, inermes, flaccidi, volubiles, incapaces, cænosi, obtusi, opaci, atque ratiocinio, & imaginatione putativa, cogitativa molesti, illisque varietatibus, distinctionibus,

nibus, diversitatibus habitis; quæ ideationum discrimen suscipiunt ex prava imaginatione, dissona sede, mobili, fermento saporifero, figurativo, moyente noxiis, turbulentis, vitiosis in motu extricationis fluidorum pravè modulatorum.

LXII. Deducitur epilepsia truculentus morbus, cujus individuatio universali serie symptomatum animalium singularizatur, & in specificatione animalium morborum signatur. Morbus, in quo non solùm externi sensus occupantur, videlicet sensus visivus, auditus, olfactus, gustus, & universalis tangibilis; at gustatus organum spumescit, alvus ducitur, semen involuntariè expellitur, sudores erumpunt, oris tortura, oculorum strabismus; & internorum ferè nullum inculpatum remanet; uti memoriæ vaccillitas, depravatio, diminutio, abolitio aliquando, imaginatio molestissima, ratiocinatio, balbutie affecta, judicium nullum, intellectio fatua, vappida, opaca, spasmodicæ apparitiones, convulsiones universales, motusque animales omnes depravati, læsi, offensi, tam intrà, quàm extrà operantes (uno verbo) universalis machina Animalis turbata revolutionem patitur, & agnatione, annexione, conspiratione secum ducit morbosas subjectas organicas naturales seminales, urethicas, alvinas, stomatichas eructationes, orisque salivales spumescentias, glandularum sudoriferas eruptiones, sensuumque omnium universales, individuas pravescentias, deficientias, abolitiones: internis primariò offensis, & Thoracica respiratione ingravescente. Mobile universaliter nerveum, sedes principalis, ex qua, & in qua ideatur tantum fluidum: organa, ducentia, canales, ductusque deferentes sunt gravitèr molesta in sapore pungenti dissono; in figura urticosa aculeata, ac in tota nervea structura inæqualiter motum patiuntur antagonisticum præternaturalem; unde machina vivens singulas organicas partes, & operationes (depravata & ipsa) convellit, & illas.

LXIII. Instantaneè interna, externaque graviter afficiuntur; at paroxysmo transacto, singula quiescere videntur. Igitur, quomodo omnia, omnesque interni, externique sensus; instanti punctura læduntur, & gravitèr molestantur; nam si momentaneo insultu, quare omnes? & si gravitèr cur repentina invasione? & si gravitèr, & instantaneè, undè brevi paroxysmo omnia evanescere videntur?

LXIV. Singuli individuantur morbi intromissa ideatione sylvestri in mobile fluidum aptum imprimi, ideari, lædi, depravari. Sede primò vitioso lædente oppressa, indè opprimente inferas, subjectas, annexas, consequentes partes; & denique fermento saporifero,

porifero,

porifero, figurato operante. Venena celerissima, activiora, feraciora offendentia, omnimoda præternaturali figura, totali oppositione saporum, & universali motu operantia, etiam eligunt primariam sedem, individuale fluidum, & distinctum fermentum; licet consequenti ordine, causa annexionis, & conspirationis, reliquas cognatione alligatas partes deturpent, offendant, alienent; at notas læsionis, pravescentiæ, & venenatæ molestiæ vestigia, antecedenter signant, & prævisione annotant. Epilepsia tantis, talibusque signis carere videtur, & venenosa non extat, insultu brevi offendit, & veluti immunes (ocularitèr tamen) dimittere creditur, cogitur.

LXV. Fermenti lædentis vis, & efficacia individuari, ideari debet duplici modulatione; scilicet subtilissima figuratione, & acutissimo sapore, ut mobile epilepticum exprimat, & patret sua consequentia symptomata, & sedem offendat animalem, & adjuncta instantaneè graviter producat, & celerissima morula dissipentur, resolvantur. Venenata acutissimè aguntur, at adhæsione dotantur, & mobili fluido vitali, aliisque, & sedi, organisque principalioribus; neque subtilissima figura afficiuntur, sed oppositivo totali sapore, & insociabili figura signantur; & horum graduatione, & organorum occupatione, illisque adhærendo, majori, minori, maximo nexu: sic tali efficacia extingunt, vitaleque lumen expellunt. Læditur in epileptico morbo organum universale Animale nervorum initium, scaturigo, principium; ideoque sequentia symptomata, & unicum commune sensorium, à quo, & externi, internique singuli sensus; illoque offenso, molesto, depravato, insurgunt imaginationis, ratiocinii, judicii, memoriæ, intellectionis, & internorum sensuum, operumque graves depravationes; nam nerveum fluidum roscidissimum est, & levissima prava ideatione offenditur, uti omnes succi spirali elastico copioso prædIti, omniaque fluida impetum agentia, ut subtilissimo flatu lædantur gravitèr, & instantaneè; undè celerissimæ alienationes, discrases. Fermentum ergo tenuissimum in figuratione, activissimum in sapores, & sedes tenerrimæ modulationis, & structuræ, uti modullaris cerebri, & animalium motuum, operationum principium, scaturigo. His celerissimè, non prævisa epilepsia, & brevissima fermenti tenuissimi, activissimi dissolutio, internorum, externorumque motuum, sensuum occupata læsio, omniumque regionum, & naturalis, & vitalis, & principalis animalis, & communis sensorii, annexorumque consequentium immediata, instantanea molestia, & molestorum dissolutio. Mæstis, & hypochondriacis familiare contingens.

LXVI. Est Mobile fermentum saporis acidi, figuræ subtilis, un-

undè volatile acidum pungens, vellicans, ideans, ac inæquali motu convellens, crispans epilepticum dicendum. Subtilissimum instantaneè ducitur, repentè convellit, molestat, offendit, quia activissimum acidum diametraliter oppositum nerveo succo, structuris animalibus, & primo sensorio: sic aciditate contrahit, lædit, afficit, & tenuissima volatili figura, motuque celerissimo ducitur, & tali modulatione citissimè agit, breviter dissipatur, resolvitur, trasspirat, eicitur; ideoque lixiviosis salibus, ac fixantibus corrigitur tantum volatile figuratum, saporiferum acidum noxium epilepticum fermentum; Testaceis, osseis humanis, & capitales nanciscendo, texturas, structuras, compositiones, illisque omnibus valentibus, efficacibus nutriendi, restaurandi in statu naturali salubri fluida animalia, nervea, & sedem capitis, ac eorum figuras, sapores, & nutriens mobile reficere: assumendo, coacervando, fixando volatile figuratum, & acidum saporiferum, quod unicè adimpletur lixiviosis, & fixantibus testaceis animalibus, ac nervinis selectis naturali modulatione, & structione gaudentibus, & illis omnibus reficientibus nervinum mobile naturaliter.

LXVII. Referre non dissonum est, gravem Epilepsiæ historiam, & inter multos observatas non ultimam huc deducere. Nascitur infans ex matre mæstæ ideationis (pater hilaris erat) infantili ætate, insultibus epilepticis afficitur: tales motus tribuuntur dentium eruptionibus, verminosis productionibus, lacteis acescentiis, & caseosis coagulationibus: at alienum ab his erat trucidans fermentum. Rara, & longa temporis intercapedine, sæpè annua præhenditur, usque ad septennium; attamèn celeriores, frequentiores, & longioris durationis cæperunt esse insultus, ut viso truculento epileptico morbo, varia præsidia præstantur; at injucundo, frustrato eventu, licèt tunc leves videbantur, nec spumam emittebant invasiones. Sic in successivitate annorum terminatum signabant tempus epileptici motus; ut modo stans, aliquando dormiens, nonnunquam sedens, quadam præcordiorum oppræssione capiebatur, & magno clamore suspiria deferebat, & statim indè convellebatur; spumam balbutiendo emandabat, & spatio semiquadrantis sic afficiebatur; & tantis continuatis paroxysmis, ut sensim immemor, ignarus, & denique fatuus factus; ætate 23. annorum obiit, & tempore invasionis: paulò priùs quadam opprimente caligine ex abdominis sede delata, affici videbatur; at observata pluriès epigastrica, & hipogastrica regione, non innoxia, sed quodam flatulento folliculo, & flatulentia repleto: in dextro hypochondrio præhensa, molesta erat: continua eructatione lædebatur, & perenni mærore; ac ingravescente ætate,

omnibus penè internis sensibus carere videbatur; parùm percipiebat, mutulus, nec cogitativa intellectiva, neque reminiscentia gaudebat; saxeam modulationem, & hypochondriacam affectionem servabat, sociabilitatem abhorrebat: obscura, tetra, solitudinem petendo. Cæteri fratres, & sorores, quamvis feriæ crasis, & mœstæ modulationis à tanto feroci morbo immunes. Ideatio materna, & occasionale oppositum, tempore gestationis, fuerunt præcisa causa in subjectum fœtum tanta deducere, tam ordine alimentorum, quàm animalium impræssionum genitricis hypochondriacæ structionis. Epilepticus morbus primum sensorium, & principalem sedem occupat animalem, & activissimo fermento, volatili sapore contrahitur. Ex multis epilepticis visis, semper notum fuit, fermenta noxia, molestantia, producentia, & individuantia tantum morbum, retinere sedem aliunde, & præcipuè à regione naturali hypochondrica; vel alia ex parte; nam observavimus ex recluso ulcere, ex verminoso favo, mensium suppressione, animi pathemate forti, ex epileptica nutrice, ex suppressione seminali uxoratorum, & nuptarum. Tribus diebus immobilis sine motu, absque sensu quædam uxurata, & ad orci fauces ducta, & continuis convulsionibus affecta: tandem à proprio viro saluti restituta. Juvenis 31. annorum erat, longo tempore carebat viro. Omne id potens saporem acidum, & activissimum præternaturale ideare, & nerveas propagationes, sedemque primam transferre; opportunum, sufficiens est truculentam affectionem inducere. In pueris, infantibus; & tenellæ structionis faciliùs agitur, tam causa continuæ acescentiæ lactiferæ, quàm ratione sedis animalis imbecillæ, & facilioris impræssionis, minorisque resistentiæ. In adultis non sanatur: non fit in his, nisi potentissimo fermento vincente structuram fortem sedis animalis, & scaturigine nimis efficaci ideante; Acidum mobile principaliter in propria naturali sede pancreatica suscipit primordias ideationes circuitu, & annexione deferendas plexui nerveo, & regioni animali, in qua, & à quâ deciduus morbus convulsivus.

LXVIII. Motus nullus, sensus alienatus attonitam signant Apoplexiam, eamque gravem, mediocrem, levem, ex graduatione causæ efficientis, internorum, externorumque sensuum læsione; scilicet Mobilis, sedis organicæ, & fermenti vitio. Mobilis animales partes nutrientis læsio agitur in sapore, figura, & motu. Sapor non suavis, nec nervea roscididitate clara, lucida præditus, qualis aptus reficiendis nervis, meditullaris substantiæ, primique sensorii; at turbulentus, cænosus, præssivus, attonitus fit: sic torpidus, vappidus ex aliquali deficientia, & non celebrata cribatione necessaria,

ria; undè præludia somnolenta, torpida, oculorum gravedo, animaliumque operationum pravitates, segnities ex alieno misto, & non excreto, & per emunctoria foras delato. Defectu totali saporifero habito animali nerveo, tunc mobilis structura, opus, modulatio deficere observantur. Figuris distinctis, consonis, modulantibus læsis, vel cænositate crassa, vel mistione sylvestris succedanei figurantis, vel alienatione mobilis; ità pariter earum graduatio contingit; quibus Motus necessariò annectitur: quo Mobile fluidum tardè, tardiùs, tardissimè deducitur; defertur sensibus internis, externisque. Mobilis Nutrientis Animalis vitia in Apoplexia, Attonitoque morbo graduantur, mensura saporis, figuræ, & motùs præternaturalis intromissi, omniumque annexorum, & consequentium modulationum.

LXIX. Erit graduationis ordo signandus ex sede organica affecta, tam primordia principali Cerebri, Cerebellique, quam dependentium ductuum nerveorum, deferentiumque canalium propagatione. Externa quassatione, contusione, depræssione, læditur organica figuratio; & solutione, laceratione vasorum, & depravatione sequentis occurrentis mobilis, attonitus producitur, ideatur morbus; uti etiam oppletione canalium, & vacuitatum ducentium, ac replendarum ex idea narcotica vinosa, vel opiata; sideratur mobile, moratur motus, vappescit sapor, ingravescit nervei fluidi figura; & his vitiosum annectitur fermentum, non ut quid alienum à Mobili, sed ut aliquod exterum pravum, molestum intromissum mobili naturali; quo molesto, lædente intimè misto, in præternaturalem apoplecticam modulationem volvitur, ideatur fluidum ipsum. Hinc animales motus interni, externique afficiuntur, depravantur, turbantur, torpescunt, deficiunt vitio Mobilis, Sedis, & Fermenti alieni introducti; & apoplexia individuatur, graduaturque gravis, mediocris, levis. Sedes oppleta: Fermentum narcoticum, Mobile cænosum adhæsivum.

LXX. Naturali voluntario motu, ab Anima directo, privantur in Paralysi subjacentes infrà caput partes omnes in Paraplegia, & alterutriùs partis dextræ, vel sinistræ in Hemiplegia. Individuatur membrorum resolutio, totius organici, vel ejus partium laxitas, flacciditas, motusque abolitio, sensusque diminutio, vel deficientia consequens, & ex Mobile, Ductibus, sivè Canalibus, & musculari nutriendo, movente instrumentali organo. Mobile torpidum, immobile, narcoticum in sapore nerveo roscido, luminoso: Figuræ mobilis nutrientis laxæ, resolutæ, dissipatæ, dilapidatæ, flaccidæ, & harum vitio Mobile non ducitur, nec applicatur, an-

nectitur nutriendo moventi musculari organo. Sapores vappidi, inertes, insipidi, opaci, narcotici, immobiles fiunt, & motu non ducuntur, nec partes pertingunt musculosas, & nervei ductus, canales non nutriti, & flaccidi redditi, vitio antecedentium figurarum, & saporum mobilis nutrientis; exiccantur, arescunt, laxitate præternaturali afficiuntur, capiuntur; unde ipsius Mobilis vitiatis saporibus, & læsis figuris: Motus aboletur, deficit, maximèque dissipatur, diminuitur; qualem Paralysim vocamus, Resolutionem, & Membrorum laxitatem, & Resolutionem dicimus: Totum agitur hoc ex alieno intromisso narcotico, immobili à sede Animali in nerveos ductus, sive canales pertingentes musculares organicas partes; undè principaliter Motus læditur, aboletur, diminuitur in Paralyseo morbo, & offensis iis motum agentibus; scilicet Mobile, Canalibus, & Musculis nutriendis tanto nerveo saporifero, figurato Mobili, & mediis deferentibus nerveis, quorum vitia, & læsiones à sede Animali suscepta; deficientia, & motus Abolitio, ac succedanea partium universalis Paraplegica Flacciditas, Laxitas, vel Hemiplegica particularis molestia, offensio. Sequens, succedaneus est Sensationis diminutus, vel abolitus Tactus, dum is perficitur, agitur, fit ex iisdem fibris, & propagationibus capillaribus nerveis cutaneas petentibus partes. Motus universale actionum Principium, & Passibilium Impressionum, ac Mobilis Ductor: quæ motu omnimodo caret pars, per eundem consensum nerveum, etiam sensatione privatur; nam sensus consequitur Motum. Graduatur, individuatur tantus immobilis morbus ex impressione lædentis Ideæ præternaturalis intromissæ in fluido mobili animali nerveo, cujus ideationis vestigia sequuntur partes inferiores affectæ, & totius modulatio prava. His singulis deductis ex saporibus narcoticis, figurisque Mobilis; quorum graduationem signat Motus, & consequitur Sensus.

LXXI. Talem, tantamque immobilitatem universalem, vel partialem unius, alterius brachii, pedis, abdominis, thoracis, capitis tenet Paralysis. Oppositam ostendunt Convulsio, Spasmus, Catalepsis, cæterique convulsivi effectus. Invitus, Coactus, Involuntarius Motus, nimis insufflans, expandens, distendens nerveas fibras, musculos: opponitur Paralysi, in qua nec distensio, nec insufflatio, & expansio denegatur à Mobili in subjectas partes. Mobile enim Nerveum Animale lucidum, nutriens ducens in naturali modulatione salubritatis; voluntatis dictamine ducitur; In Convulsione involuntariè impellitur, transfertur, insufflatur, expanditur; distenditur: in Paralysi omnimoda oppositione afficitur: in-

dividuatur

dividuatur à Mobili, à Sede, Canalibus, & producto in organico musculoso, fibroso, membranoso; & horum graduatione majori, mediocri, levi. Ideatur universalis convulsio, Tetanus, sivè totius organici rigiditas, vel partialis Embrostotonos, vel Epistotonos, antrorsum, aut retrorsum Corpus inflectens, & tanta inflexione musculos anteriores, vel posteriores afficiendo rigiditate.

LXXII. Ideatur Convulsivus morbus, qualiscumque fuerit à spinoso Mobili, uti externa infixa spina, sivè nervi punctura convulsionem parit inviolabili ordine, & non paucos scimus. Erat Virgo honestissima, & religiosa annorum 27., quæ suendo, incautè acu pungit extremam indicis digiti ventricularem partem, & nervulum offendit: statim præhenditur universali invita convulsione: & tota convellebatur, ac delirio, vaniloquio, tremulo motu afficitur; nec aliquid concinnè loquitur. Multis præstitis auxiliis à Chyrurgo, at frustaneo eventu; Jussimus madefieri affectam, & puncturà læsam partem oleo terebinæ destillato, & oleo ceræ; & incantamento quodam, omnia retrocessere symptomata, dum pars, sivè digitus antecedenter minimè tangi potuit, ex intensissimo inducto dolore, excrescentia musculosa, & variè convulsa spinosa inæquali textura, & intrinsecum læsum nerveum agitur mobile in figura acutissima acuata, gladiatoria: in sapore muriatico acri pungenti, torrido, corrosivo, respiciendo Sedem Cerebri, & Cerebelli; at membranosam, non medullarem; & ductibus nerveis unà simul affectis, musculosas, fibrosas, membranosas figendo, & pungendo partes; undè coactus, involuntarius, invitus motus ex figuris acutis, saporibus spinosis mobilis fluentis nervei, sedisque animalis utriusque Cerebri, Cerebellique, sed membranosæ potiùs, quam medullaris; & mediis molestis, & offensis nervis, eorumque fibris, ac ultimatè membranas, musculosque pertingendo: quibus Convulsio agitur, morbus ideatur, individuatur, & graduatione levi, mediocri, majori, & maxima, fiunt universalis Tetanus, particularis Embrostonos, Epistotonos, oris tortura, oculorum strabismus, & singularium partium convulsivi inviti, coacti, involuntarii motus, uti fuerint Mobilis læsiones saporiferæ, figuratæ, sedis delationes, & scaturigines, mediorum nerveorum deferentium molestæ puncturæ, & organorum, membranarum, ac fibrarum ultimatæ impræssiones. Annis non multis elapsis, Hyemali tempestate mulier 52. annorum; quæ aliàs passa erat embrostotono, occasionali habità nova causa, afficitur instantaneè Tetano tam gravi, ut sedens, à sede nullimodè removeri potuit, & ità totali rigiditate membrorum, ut nec digitum voluntariè movere posset: Deglutitione diminuta, & valdè mo-

lesta, alvus omnimodè stricta, nec lotium reddere apta erat; inflexibile totum corpus habebat, & sic usque ad quintam diem, nec fotibus laxantibus cedebat, nisi principio sexti, dum alvus parumper stimulata, nimis figuratas concessit, sed paucas fœces. His diebus utitur aquis diaphoreticis salsæ, eboris, cornu cervi, cinnamomi, & paucis diminutis dosibus sanguinis hircini, cerussæ stybiatæ, cornu cervi ph losophicè præparati: quibus subsequens fuit levissimus mador, indèque universalis partium alleviatio, & usque ad 24. diem tanto atroci morbo vexatur; at quinque diebus corpus ità rigidum undèquaque fuit, ut saxeam æmularetur structuram. Abdomen crispatione afficiebatur: intestina convulsa: musculosæ partes rigidæ, ut submissam loquelam ducere posset; & tanto atroci, & trucidante dolore, ut si digitum flectere cogitaret; animam expirare videbatur. Sana facta his sudoriferis, sed naturalibus præsidiis, & aquis hirundinum, aliisque humectantibus, & præcipuè fumis peritonei vaccini in sufficienti aquæ quantitate: quorum usus, continuò habitus, & internis, sana evasit. Spinosum fluidum dilutum, & foràs proprio universali emunctorio ductum.

LXXIII. Alterum agnoscimus Mobile in Catalepsi, in qua non sola Rigiditas membrorum; at sensuum internorum, externorumque stupiditas designatur. Rigidum organicum corpus catalepticum, & unà simul in sensorio universali stupidum est, & suam agnoscit causam in Mobile nerveo, nutritivo, & sede scaturigine operationum animalium, Animâ Magistra, & Voluntaria Rectrice intellectualium agendorum; & in tanto atroci morbo, instrumentis depravatis habitis, corpus organicum vivens morbificè ducitur; nam naturaliter vitales, animales motus sunt à fluidis nutrientibus in organicum; sed ab Anima Rectrice, principali agente. In ipsis conservatur mobile, sed ab ipsa habetur volitio. Essent mortua fluida quæcumque nutritiva, & cujuscumque ordinis sapores, figuræ; nec Motus qualiscumque esset fermentativus distinctus, diversus, varius; nisi organicum Corpus vivens jam esset. Vappescit, alienatur, dissolvitur quodcumque fluidum in sapore, figura, & motu proprio naturali, dum extrà viventem machinam ducitur: aliam induit indolem, modulationem, diversumque fermentativum motum; nisi à corpore sic regatur vivente, & hoc à sua Magistra Rectrice volente, aut nolente hunc, alterumque motum in statu naturali.

LXXIV. Longum nimis esset in hac re immorare, dum nostrum non est in præsenti hæc distinguere, indagare. Catalepsis suum tenet Mobile, suam agnoscit sedem, & consequentia succedanea. Mobile nerveum ducit suas primas ideales impressiones ab universali

flui-

fluido ideato pravis succis saporiferis, & similibus figuris, & consequentibus motibus. Scio Juvenem studiosum 23. annorum stupiditate, ac fatuitate captum esu cujusdam radicis sylvestris fatuentis herbæ, causa invidiæ; dum in eduliis posita à sceleratis viris (ut ejus domestici retulerunt) & ità lacrymosè obiit. Sunt spirituosa, sunt lymphatica, acida, nervina, &c. & venenata distincta; variè diversas offendentia organicas partes: est restaurantium elexipharmacorum distincta ideatio, & lædentium non dissimilis prava impræssio. Tribuitur à toto vappidum arteriosum mobile ideatum occasionalibus causis, & saporibus, & fluido Mobili animali nerveo, saporis insipidi, tufacei, stupidi, figuræ cœnosæ, coagulatæ, & motus morosi, immobilis, non fluxilis, nec ducibilis. Cerebrum sedes tanto fluido ideatur, & continuis circuitibus læditur, efficitur, labefit; undè Sedis, & Mobilis molestæ imprœssiones, stupescentiæ, immobilitates, rigiditates. Morbi quicumque fiunt in Machina vivente ritmo præternaturali modulato ex figuris, saporibus, & univoco motu molesto viventi; at æquali, & consono fluidis ideantibus, & ideatis. Nutritio agitur ordine consono saporifero, figurato, uti opposita morbo: univocantur morbifica morbis, opponuntur salubritati viventium: sic salubritas illis. Anno duodecimo circiter elapso. Vir ætatis 57. capitur levi hemiplegia: præsidiis in melius habitus, ut suo exercitio vacare posset: erat villiticus, & iracundus juvenili tempore; àt stupiditate, rigiditate, Catalepsi afficitur sequenti hyeme, & tanta stupescentia, ut sui nominis immemor, & nec cibum eligere conscius esset. Necesse erat hianti ori victum submittere, & sæpè sæpiùs oblivíscebatur, non solùm solida masticare, sed fluida deglutire, & salivando iterùm restituebat: Nudus rubore non afficiebatur circa erubescenda: non recordabatur, nec proprios domesticos, scilicet uxorem, filios intimè discriminabat. Balbutiebat, & ovillo more balabat; sua necessaria involuntariè deponebat, & veluti gravissima stupiditate brutali captus, vitam molestè ducebat; sic triennio vixit sine motu, præter sensum internum; & elapsa memoria obiit. Sedes vappida, infigurata aliqualitèr, ductus inertes, Mobile immobile, stupescens; coagulatum, cœnosum: alienati sapores naturales, figuræ laxæ, motus deficiens fuerunt Catalepsis scaturigo, & præcedentis Hemiplegiæ offensio, & prædictæ sequentis Catalepsis præcipua, proxima causa, & præternaturale vestigium. Micationis lumen nerveo fluido deficit, nec ulla extricatio fit.

LXXV. In somnolenta molesta affectione, graduatio inspicienda offensorum internorum, externorumque sensuum; scilicet simplex

plex

plex

plex si fuerit ad somnum propensio ; si gravior , & profundior ; at interrogatis expargiscens , vigilans : Profundissima somnolenta Cataphora , dirus Carus , & febrilis Lethargus . Insomniantes , Incubi , Somnambuli ægri . Insomniantes aberrant graviter in sensibus internis circa objecta falsè , fictèque repræsentata in somno profundo cum maxima anxietate , animi , corporisque quassatione , & sequenti sæpè copioso sudore . Aberramus leviter circa ficta repræsentata objecta externa in somno naturali ex multiplicitate idearum in Abecedario cogitativo abscondita , diversisque modulationibus , modificationibus repræsentanda , ut alibi sat ostensum . Carus nimis profundus , gravisque Sopor internorum , externorum sensuum excludens totalem , omnimodam excitationem , neque puncturis , molestiis cedens . Mitior Sopor , Vigil Coma , licet violenta in somnum propensio , & cum delirio ; tamen excitari permittit , uti gravior Cataphora , & somnolentum Coma , quo profundus somnus actu , & excitantur ægri , mox iterum in eundem expargefacti dilabuntur somnum . In lethargo profundus, gravisque somnus cum delirio , & febre lenta . Incubus in somno falsa imaginatio , Thoracis incubente causa opprimente , suffocante , difficilique respiratione præsente . Somnambuli in medio somno dormientes , somniant , surgunt , ambulant , quamvis dormiant , & vigilantium munia , opera exequantur , agant ; & aliquando difficiliora à vigilantibus non acta , à somnabulis adimplentur . Nec somnambulos vocamus illos , qui obviis impedimentis , & obstaculis expargiscuntur ; at eos , qui gravia , difficilia incurrunt , & dormiendo , ac somniando superant : quandoquidem ea transcendunt , ac superant , quæ vigilando , sinè vitæ discrimine exequi non possent , ut fluminum ripas , pontem , inaccessibilia petant loca : ascendant altissimas arbores , & similia . Libet casum historiamque similem referre . Annis præteritis obiit vir , qui somnabulus erat , & hypochondriacus serius , mæstus , hæmorrhoidali sanguineo motu affectus : tetros , pavidos servabat oculos , taciturnus , & iracundiæ proclivis : extinctus exitiosa febre . Hic à Juvenilibus annis somnambulo lædebatur , ut media nocte à lecto surgens , januas multas aperiebat , armis vestiebatur , ac munitus , scalas descendebat , & aquosum suum viridarium ingrediebatur ; at saxosa loca , duas difficiles ripas , & angustum pontem vestigiis signare debebat ; & quod mirum palmarem murum calcare ex utroque latere periculis non carentem ; nam undique aquarum multitudo , & copia percurrebat : aliquando publicas vias petebat , & longius se ducendo , nunc unam , nunc duas adimplebat horas , ut iterum propriam domum agressus ,

suo

ſuo ſe committebat cubiculo. Domeſtici conſanguinei pedetentim eum ſequebantur, ne in gravia incideret; & ſi expargefactus violentia fuiſſet, tanto mærore afficiebatur, ut in agone eum duci videbant. Timebant, ne armis ſe, aliosque obvios offenderet, uti non alienum aliquando accidit. Demùm multis adhibitis præſidiis, unicum fuit hoc; ſcilicet eum in domo recludere, & domeſtica cuſtodia, præſervare, nè propria tranſcenderet domicilia. Piperatis, ſalivis tam copiosè, & avidè veſcebatur, ut credibile non eſſet: Venationibus maximè delectabatur, & feriis muniis ducebatur.

LXXVI. Erunt individuæ antecedentium ideæ, & ſoporoſorum morborum diſtinctæ, diverſæ, variæ impræſſiones, ſivè cum febre, ſivè præter febrem ex narcotico, ſulphureo, oleoſo animali fluido mobili, & una ſimul ſecum ducendo vappidum inerte, cænoſum, quorum figuræ, ſapores, & eterogenei motus lædendo, officiendo animalem, & ſequentes ſedes diſtinctis, variiſque fermentationibus, ac miſtionibus ideant, individuando morbos. Narcoticæ ideæ ſomnum, deliriumque inducunt. Sulphur volatile, oleoſum, amarum, & lymphaticum nerveum vappidum obtundunt, obſtruunt; undè in Cauſone, febribuſque oleoſis, æſtuoſis, diſſolventibus, poſtridiè ſopores apparent, præcedentibus nimiis vigiliis, doloribus, deliriis, ut ducto priùs oleoſo ſulphureo pungunte ſedem: membranoſas partes, indè cænoſum, moroſum, vappidum obſtruens mobile ſtagnet, moretur, & ſomnolentiam inducat, ea diverſitate, & diſtinctione, qua prægnans, & ideatum extat mobile fluidum. Sapor ſulphureus, oleoſus, figura acuta, pungens; motus celer, quaſſans ducunt lympham, faciunt ſequentes ſopores, imprimunt deliria; & dolori, delirio, & vigiliis contingunt ſoporoſa vaniloquia. Mobile ergo in celeriſſimo motu vigilias parit, animi ſollicitudinem, ſpirituum turbationem, deliramenta. His diſſolutis, tranſlatis, idem ſtagnat mobile, non ideatum antecedenter; at impræſſione vappiditatis, inertiæ, & ſomnolentiæ baſis. Vinum ſpirituoſum, ebullitione nimia fermentativa vappidum devenit aliquando: ſic nimii ſudores in machina vivente.

LXXVII. Narcotica ſulphurea ideatio Mobilis Nervei animalis (in ſulphureo Narcoſis idea, licet in aqueo roſcido, naturalis ſomnus) individuat, ideat lethargum, ſeù veternum in ſoporoſo lento vappido lymphatico annexa; undè ſulphureo ſapore, agili figura fermentum febrile, & lento cænoſo, figuraque nodoſa fit ſoporoſus affectus. Rigor, æſtus in febre fiunt acido moleſto, & amaro ſylveſtri, licet oppoſiti ſapores, diverſæ figuræ, varii motùs; at unuſquiſque ſapor, quælibet figura ſuam patrat ideationem ſucceſſivè,

vel in toto, vel individuo organo, uti contingit ſingulis individuis morbis; unum ſymptoma poſt aliud ex motu, & ideatione ſaporifera, ac figurativa ſuccedanea operante, officiente.

LXXVIII. In Caro Mobile fluidum impurum, craſſum, immobile, minùs quantum, diminutum, & ſaporis inertis, nec fluxilis figuræ, incapax nutriendi, & annexionis; ità ſomnus profundus; nimis gravis, & internorum, externorumque ſenſuum totalis torpiditas, ſtupiditas; neque punčturis expergiſcitur æger. Mobile in ſapore, figura, & motu immobilitate ideato, & depræſſo, excitationem excludendo, tantas firmat moleſtias.

LXXIX. Moleſti Inſomnii individuatio, ideatio fit in Mobile fluido Nerveo Animali (Animæ inſtrumento) impuris impræſſionibus ſignato, & objectorum præteritorum, præſentium, aut ſimilium repræſentatione, & modulatione varia, & multiplici contenta ruditèr in Abecedario Cogitativo, Cerebelloque ſede organica impræſſionum memorabilium: & tali mobile affecto ſaporibus ideantibus, & figuris ideatis in Animali ſede, & ſcaturigine ultimante actum repræſentandi, ac Inſomniorum ideationes cognatione, & unione conſona phantaſiam dilucidando quadam-ſpeculari luſtratione ideativa: cujus modulationis indolem conſequuntur ſomniorum diſtincta, diverſa repræſentata mæſta, læta, iracunda, pavida, laſcivientia, religioſa, feria, ſimplicia, miſta, homogenea, eterogenea, cæteraque modulata.

LXXX. Oriuntur Incubi, quaſi incumbentes oppreſſiones, & eveniunt præcipuè hypochondriacis, dum dormiendo dorſo incumbunt, & raro neutiquam alterutri lateri inſedendo, talis occurrit oppreſſivus affectus ex ipſo Mobile nutritivo flatulento, vitriolaceo, halituoſo orto, & ideato ex acido depravato, & ſaponario diſtracto, ut miſtione ampullas pariant flatulentas; & elaſtico diſſonè ideato, & leve delirium internis ſenſibus, & univerſali ſenſorio quidpiam delatum imprimens (figuris, & ideis receptis) opprimens ſua ponderoſitate præcordialia, dependentia, & annexione propagationum nervearum in ſubjectas partes intruſarum: cauſa, & neceſſitate ſenſationis, primariæ motionis voluntariæ, & neceſſariæ: qua mobilis cænoſitate, pondoroſitate ſaporifera, & figurativa moleſta opprimuntur nerveæ delationes, organicæ partes præcordiales, & naturales, illis ordine motùs, & ſenſùs indigentes: luminoſis, & candelæ præſentia alleviantur, reficiuntur ægri incubo oppreſſi. Scimus non paucos tanto flatulento ideato mobile, & morbo retentos, minimè dormire poſſe, nec ſomnum capere, remoto lumine. Erat Religioſus homo, qui à primis virilitatis annis uſque ad extremam

mam senectutem non poterat somno se tradere, nisi in propria domo adesset lumen accensum; & si fortè casu, vel pabuli deficientia extinguebatur, expargefactus, & non invento lumine, syncope præmebatur, ut statim aperiens fenestras, aeris luciditatem quærebat, & apud nos nunc multi similes vivunt cum tanto, talique onere. Omnes Incubo affecti mæsti, serii, hypochondriaci sunt, hilares neutiquam. Ideatio nebulosa ex vitriolaceo hypochondriaco fluido exprimitur.

LXXXI. Longa nimis esset explanatio ideationis somnambulorum, dum non leves, sed graves, intricatasque retinet nodositates. Somnambulus, vigilantis munia patrans, agit, exequitur opera, sed profundo sopore tenetur: difficillima, inaccessibilia tempore vigiliæ non occupata, delirio somnolento patrat, exequitur, ultimat: Dormit violenter, vigilat acutè. Somnambulorum munia, nimio onere studiosorum mentem onerant, præmunt, extricant.

LXXXII. Erit decens in præsenti explanatione, ea memoriæ traducere, quæ nimis latè, diffusè ostensa fuere Iconismo nono, & decimosexto, in quibus patefactæ vires Idearum seminalium, & similitudinis, & antecedentium Iconismorum probata, & demonstrata, memoria servare, eaque ad ipsam revocare, ut clariori ordine, & suasione præsentia enodentur, solvantur, patefiant.

LXXXIII. Somnambulis contingit intermissis temporibus, affici idea somnifera profunda; at delirium sapiente, dum acta involuntariè exequuntur, agunt; non minus ac articuli pedes podagra, hysterica passione mulieres, epilepsia nonnulli stomaticha, hypochondriaca, cardiaca affectione, reumathismo, oris tortura, Cordiali, Animali, Naturali morbo terminato culico, nephritico, &c., at terminatis temporibus, horis, diebus, & mensibus, ac annis (ut superioribus paginis patefactum venit) vel occasionalibus occurrentibus potentibus, sufficientibus tale fluidum, & mobile saporiferum ideare, deducere, & debita copia, & fermento lædere. Sint febriles paroxysmi satis probantes testes; non solùm diurnæ, alternæ, quartanariæ; at mensurnæ, annuæ invasionis. Habito Mobile apto, quanto, & fermento saporifero, figurato, capacis extricationis, solutionis, & motionis, tunc paroxysmi invasio, corporis, & partium, partisque læsio, offensio, molestiæ fiunt. His ita habitis, explanatis, & modulatione ideatis, insurgunt terminati, individui morbi tempus, & partem denotando, signando in qualibet corporis regione, & quocumque fluido ideato offensivo, lædente, vel sensim insensibili acuto fluido, vel violenta, & apparenti notabili occasione. Distinctè afficimur in fluidis, & fluidorum

varia ſtructione, & diſtincta ſpecificatione, & occurſu diverſo: timore, & mærore afficimur, iraſcimur, & illuſionibus præhendimur diverſis ex varietate occaſionali, & ex Abecedario Cogitativo, multiplicitate ideationum Cogitativam præternaturaliter ſtricantium; ut delirio ferè capti, lædantur diverſimodè cogitationes, ordine, mora, & effectu variatis, & uti fluidi mobilis, & ſedis moleſtiæ diverſæ fuerint.

LXXXIV. Tanto profundo tenentur ſomno, & præternaturali miſto mobili; ut diverſis ſaporibus moleſtis, ſoporem tenacem, & cogitativum delirium ſomnambulare,& fluidum Mobile prædictum Phantaſiæ intromittere, ideari poſſit, ut nec ſomnus moleſtus ſinè actione ſomnambula, neque ſomnambulum opus præter gravem, & profundum ſomnum obtineri, haberi poſſint; nam expargefacti ſomnabuli, utrumque ceſſat. Non operantur ſomnambula, non profundò capiuntur ſomno, non præhenduntur gravi ſomnolentia, neque munia patrant: indiviſibili præternaturali nexu ambo ducuntur. Idem mobile fluidum ſocia multa agit, ducit ſymptomata ex diverſis habitis ſylveſtribus ſaporibus, figuris, & conſequentibus lædentibus motibus, uti antecedentia allata ſat probarunt in ſoporoſis, & narcoticis, delirantibus, & febrilibus annexis, cognatis moleſtiis. Delirantes tamdiù delirio afficiuntur, quamdiù mobile moleſtum quantum ſufficienti capacitate erit: Maniaci, fatuentes, & innumeri alii in Cogitativa ſede, & mobile læſi, hac modulatione temporis, & duratione, & invaſione paroxyſmali ducuntur; ſicuti cæteri morbi individui miſti, & etiam ſimplices iiſdem modulationibus, & ritmis, quamvis præternaturalibus ſignantur, individuantur, durant, aſſociantur. Mobile quantum, & ſaporibus, figuriſque modulatum, ac ideatum non ſolùm terminat, ſignatque tempus, at etiam multorum ſociabilem unionem moleſtiam, occupationem, cognationemque ſymptomatum; licet antagoniſticas ideationes deferat.

LXXXV. In ſomnambulorum moleſto, præternaturali ſopore, & ejus mobile fluido ideante, & ideato; præhenditur cogitativus motus, æſtro Phantaſiæ extricatæ à tanto mobile impellente ſomnambulum in externa munia non naturalia, uti delirio affecta ſedes, & Animalis cogitativa ipſa impræſſionibus, & ideis efficacibus inſidentibus Sedi, & à fluidis moleſtè impellentibus. Nolentibus eveniunt Inſomnia, Illuſiones, pavores, mæſta, læta, & ſomniantibus omnia, quæ præteritorum, vel præſentium actuum, operationum, vel ideantium operum munia ſunt; quin etiam ſingula modulanda, & imprimenda in Abecedario Cogitativo capaci,

apto.

apto. In febribus acutis ægri delirant, & somno afficiuntur, fluidis neutrè molestis, & ideatis; & organicis distinctis diversimodè læsis.

LXXXVI. Quod Mobile, & Animata Cogitativa sedes variis ideationibus non naturalibus, & depravatis offensa, trahant opera somnambulorum, & tali discrimine, ac varietate individuant, uti sunt impræssionum ideationes in fluido mobili; Quales fortes agnoscendæ sunt, & profundæ, eodemque ordine somni gravis, profundique, dum unum annectitur alteri, & efficacia unius sit concausa alterius, tam ratione durationis, quàm specificationis, & individuationis, ut somnambulorum acta læta, hilariate prædita, vel cujuslibet individuationis idealis sint: fontem, scaturiginem agnoscant in mobile fluido ideato, & Cogitativa operante. Spirituosum volatile activum movet, ducit, exequitur cogitationis motum, opus, & Narcoticum latens ideatum ejusdem mobilis saporiferi, & eteregeneæ impræssionis, æqualem producit gravem, pertinacemque somnum, ut uno terminato, terminetur, & alter effectus. Dormiunt post patratum somnambuli opus; at naturali, non molesto, & motu pacativo. Vivit Religiosus quidam annorum 38. circiter somnambulus, qui è lecto surgens in propria domo aperit arcam, & dormiendo in ea recluditur, & aliquando petens superiores domos, & tectum, ibi multa operatur, & majora exequeretur, ni domesticorum cura tueretur, ejus Genitor simili lædebatur morbo, undè ideales seminales impræssiones hæreditariæ parentum traducuntur; scilicet ex gallico gallicus, podagricò, podagricus, epileptico, epilepticus, &c. ut sat seminales similitudinis ideationes naturales, neutræ, morbosæ, monstruosæ annotant.

LXXXVII. Vera, unica ratio ostendens, quare difficillima, inaccessibilia exequantur; scilicet ex delirante profundo somno, non prævidetur periculum, quo ducitur. Delirio affectus, maniacus, mæstus hypochondriacus patrata non advertit, ut terminato opere, & cognito præcipiti lapsu, magno præhendantur terrore. Currimus, ambulamus, & palmare signamus spatium; at in alto tecto, præviso præcipiti casu, nec audemus bipalmare pedibus nudis signare spatium. Delirantes non præviso lapsu, ratione incapacitatis, difficillima, & gravia inconsulto agunt.

LXXXVIII. Est somnambulorum opus (dormiendo actum) Morbus Delirii ideam sapiens, & mobilis fluidi vitiosi, molesta soporifera narcotica ideatione impræssi, & spirituosi fermenti saporiferi impulsione affecti, Cogitativam Animatam stimulantis, pungentis, & ad somnambula munia impellentis. Pictor nigro colore nescit albas

bas ducere figuras, nec Coquus amaris dulces componere cibos.

LXXXIX. Sunt Morborum individuæ ideationes à propria sede, à determinato mobile fluido, à signato fermento extricato, & extricante sapores, solvendo figuras, at immutando varietate successiva succedanea ritmum naturalem in molestum, lædentem præternaturalem; illumque motum nanscicendo, qualem annotant symptomata consequentia. Salivale suos parit morbos, & illos univocos, & ideatos à tanto fluido ex proprio sapore, figura, & in motu fermentativo acto defectivo in glandulosa sede conglobata, & conglomerata formatione debitæ structuræ, in qua tanta individuatio fieri contingit: illo fermento applicabili, & annexibili ipsi specificato mobili fluido. Pancreaticum reportat sua individuata vitia ex propria sede hypochondriaca, & mistione alieni insociabilis extricat fermentum morbificum, fermentumque individuando ideat. Biliosum, Lymphaticum, Esurinum, Nerveum, & Universale Sanguineum, ac suum præcedens appositum chyliferum, etiam iisdem individuationibus æqualibus, sedibus, & fermentis, sic individuales ideas sortiuntur. Unumquodque fluidum occasionaliter vitiosum, morosum, celeritate nimia læsum, & omni qualicumque modulatione depravatum in aliena, gravi, mediocri, præternaturali figura noxia, & sylvestri sapore officiente: extricatur, & fermento afficitur Machinæ viventi molesto, ac individuos affert morbos viventi ipsi simplices, complicatos, graves, mediocres, leves ordine, & efficacia fermenti, plurium, aut multiplicium lædentium, ac extricatorum saporum, figurarumque totaliter alienatarum, parumper distantium, aut longiori signatione modulatarum. Sapores enim univoci inter se fermentabiles non sunt, dum fermentum fit extricatione, sed oppositorum saporum. Unicum fluidum pluribus alienis saporibus præternaturalibus affici aptum notum est: quorum oppositione mistica aliena suscipit effervescentiæ præternaturalis motum: eisdem ideatur, & impræssionum indolem modulativam nanscilcitur. Plura naturalia fluida mistione unita fervescunt, motumque naturalem perfectivum concipiunt: sic omnes motus fermentativi naturales salubres chylosi, pancreatici, esurini, cruorizantes, & reliqui nutritivi, augumentum, & restaurationis opus tribuentes machinæ viventi. In statu discrasivo defectivo, præternaturali læsivo, morboso fiunt fortiori modulatione ex ideatis fluidis illis in propriis organicis vacuitatibus, & illo fermento saporifero, & figurato, æquali motu extricante morbos individuos, & ipsorum terminatas ideationes. Contingunt Morbi simplices, complicati ex mistionis graduatione: mistionis pluralitate, saporum annexiva copula, dissonantia figurarum, & ab his,

& in

& in his motuum præternaturalium distincta, varia, diversa extricatio, apparitio symptomatum multiplicata, & officientium operationum inæqualis motus.

LXXXX. Assumenda, & determinanda esset series singulorum morborum in regione naturali, vitali, animali, ac in sexu muliebri, in statu virginum, utero gerentium, seminalium, gallicorum, cutaneorum, & reliquorum; at nostrum opus non huc dirigitur; sed in systemate saporifero, figurativo, & motu extricativo, fermentativo universali, & individuato. Per transennam Iconismi præcedentes aliquos individuarunt morbos, horumque ideas explanavere, ut his maximè notum esset cuique studioso, illud theoretico forsan putato systemate demonstratum, non esse quidpiam imaginarium, sed anatomica dilucidatione ostensum. Qui gustu gaudet naturali, distinguit sapores: oculis notat fluidorum figuras, & ingeniosa observatione omnes, singulosque naturales, & præternaturales sequentes motus fermentativos.

ICONISMUS XXI.

Systema Nostrum in Saporibus, Figuris, & Motu fundatum, laconicè explanatur.

I. PRæmissis antecedentibus ideationibus naturalibus seminalibus, naturalibus, occasionalibus neutris, molestis, monstruosis Machinæ viventis in vegetativo, verminoso, sensitivo, fungoso, metallico, aliove genere in motu generativo, nutritivo, auctivo, restaurativo, conservativo perfectivo; quam succedanea oppositione morbifica fervescente extricante defectiva: habitis fermentationibus expræssis in Extricatione saporifera, Retentione Figurata, & Motu initiante vestigia, & Primordia cujuscumque generationis; indèque eodem Mobile saporifero, figurato motu, & actu delineativo compositionis struendæ, & auctivo, annexivo vivifico perficiente, ac successivè, consono tempore, ultimante Machinam quamcumque viventem in propria specificatione, & idea universali propria, ac individuatæ texturæ cum singulis, omnibusque subsequentibus annexis, ordine generantium naturalium univocorum, vel propè naturalium, indolemque aptam servantium intromittendi saporiferum mobile figuratum, motu extricandum, & successivè ideandum modulatione seminalium, elasticorum spiralium, omniumque necessariorum internorum, externorumque coadjuvantium tantum deportandum generationis vivens opus, Machinamque viventem

ventem ſtruendam: occaſionalibus quibuſcumque ſufficientibus ideationes tribuere, non neglectis, tam naturali neutralitate, quàm aliaque modulatione, & quacumque apta traduci, etiam monſtruoſa, & violenta, diſſono ordine, morboſa defectiva. Opere prætium viſum eſt in tanta anatomica, & mirabili, ac vivente Machina ſiſtente in ſyſtemate ſic oſtenſo; aliqualem clariorem, præſtantioremque habere, nec reticere explanationem, dum ſinguli antecedentes Iconiſmi à primo ad ultimum demonſtrant ſeminum quorumcumque, ſivè ovulorum ſtructuram, rudemque vegetativam plantulam internè ſervatam in diverſitate figuræ ſpecificæ modulatam; in ſaporibus extricari diſtinctis, & in motu deferre operationes viventibus ſpecificis, & individuis univocas. In oviparis, & ſucceſſivè viviparis miſtis ideas ſimilitudinis, & extricationis generativæ fundari in ſaporum, figurarum, & motuum modulationibus, Mobilis deferendi, & organici conſtruendi. Anima Rationali ſemper Principali magiſtra in Machina vivente, humana, in qua ſuas agit rationales operationes intellectivas, volitivas, & memoriæ, omneſque ſingulas, quibus gaudet, & ipſa in organico animato humano vivente.

II. Omne quippè herbaceum, plantiferumque ſemen, ſivè ovulum propria naturali capſula ſervat rudem extricandam ſpecificam plantulam in ſaporibus ſic impreſſam, ac in ſuo univoco mobile figura, & motu indè augendam extricatione fermentativa, & intromiſſione mobilis nutrientis ſaporiferi figurati, ac motu auctivo primo ſuctivo intromiſſivo in radicales cavitates ventriculares conſonas; indèque ſyſtolico extramiſſivo, & reſtitutionis in proprium augendum organicum vegetativum, omneſque ſingulas partes ultimatione auctiva perfectiva ideandas, perficiendas in modulatione debitæ molis quantæ figuratæ naturali ritmo ſpecifico, copia, & ſociabilitate ſaporum apta, univoca ſufficienti, motuque delativo, & univerſali in propriis nutrientibus, mobilique fluido: quibus operationum medela, ritmus, methodica craſis agitur: fungoſa actu creſcentia, & vegetantia, verminoſa ſingula in ſuis ideatis fluidis ovulatis, aut ovulandis retinent terminatum ſaporoſum mobile univocum, æqualeque ſuis augendis ſtructuris, & texturis in rudi figura, ac ſaporifera indole, motu extricandum, intromittendum propriis vacuitatibus ventriculi vicem gerentibus, & ſequentes perficere organicas, ordine ſuo, ſtructuras. Oviparorum, inſectorum, maritimorum, & perfectorum ſenſitivorum nulli dubium venit. Semen nullum reperibile creditur non gaudens, non dotatum, non affectum proprio prævalente ſapore, à quo diſcrimen ideale ſuſcipiat; & tanto, talique diſcrimine diſtinctivo; ut hujus vegetan-

tis

tis sapor, hujus fungosi, verminosi, insecti, maritimi, volatilis; & sensitivi cujuslibet, non sit alteri assimilabilis, similitudine tamen specifica; nam graduationis haberi potest, uti diversa dulcia, salsa, acida, amara, acerba, pontica, austera, & innumera patentia; at in graduatione non obtinemus specificationem, sed intensionis, & remissionis numerum, atque gradum: sic insipidum vappidum omni modulatione saporifera carens, ac minùs lapideum, nec extricabile, rigorosè indolem, ac ideam saporis non mereretur; quia Sapor à sapido, & sapidum à salino, & salinum solutione, extricationis, ac ebullitionis motum inducit: ni insipidum solvendo salia, crepitationis motionem deferret, uti singula aquea insipido ducta præbent; certè saporis non obtinerent nomen: etimologicè nomen contrahit Sapor à sapido, sivè salino; & quæcumque mista, similia homogenea, distincta eterogenea majori graduatione salina sunt; sic etiam abundantiori, celeriori modo, extricationis motum patiuntur ex eterogenea apta oppositione, & appositione fermentabilis fluidi, vel solidi dilutione fluida, vel mistione propriæ fluxibilitatis eterogeneæ. Uvarum expressarum generosarum vitium, speciei, & locationis maritimæ, aliæque similis, succus nimis testatur ebullitionis vigorem, graduatione salini. Omnes expræssi herbarum succi tanta graduatione id ipsum demonstrant: insipidæ plantæ, aut herbæ, & quæcumque extricationis motum patiuntur; minori crepitatione præhenduntur, dum insipiditatis onus deportant. Chymica, spargyrica in extractione salium ex quocumque corpore misto vegetativo, sensitivo, minerali (arte solutoria, & fixatoria) id exactissimè ocularitur patefaciunt, dum cimento spargirico innumera salia ex viventibus, succisque herbis, plantis, & animalibus, ac metallicis detrahunt, separant, uti vitriolacea, jovialia, saturnina, martialia, argentea lunæ, aurea solaria, viperina, succinata, cervina, urinaria, nervina animalia, fulginosa, & sinè numero tanto cimento electa; & graduatione mistionis, & salinorum fluidorum contentorum, ac continentium. Unumquodque salinum à suo misto deportat saporis indolem, quantum molis, figuræ signaturam pyramidalem, cubicam, oblongam, triangularem, pentagonam, esagonam, octoedricam, prismam, conicam, cylindricam, tetraedricam, propè spiralem, dodecaedricam, icosaedricam, poliedricam, sphæricam, quadrilateram, &c.; & sicuti quisque sapor est; talis ei corrorespondet æqualis figura, indè consonus motus extricans movens, perficiens ideans; ut elexipharmacus sapor, diureticus, urethicus, stomathicus, cordialis, nervinus, & reliqui singuli; qui sapores diversimodè uniti, copulati, tam ideatione in-

 fusoria,

fuforia, falina fociabilitate, & quæcumque alia modulatione habita, poffunt innumeros parere fapores diftinctos, diverfos, varios. Abecedarii litteræ, fivè elementa; colorum miftiones in arte pictoria: Linearum delatio Circularis, Parabola, Iperbolica, Ciffoida, Concoida, Cicloida, Spiralis, &c. innumeras fpecies fignare apta, capax eft ex diverfa modulatione, & diftinctas, variafque figuras: In Abecedario dictiones, ideomata, volumina. Imagines, & colorata pulchra, turpia, neutra, & multiplicatæ innumeræ ftructuræ effigiata in miftione modulativa colorum: Coquinaria archimagyrica ars in faporofa conquifitiffimis cibis extructa menfa quotidiè palàm annotat. In Ovulo femine dicto vegetantium quolibet fpecificato, ac omni alio quocumque vegetationis motum intrinfecum habente, ac aptum extricatione fermentativa fieri; reperibilis eft, & de necefsè refidet innatus primogenitus perfectivus fapor naturalis univocus fervatus in proxima teneriori membranula immediata, & duriori annexa exteriori: Amnios illa, Chorion hæc; & in tali capfula, dum incubationis, & folutionis extricatio agitur; patrat, defert fuum proprium munus, & fermentationis actum. Tot Sapores diverfi, quot diftincta ovula fpecie difcriminata, & varia femina dicta. Innumeræ fpecies in vegetativis herbaceis, & plantiferis, & tanti funt fequentes varii fapores; in fungofis fimile offervandum: in fluidis ovulatis, & ovulandis; fic pariter verminofis (fat oftenfum fuperioribus paginis); nam de oviparis, ac viviparis cujufcumque fpecificationis, lumine meridiano clarius hoc totum venit.

III. Retinet Sapor qualifcumque in fuo mobile fluido annexum activum extricabile effe, ordine fpecifico, & individuato: quale extricandum activum fpirituofum fpirale elafticum effe debet, ut effervefcentiæ motum expanfivum agere aptum, idoneumque fit; & quo fpirali intromittatur ebullitionis diaftolicæ impulfio paffiva, & fuccedanea neceffaria confequens expulfiva fyftolica reftitutionis, ut mobile faporofum fluxile fpirali dotatum deferatur partibus rudibus perficiendis, & toti organico ultimando in trina fpecificata dimenfione confona naturali, & fucceffiva multiplici intrinfeca modulatione: & ex primordia feminis, & ovuli textura fluida fiant continuæ fucceffivæ fermentationes perfectivæ diftinctæ ex terminata, & propria fpecie faporifera: individuatæ organicæ partes, & organicum ipfum perficiantur.

IV. Unumquodque quomodocumque afficiens fenfum guftùs jucundè fuaviter, moleftè, infuavique punctura; meretur nomen, indolemque faporis fapit: nec paffibilitatis fenfatio in, & ab organo guftante habetur, nifi ab extricante motu efpanfivo, fivè receptivo,

& fa-

& saporifera universali idea intromissa: lenitas, asperitas, blandities, delectatio, punctura, spinositas afficiens, vel officiens in sensu tangibili: quodcumque coloratum pulchrum, molestum, turpe, neutrum in visivo: suave, insuave, odorum, fœtidum in odoratu: armonia, dissonantia musicalium auditum tenent. Quodcumque ex his suum passibile reddit organicum motu Extricationis ductivo, & successiva modulatione expansiva jucunde afficit, aut molestè officit consonum organicum individuum (primario advertente universali sensorio) non dissimili ordine, ac Mobile fluidum: si naturale erit, restaurans est organicas univocas partes; si præternaturale morbosum spinosum, fiet officiens, molestans, organicum, & universalitèr Machinam viventem vegetativam, & qualemcunque sensitivam specificatam: his demostratione habitis. Omne saporosum Extricationis motum parit, ducit, defert suo patefacto naturali gustanti organo, & sensationis passibilitatem extricatione saporifera producit; at omne qualecumque semen, seu ovulum herbaceum, plantiferum quassatione, sivè expansione, & solutione salina sensibili, vel insensibili, levi, mediocri, gravi manifesta ex intromissione fluidi solventis sua salia saporifera, vel spirali delata elastica vi: hoc totum intrinsece suscipit, undè passibilitatis extricationem, & fermentativum suscipit motum saporiferum: quæ nullius saporiferæ innolis erunt, nec gustum afficiunt, neque officiunt, minimèque extricationis motum patiuntur, & non viventia, nec virentia mista, sed mortua corpora dicuntur. Non excipiuntur, neque seclusa sunt à tali, tantaque serie mista quæcumque etiam metallica, uti saporifera, & quia gustui subajcent; ideo capacia, aptaque reperiuntur modulatione solutionis, & intromissione fluidi consoni, recipere passibilitatis saporiferæ motum, & extricationis activam expansivam fervescentiam (ut Chymica annotat) & tantis diversis, distinctisque varietatibus, quantæ aptæ in iis fieri possunt modulationes multiplices.

V. Multiplicitas odorum, tangibilium, musicalium, dictionum, colorum diversa, & multiplici varia modulatione instruit, defert, ideat sensus singulos tanta etiam multiplicata distinctione organicum quoque ipsum, & capacem viventem machinam; & individualibus ideis passibilitatem sensationis motu, & motibus extricativis ductivis, ac intrinseca expansione consona organico, & ideativæ susceptioni. Quodlibet fluidum occupando propriam organicam sedem, illam ingreditur, & afficit extricabili ductivo motu, & expansione receptiva, ac susceptiva mobilis fluidis: sic chylus ingrediens racemosam lactęam capacitatem, & sedem: lympha suas glandulas, & propria vasa: biliarius succus cysticam capsulam, & univer-

 sa-

fale cruorizandum petit cordis vacuitates, illius dexterum ventriculum, indè fucceffiva vafa, finiftramque capacitatem, omnefque alios deferentes ductus. In hac univerfali paffibilitate faporifera, individuata extricatione, diftinctione, & diverfitate imprimentis activi fpirituofi fpiralis, extricati faporis, & extricantis fervefcentis, ducentis fpiralis fervefcentis, & crepitantis mobilis, fit opus jucundum nutritionis naturalis;& dum mifcentur fluida multa eterogenea, caufa gyrematis univerfalis, pariunt innumeros fapores, ritmo naturali univocos, & partibus fimilibus, licet diverfis affociabiles; undè fapor varius, diftinctus in fingula componente parte, finguloque individuato particulari organico una infimul cum aliis neceffariis ftruendo Machinam viventem: horologii partes diverfæ modulatæ, colorum miftio, abecedarii compofitio, linearum delatio: horologicam ftructuram artificialem, ftructam picturam, annexam dictionem, delatam figuram deportant in artificialibus; at in naturalibus intrinfecifque viventibus præftantiori, veroque agitur motu, ideatione, intrinfeca textura.

VI. Fit Mobile fluidum faporiferum actuale extricabile activum fpirituofum expanfivum, & ductivum, fivè ducibile in omnibus vegetantibus, & ab intrinfeco crefcentibus, & in fingulis fenfitivis cujufcumque fpecificationis; & fpecificum, individuale diftinctum, varium motu, & modulationibus diverfis fpecificis innumeris: naturalibus, occafionalibus, neutris, moleftis, morbofis ideationibus, & fenfum guftus paffibilem reddendo, diverfimodè extricando jucundis, adverfifque fenfationibus. Hanc faporiferi mobilis fluidi ideam, & fpecificam ftructuram, indolemque nancifcitur quolibet ab intrinfeco vivens vegetans, fenfitivum ex primordia univoca generatione.

VII. In fœcundatione primordia generationis tribuuntur faporiferæ ideæ à virili fœcundo femine, & fapore feminali fœcundantur fluida ovaria fœminea intra ovum contenta, & rudem pulliferam imaginem, ac ftructuram pulli fervantia: quippè incubationis fotu delineationes pulliferæ obfervantur, quæ extricationis motum fufcipiunt, & fucceffivè formationis, fivè ftructuræ indolem recipiunt perfectivam, ac denique ultimatam decimo nono, vigefimo, & aliquando vigefimo primo. Vegetantia Semina triticum, cicer, faba, hordeum, & fingula retinent rudem plantam perficiendam extricatione germinali, & germinis fœcundantis: ova oviparorum, infectorum, cæterorumque in propria fluiditate poffident fœminea fluida extricatione faporifera fœcundante mafculea extricanda; at delineatione rudi non privata pullifera in propria fpecificatione, & indivi-

dua

dua similitudine, etiam occasionali sufficienti: oculus videt; primis diebus incumbatio nimis sat ostendit. Vivipera utero conclusa ova fœminea motu generativo in latera uterina delata, id ipsum non excludunt, dum maris fœcundantis saporosum prolificans semen similem extricationis primum agit motum, & sequentes perfectivos matris fotus, nutrimentum, & annexa sequentia necessaria; ut in primis vegetantibus dicatur Germinatio, in secundis Pullulatio, in ultimis perfectis Viviparus Partus: in singulis his sapores seminales fœcundantes masculei extricantes, & fœminei passibiles fœcundati extricati in rudi contenta plantula, vel herba, pullo, sensitivo. Sensim ideantur, augentur, perficiuntur sapores singuli naturales, & naturali ritmo, & graduatione partium struendarum, & totius organici viventis ultimata textura, & perfecta compositione annexiva, successiva, earumque delineatione, & omnimoda modulatione organica in tanta specifica, & individua Machina vitam habente; & uti fluida perficiuntur, sic etiam sapores, & cavitates, & sedes saporum organicæ continentes ultimantur in genito vegetativo, oviparo, viviparo; ordine continentium, & contentorum, modulatione scatentis, & scaturiginis, generantis, & geniti, ideantis, & ideati singuli sapores singulas habent, fabricant scaturigines, cavitates, sedes proprias in specifico individuo vivente; nec propriis figuris consonis, atque motibus correspondentibus, & aliquali fraude capiuntur sapores naturales, aut privantur.

VIII. Generantur in mineralibus terræ fodinis metallica suscipientia sapores illos, ideasque individuas minerales ipsis univocatione æquales, & totum saporiferum esse ab agente, mobile, vacuitate, & omnibus necessariis annexis terreis, elasticis, & coadjuvantibus eorum saporiferam structuram; & hoc intromissione mobilis fluidi actualis, & extricabilis ductivi, ac expansivi motùs, quo indiget quilibet extricabilis sapor cujuscumque misti, sivè viventis, vegetantis, ac solidi capacis extricatione: omnia mineralia ferrea, ænea, saturnina, jovialia, vitriolacea, & reliqua solutione vinculi nodositatis, & figuræ, fiunt capacia, uti de facto sunt talia, fluidis associata, vel consonis menstruis unita, & successivè tribuere suas saporiferas ideas, vires, & motum ductivum operationum ipsis univocarum, & saporibus totum hoc extricandum, deferendum opus.

IX. Undè succi saporiferi è vegetantibus expressi, & industri Chimica ab illis salia, spiritus, & tincturæ, aliaque habita, elicita, & à quocumque misto cujuscumque ordinis, & specificationis, retinent, conservant actuale extricabile activum expansivum, & intromit-

tendo

tendo totum id denotans, exprimens, & ideans organum g uſtùs; hujuſque paſſibilitatem afficiens modulatione ſuæ propriæ ſtructuræ; & ſpecificationis, tali ritmica inſinuatione extricante, ut lydius lapis ſaporum annotetur, & ſignando ideam, quamvis rudem, v.g. acidam, auſteram, ponticam, acerbam, ſtypticam, acrem, amaram, muriaticam, ſalſam, dulcem, aromaticam, armoniacam, ſulphuream, & ſingulas innumeras alias tantàs multiplices, quanta erunt miſta varia, diverſa in omni ſpecificatione, ætate, tempore, modulationibus, & miſtionibus diverſis, & variis, & arte parata, ac annitemporis ſuceeſivà occupatione, mutatione elaſtici ſpiralis, & diſcrimine, irradiatione, maturatione, occaſionalibus ſingulis cooperantibus, efficacibus non neglectis: Mercuriales præparationes, ſtybiatæ modulationes, Magneſiæ depurationes, omniaque alia è Mineralibus, vegetantibus, animalibus elicita ordine oleorum, extractorum, ſpirituum, tincturarum, magiſterii, ſalium, diaphoreticorum, diureticorum, emeticorum, aſſumentium, abſtergentium, ideantium univerſali, ac individuo ſapore, & annexo extricante, & perficiente motu maxime oſtendunt diſtinctos operandi motus ex diverſitate multiplici modulationum.

X. Retento, habitoque in fluidis, ſolidis, miſtis ſingulis ſaporifero eſſe, ut non ſit miſtio organica, vegetans, ſentiens, metallica excludens ſaporiferam indolem; nec reperibile ſaporoſum, quod incapax ſit ingredi miſtionis, ac ſtructuræ modulationem, ſequitur ordine naturali ſuccedaneus fermentativus motus; nam ſapor extricabilis eſt, & extricabile ſaporoſum eſt; nec reperies extricationis motum ſinè ſapore, aut ſaporem non extricabilem; & tanta diverſitate fermentativa tantum agitur opus, quantæ erunt ſaporum ſpecificationes, & multiplicatæ modulationes, oppoſitione naturali tamen ſaporifera excitatur extricationis motus, ac primæ crepitationis, ac naturalis ſpiralis intromiſſio, dum totaliter univoca non ſuſcipiunt fermentationis motum, niſi mora aliqua occaſionali alienante univocos ſapores, v.g. acidum, & acidum amarum, & amarum (diximus totaliter univoca, nam non totaliter talia crepitare aliqualiter poſſunt) extricantur amarum, & acidum, alchali, & acidum, & reliqua; at quæcumque omnimodè univoca minimè deferunt, ſuſcitant, crepitant, niſi moroſa temporis intercapedine, quæ totalis ſaporiferæ univocationis indolem auferendo, etiam alienat ipſorum univocationem, undè aliqualis extricatio contingere poteſt: non naturalis tamen, & perfectiva, ſed defectiva moleſta. Motus ergo conſequitur ſaporiferum eſſe, dum duo, vel plures ſapores oppoſitione naturali gaudentes, & affecti una ſimul annectuntur, & copulantur, & motus fiunt

fiunt extricantes primi graduatione saporifera, & diversitate specifica saporum; ut Salivale, Esurinum, Pancreaticum, Biliarium, Lymphaticum, Nerveum, & singula alia sic, talemque motum extricantem concipiant, sicuti sunt eorum copulatæ annexiones, v.g. Lymphaticum cum biliario, Pancreaticum cum Salivali, Biliosum cum pancreatico, & ità observandum in omnibus, singulisque fermentativis extricationibus secundum varietatem copulationis: hic flavus colorum rosaceo, flavus cum cæruleo, viridis cum rubro, & sic de reliquis: Abecedarii notæ distinctæ varias componunt, instruunt dictiones. Linearum delationes diversæ innumeras modulant figuras; in artificialibus extrinsecis hoc tantum diversum evenit opus; excellentiori ritmo, & præstantiori motu in copulatione, & intrinseca modulatione saporum naturalium necessario occurrit.

XI. Annotatur Motus extricationis in quolibet etiam fluido specificato in proprio organico, saltem motus restaurationis in naturali capacitate ventriculari: sic Salivale in vase salivale organico, pancreaticum in pancreate, biliosum in fellea cysti, esurinum in plicis stomathicis, lymphaticum in ramis suis, &c.; attamen quodlibet fluidum omnimoda simplicitate non gaudet, sed eterogeneitate aliquali afficitur: diciturque subacidum, biliosum amarum, lixiviale, &c. ex prævalente sapore, v. g. subacido, amaro, lixivioso (non remotis tamen subalternis saporosis impressionibus) indeque est nancisci aliqualem motum fermentationis proprium annexum naturalem, licet notabiliorem, ac visibilem præstantiorem concipiat annexione copulativà cum suo oppositio, sed naturali (de præternaturalibus aliter habetur, ut sat Iconismus de restauratione fluidorum in propriis sedibus demonstravit) & diversitate speciei fiat distinctus aliquantisper motus extricationis in singulo fluido. Salivale caninum præstantius equino, bovino, ovillo: biliosum leoninum valentius simiale, canino, lupino: lymphaticum humanum præstantius equino, lupino, leonino: esurinum lupinum efficacius ovillo, ursino, bovino: sic avium stomaticum fluidum nobilius cæteris. In his distinctionibus specificis habetur consequens motus extricationis efficacior, mediocris, debilis, quamvis biliosum in singulis lymphaticum, pancreaticum, &c.; & hoc evenit ex specifica implantatione ideali ex specie orta: fermentum panificium magis, minusve extricans farinam tritici, fabæ, hordei, ciceris, cæterorumque frumentaceorum, ut superioribus ostensis constat. Motus ergo consequitur indolem saporis primario, & graduationem specificam secundario circa idem denotatum fluidum vel salivale, vel esurinum, vel biliarium, vel pancreaticum, nervinum, quod in reptilibus efficacissimum est: serpentes, viperi-

na

na, lumbrici, insecta signant Patentissimum documentum nervinum.

XII. Retinet sapor primam extricationis motionem, spiralemque expansionem in primo suscitato sivè intromisso spirali in puncto saliente cujúscumque ovulationis sivè verminosæ, oviparæ, viviparæ terrestris, maritimæ, insectorum*, volatilium, cæterorumque. Semina herbacea, & plantifera ovula vegetantium extricationis primum motum suscipiunt in germinatione initiativa ex soluto sapore: qualem universalem motum germinationis agnoscimus in qualibet specie seminis vegetantium, eumque celerem, celeriorem, celerissimum obtinemus, vel morosum, morosiorem, tardissimum ex indole saporifera, ejusque structura, & mole figurativa, ac elastico spirali incubatione, vel fotu terreo, fluidoque apto intromisso; vel annitemporis efficacia, uti contigit in ovulis bombicum, quæ semina susceptione verni spiralis elastici, remota quacumque incubatione, enascuntur, & excluduntur in structuram vermis spirale elasticum primum necessarium in quocumque motu ab intrinseco, tam germinationis, quam pullulationis, & viviperi partùs; nec excluditur motus vermium productorum in qualibet herba, fructu, planta, radice, fungoso genere cujuscumque specificationis, delineationis, structuræ, compositionis.

XIII. Universalitèr illum agnoscimus motum ab intrinseco naturalem, quo operationis cujuslibet intrinsecæ nova positio idealis in misto fit ab agente univoco, vel apto: quam novam idealem positionem annotamus in fluido saporifero extricato figurato, organico, & mobili quocumque capaci moveri, ideari: in Misto fit, nam primus motus semper extricationis est, & extricatio requirit aliqualem dualitatem eterogeneitatis: ab agente univoco, vel apto; ad explanandas æquivocas generationes, monstruosas, neutras, aliasque; licet tales novationes productæ ingeniosè consideratæ, semper à simili univoco fiant, quamvis agens non univocum appareat. Concipitur monstruosum, sed idealis movens, imprimens cogitatio, aliudque agens univocum est concepto delato effectui: omnes morbosæ ideatæ affectiones, ac præternaturales; at præternaturales, & molestæ sunt naturali organico depravata; attamen univocæ suis agentibus, illisque consonæ, & succedaneæ.

XIV. Motum in præsenti non scrutamur progressivum, antagonisticum muscularem, localem, & successivam spatiis occupationem itinerantium, aut voluntati subjectum sub velle, & nolle; dum nostrum opus non has quæstiones distinguere, sed naturalem necessarium fermentantem universalem, ac indiuiduum structum, initiatum

tum

tum, perficientem, ultimantem operationes naturales necessarias, consonas, consequentes, & modulatas ritmo naturali in qualibet machina vivente vegetativa, sensitiva, sivè vivepera, aut ovipara, motum illum extricatum à consono apto agente in saporifero fluido, vel solido organico, aliove, intelligimus. Sit motus generationis, germinationis, pullulationis, fœtationis. Sit motus fermentativus restaurativus omnium, singulorumque naturalium fluidorum machinæ viventi necessariorum; scilicet salivalis restaurandi fluidi, esurini, subacidi, sulphurei saponarii, lymphatici, nervei. Sit motus universalis fermentativus chylificationis, lacriferus, seminalis, cruorizans. Sit motus expansivus diastolicus susceptivus, systolicus expulsivus restitutionis. Sit motus depurativus, filtrans, separans utile ab inutili. Sit motus delativus nutrientis mobilis. Sit motus suctivus nutriendi organici, & cujuslibet individuæ reficiendæ partis. Sit motus annexivus, auctivus, identificans, univocans, nutriens nutriendo, sivè augens productivus ducens mobile flnidum in solidum restaurandum. Sit motus restitutionis superflui à nutrito in venosam assumentem vacuitatem. Sit motus universalis gyrematis, polychresti fluidi ab arterioso in venosum genus. Sit motus peristalticus intestinalis. Sit motus cujuslibet fluidi à propria sede, & cavitate per consonos canales, & regressum ritmicum fluido æqualem: qui motus, quamvis locationem aliqualem deferant; at in eodem organo semper annotantur, & fermentationis indolem sapiunt.

XV. Extricationis motus primus est generationis viviparæ, oviparæ, germinationis cujuscumque generis, & specificationis. Seminalis fœcundans sapor extricat motu, & fotu materno intrinseco in viviparis, & extrinseco in oviparis incubativo, sed intrinseca movendo fluida: tanta apta intromissa spirali elasticitate, ut materna ovulata fœminea lluida insensibili, ac tenuissima delineatione structa, motu elastico spirali seminis fœcundantis sensim, & successivè perficiantur. Ovula vegetantium semina nuncupata continendo in propria structura rudem plantulam, vel herbam, deducuntur germine seminali in actum germinationis perfectæ, & hoc à germine nuncupato gerente vices fœcundationis: quo remoto, aut notabiliter læso, nec germinationis fermentativus extricans motus, nec herbulæ, vel plantæ enascens actus: deficeret seminalis sapor fœcundans contenta in semine, sivè ovulo herbaceo, aut plantifero: subventaneum semen esset tritici, fabæ, hordei, & cujuslibet vegetantis, dum abesset seminalis fœcundans extricandus sapor, & ex-

tricans motus; uti idem in singulis ovulis viviparis fœmineis, ac oviparis accidit: nec germinationes, nec pullulationes, neque fœtationes in lucem prodire possent. Fovet terra mater ovula plantifera: fœmina ut plurimum incubans ovipara, vel aliud gerens aptum incubationis fotum: in viviparis solus materaus fœmineus uterus: in singulis generibus, & speciebus tanto tempore, talique annexione, & æqualibus opportunis occurrentibus uti ovuli specificatio erit, tam in vegetantibus, quàm oviparis, & viviparis.

XVI. Terminato, & ultimato in sua structura organico vivente, tam ordine continentium solidorum, quàm contentorum fluitantium naturalium, indiget quodcumque vivens continuo successivo pabulo apto consono, univoco; & hoc polychrestum necessitat necessitate partium diversarum, & fluidorum variæ crasis tantam machinam componentium. Est statutum tale fluidum in opere, & motu chylificativo ex cibis, alimentis idoneis, & magis æqualibus, associabilibus, ac assimilabilibus partibus restaurandis singulis continentibus, & contentis, & necessariis ad substentandam talem machinam ordine suo specificatam. Chylus est, qui motu extricationis primario, & perfectivo subsequenti conficitur ex deglutitis, & assumptis idoneis alimentis; & occurrentibus omnibus ferè fluidis naturalibus ad ultimationem tanti præstantis chyliferi motus, & ideati chyliferi fluidi (ut ex ante ostensis) ad illius medelam, universalemque alituosam restaurationem associentur salivale primum extricans, lymphaticum diluens, & illuminans, subacidum mitissimè solvens, biliarium sulphurizans, nerveum movens illuminativum, arteriosum fovens spiritualizans, venosum conservans, & annexa reliqua esurinum struentia stomathicum: his omnibus universalis chyliferus agitur motus fermentativus: & hæc omnia in stomathica ventriculari sede anathomicè notantur.

XVII. Motus cruorizans ex spirali elastico, ope inspirationis ex pulmonalibus capacitatibus, & in vasa, ductusque coronatos, cordis superiorem structuram componentes, translato; & illuminationis, ac micationis ideam ducendo cruori vitaliter ideando vi, efficacia, & lumine cordialis principalissimi organi, ordine propriæ structuræ musculosæ, & intromissione diastolica spirali, fluida saporifera eterogenea, ac lumine servato, tanquam præstantissimo insito necessario ad diastolizationis susceptivæ intromissionem, quàm systolicæ restitutionis micantis spirituosi, volatilis luminosi fluidi structi in tanta præstanti cordiali sede; fit in his, & ex his universalissimus

fer-

fermentativus motus cruorizans, spirituascens, illuminativus micationis dictus: quo in motu chyliferum fluidum ruditer continens fluida singula ducenda propriis sedibus, cruorizatur, & in novum fluidum polychrestum ducitur multiplicatis modulationibus diastolicis, & systolicis, ut chyliferum ipsum tantis capacitatibus, coronatis canalibus, ventriculis dextro, & sinistro, & pulmonalibus organicis spirale necessarium elasticum intromittatur, sine quo nec motus, nec fermentatio, nec micationis spirituosæ illuminatio obtineri possent; ut luciditas, rosciditas, balsamica modulatio, & perfectiva opera; quin etiam tanti spiralis cænositas, depravatio, obtusio, & depravationis vitia toti, tantoque cruori universali, & singulis ex eo, ipsoque conficiendis fluidis successivè a pulmonibus, coronatis canalibus, & cordis ventriculis ducantur universæ machinæ viventi, omnibusque fluitantibus, & etiam solidis continentibus. Susceptivus diastolicus, restitutionis systolicus, cruorizans fermentativus micans motus est.

XVIII. Oritur delativus motus mediis ductibus arterialibus in quamcunque nutriendam partem, & qualemcunque cavitatem individuam continentem, suscipientem, ac ideantem annexum proprium fluidum lymphaticum, subacidum, saponarium, salivale, omneque aliud restaurandum ex polychresto fluido, & universali vitali sede emanante.

XIX. Tantum adimpletur opus motu universalis gyrematis à principali, præstantique vitali organico, mediis arteriis deferentibus in quodcumque nutriendum, & à venosis canalibus superfluum assumentibus anastomosea annexione.

XX. Utilium ab inutilibus fœculentiis depurativus motus, ac filtrationis indolem sapiens agitur capacitate, & structura emunctoriorum suscipientium illud omne extrusum, ac segregatum ab utili roscido apto nutriendi partem, aut partes, quibus annectendum est, & hoc fit aliquali præcedenti extricatione cribativa, & immediata susceptiva capacitate figurati, & æqualis emunctorii; & hujus multiplicitas, & varietas in machina organica vivente habetur ex distinctione, & diversitate fluidorum cribandorum in sapore, & figura specificatorum, & discriminatorum: qui cribationis depurativus motus parit annexivum restaurativum nutritionis actum, ac viventis stabilitatem in debita trina mole quanta, & successiva restauratione luminosi vitalis, & universalis nutrientis, causa deperditi mobilis quotidiani. Talem universalissimum motum Nutritionis adimplent mobile saporosum, figuratum, media, ductus, ven-

 triculares

tricularcs capacitates, & annexio concentrica nutrientis, & nutriendi in vacuitatibus replendis, & accretionis quantitativæ indigentibus.

XXI. Ut propagationis perpetuitas obtineri possit in speciebus, debet servari seminalis fœcundationis motus idealis, & similitudinis. Agitur adulto, ac perfecto vivente, & ope terminatorum virilium pubescentium organorum, in quibus sapor fœcundationis adest, & fluida puriora ad tantum præstans organum delata ex vivente machina uuiversaliter: ibi ideationis seminalis saporiferæ figuratæ agitur impræssio medio motu fermentativo seminali, ut consono tempore fœcundationis actus fieri possit, servato seminali fluido fœcundante in propriis capacitatibus, ac seminariis vessiculis; ut superiùs latè dilucidatum venit. Tribuitur motus extricationis fluidis fœmineis à sapore fœcundi feminis.

XXII. Multæ mammariæ glandulæ mammis annexæ ideant chylosum succum delatum in lactis texturam, ut vitia, & pravitates chylosi fluidi transferantur lactifero corpori fluido: conficitur hoc opus lactiferum idea saporosa figurata, & motu fermentativo, uti passim dilucidatum estat præcedentibus paginis: his motibus ultimatur nutritionis ritmus in vivente qualibet machina, & propagationis successivitas.

XXIII. Non secludendi sunt motus fermentativi occasionales in fermento quocumque panificio, aut panificii vicem gerente: nec tantarum mistionum saporiferarum, uti omnium oppositorum succorum, saltem eterogeneorum expræssorum ex herbis succorum: uvarum fermentatio ex contusione, & præssione, aliorumque omnium arte, vel occasionali appositione, & oppositione unitorum, & mistorum: quibus fermentativus contingit motus ex saporibus, figurisque appositione, & oppositione acervatis: quæcumque non excludenda mista.

XXIV. Aliena figura terminantur fluida naturalia qualiscumque ordinis erunt in statu violento: nec contentum quodcumque in vase fluidum figuræ longæ, cubicæ, rotundæ, triangularis, aut alterius; si tale continens vas scindatur, retinebit eandem figurationem, ac continentis erat vasis: adipiscitur propriam naturalem suam, à qua violenter discessit. Quid aqua, aere, igne fluidius, licet spirituosum, magisve volatilius reperibile sit: primariis naturalibus figuris pyramidalibus, spiralibus, rotundis intrinsecè gaudeat majoribus, mediocribus, minoribus, exilissimis: flumen, pluvia, gutta: spirale ætherum, mediocre, usuale: ignis fornax, lu-

lucerna, scintilla. Præssione, Restrictione, Impulsione violenta facta, ac modulatione quacumque non consona, nonnaturali, non propria; statim erumpunt, reverberant, & sistunt propria vestigia. Tanta præssione afficitur aqua, talemque occupat altitudinem, quanta erit graduatio majoris, & minoris ponderis inter præmentem, & aerem, & præssam aquam; nec capillarem excedet, aut occupabit altitudinem ascendendo. Tanta spirali violenta figuratione præmitur aer, & præssione afficitur, quousque naturales intimæ figuræ annecti possint, & servari; aliter crepitat vas, non ratione vacui, sed causa resistendi destructioni totali propriæ figuræ, spiralique motui: nec Boylana pneumatica machina totalem aeris expulsionem, ac extractionis suctionem patitur, fert, aut permittit. Reliqua elementa ordine, & modulatione consona id ipsum exprimunt. Aqua præssionem tantam tolerat, quanta non dissipat figurationis totalis extinctionem rotundam: ignis coactus, reverberii actum agit tamdiù, ut angustiori locatione non amittat pyramidalem acutam figuram; sin minùs propria omnimoda violenter præssa figura seipsum extinguit: Omnia naturalia hæc remoto obice, & ablata violenta locatione præssionis, quam nimiæ dilatationis (qualem rarescentiam dicunt, nos figuræ modulationem capaciorem ex intromissione novi quanti alieni sæpè sæpius, vel neutri) adipiscuntur naturalem figuram pyramidalem sphæricam, propriamque; nec expansio, aut laxatio; præssio, & restrictio usque dum duci possunt, ut alienatio naturalis figuræ corpori consonæ, omnimoda fiat.

XXV. Terminantur violenta termina figuratione fluitantia corpora; at naturaliter annectuntur, & gaudent suis figuris: solida exilia corpora, v.g. arenarum, cinerum, auri, argenti, plumbi, & reliqua acervatim unita, licet multiplicia innumera alieno contineantur vase; attamen singula exilis, quanta moles suam consonam servat figuram argenteam, auream, æneam, ferream, &c. quamvis a locante continente vase externam suscipiant figurationem. Fluitant fluxilia aquea, aerea, ignea universalia acervatim; at propriis figuris dotantur innumeris, multiplicibus unitim, ut supposita elastica præssione, vel expansione, laxatione; non deperdant propriam figurationem, nec naturale pondus. Salivale, lymphaticum, nerveum, pancreaticum, biliarium, & singula chylifera, & cruorizata fluida naturales servant figuras, licèt annexivè, & acervatim gyrematis motum universalem, vel individuum adimpleant, & ità à principali movente, & machinæ viventis motu reguntur, præmuntur, expanduntur, laxantur diastolica, & systolica micatione.

Unus

XXVI. Unus quilibet individuus ſuccus ſpecificatione naturali terminatus ſuum agit extricationis motum, & ſucceſſivum eſurinum, ſaponarium, micationis, dilutionis, luciditatis, irrorationis, ſalinum, ſubacidum, amaricantem, lixivialem, & individuum proprium, uti fluidi ritmus, & ideatio naturalis eſtat: cuique ſapori univocatur, aſſimilatur conſona figura varia, & diverſa ab alio ſapore: non eadem figura pungit ſalinum, ac delectat ſuave dulce roſcidum reſtaurans: ſubacidum non retinet figuram amari; nec amarum figurationem lymphatici. Sunt naturales multiplices in machina vivente ſapores diverſi; pariter etiam, figuræ diſtinctæ ipſis annexæ, ut quilibet ſuam conſervet terminatam figuram, individuatam figurationem: in ſalium extractione tanta ocularis diverſitas obſervatur.

XXVII. Reficitur glandula glanduloſo fluido, muſculus muſculoſo, oſſa reſtaurantur oſſeis ſuccis; & annexio nutrientis, ac ejuſdem retentio in ventriculari capacitate cujuslibet nutriendi fit retentione, & retentio agitur æquali, univoca, & ſimili figura: incapax retentionis eſt illud diſcrepans figuratione; nam annexio fit appoſitione concentricitatis: circulus à circulo, pyramidale à pyramidali, triangulum à triangulari, quadratum à quadrato, conum à cono, cubum cubico, octoedricum octoedrico, eſagonum eſagono, & de cæteris idem demonſtratur: infallibili ſenſatione guſtus afficimur ex figuris diverſis extractorum ſalium vegetantium, & à mineralibus, animalibuſque obtentorum, diverſos ſapores illis ineſſe. Salis diverſa, variaque figura, etiam ſaporis diſcrimen; qualis figura, talis ſapor: quale ſaporoſum, ſimilis figuratio. Sunt multiplices diſtinctæ figuratæ partes, ac æquales ventriculi partibus organicis reſpondentes; ità quoque figuræ univocæ talibus capacitatibus concentricè annectendæ à fluidis nutrientibus, & ſimilitudine figurationis retinendi mobilis reſtaurantis: oſſium vacuitas à figura fluidi oſſei replenda: muſculoſa à muſculoſa, & de ſingulis, reliquiſque reſtaurandis idem obtinetur: nec circulus à pyramide, vel eſagonum à cono.

XXVIII. Arteriæ, venæ, glandulæ conglobatæ, & conglomeratæ, canales nervei, lymphatici, pancreatici, urethici, biliarii, ſalivales, chyliferi, lactei, ſeminales, & ſinguli reperibiles in machina vivente non retinent eandem figurationem univocam, æqualem; ſed tot diverſæ figurationes omnium ventriculorum, ductuum, canalium, & capacitatum inter ſe diverſitatem ſtructuræ retinendo manifeſtant, quot ſunt ſaporiferorum mobilium fluidorum diſtinctiones, & eorum ſaporum variæ ſenſationes, & oppoſitiones. Sapores, figuræ, ſedes, du-

ductus, canales, ventriculi, vacuitates sic distinctionis modulationem ostendunt, uti eorum specificationes sunt.

XXIX. Latè nimis patet figuratio vasorum omnium, & ideantium organorum dissimilis, & inæqualis ex multiplicitate specifica: non enim omnimoda univoca figura cystici ductus in homine, equo, lupo, bove, cane, & reliquis; sic etiam de salivalibus glandulis, pancreaticis, lymphaticis, corde, cerebro, hepate, renibus, singulisque: in brutis diversæ figurationes vasorum, quia idem lymphaticum, acidum, amarum non univoci saporis in omnibus; & aliqualis graduatio saporis tribuit discriminatam figuram, licet acidum, & acidum; amarum, & amarum. Sapor, figura motus iidem.

XXX In structura Emunctoriorum idem notandum anatomicè venit. Alvina, uretica, auricularia, lacrymalia, naricum, cutaneæ texturæ, & reliqua dissimilis figuræ sunt, sicuti diversa, distinctaque gaudent specie; & hoc causa saporis ducentis univocam figuram cuilibet emunctorio filtranti, ac cribanti tale, tantaque varia saporifera fluida: si lædantur, & molestiis ducitur vivens.

XXXI. Variæ multiplices conservantur figuræ in machinæ viventis singulis partibus; sic in fibrosa textura Parallelogrammum, obliquangulum, sivè Rhomboidea figura, & in decursu lineali Recta, Transversa, Rectangula, Triangula, Trapezia, ut his Antagonisticus musculorum celebretur motus. Musculi enim rotundæ, oblongæ, tringularis, ac pyramidalis figuræ.

XXXII. Multiplicatione componentium distinguuntur figuræ. Ventriculus servat oblongam rotundam, mesenterium circularem, saccus lacteus pyramidalem ovalem, Hepar convexam rotundam, Folliculus felleus subrotundam pyriformem, Lien oblongam, Renes gibbosam rotundam, Ureteres ducunt obliquam canalem, Testes rotundam ovalem, Uterus pyriformem rotundam, Mammæ subrotundam, Diaphragma circularem, Cor conoidalem, Pulmo gibbosam, Caput sphæricam compræssam, Oculus lenticularem, & ita reliquæ omnes partes cartilagineæ, osseæ, nerveæ, membranosæ, & singulæ singulis fluidis, ac emunctoriis similes concedunt figuras.

XXXIII. Cuique specificatæ viventi machinæ insunt diversæ, dissimiles figuræ, singulisque continentibus, & contentis, & tanta discrepante graduatione, quanta talis viventis fert idealis specifica impræssio.

XXXIV. Latior, angustior figura, v.g. Circularis, Ovalis, Pyramidalis, &c. in quacumque machina observanda, & dirigenda naturali

rit-

ritmo suæ specificationis; & si hujus deviabit vestigia, morbosum, ac monstruosum erit.

XXXV. Annectuntur horologii partes in consona, licet eterogenea figuratione, & tanta annexione conficitur motus, & præstantis machinæ miranda textura. Pictura non alienum in proportione partium exigit.

XXXVI. Ratione, & causa figuræ celebrantur naturales, ac præternaturales motus, tam nutritivi, quàm defectivi; cribationes naturæ univocæ, & eidem molestæ, ac morbosæ.

XXXVII. In alienatione totali salubri, figuræ omittuntur, dissipantur, invertuntur; nec reperibilis naturalis figura fluidi in extinctione, & obitu viventis.

XXXVIII. Omnes figuræ consequuntur motus indolem, & motus diversi, distincti chyliferi, sanguinei, lactei, seminales, lymphatici, subacidi, saponarii, nervei fermentativi exigunt diversas fluidorum fermentantium figuras in statu salubri, & pravitatis.

XXXIX. Remota figuratione continentis, contentique fluidi, ac etiam emunctorii, tunc morosum, velocissimum, aut alia molestia afficitur fermentum naturale, & motus consequentes tales fiunt.

XL. Benevalens vivens machina gaudere necesse est propriis consonis figuris in mobile contento, & continentibus capacitatibus.

XLI. Ritmo naturali quodlibet vivens salubres agit operationes, si motu univoco, sapore sociabili, & figura consona gaudebit.

XLII. Et nulla reperibilis salubris naturalis crasis in quacumque vivente machina; sapore alieno, figura inversa, & motu præternaturali una existentibus, aut divisim.

XLIII. Una qualiscumque organica pars, quodlibet individuum naturale fluidum triplici fundamento afficitur naturaliter, scilicet sapore amicabili, figura annexibili, & motu univoco perficiente.

XLIV. Indagatione non indiget quodcumque Vegetans, Insectum, Volatile, Maritimum, Sensitivum omne in sua naturali structura, dum in præcisa singula parte solida, & fluida reperies saporem tali parti sociabilem, figuram naturalem impræssam, & suæ operationes univocum ritmum; & tota machina his structa, his omnibus dotatur.

XLV. Si petas graminis radiculam, frondem, surculum; Insecti he-

hepar, cor, inteſtinum, caput, caudam; avis viſcera, cerebellum, ingluviem, Piſcis interna, & ſingulas partes, & ſenſitivi cujuſcumque individuam partem in ſtatu vegetationis, reperies tantas figuras, correſpondentes ſapores, & ſequentes univocos motus. Reciſa ſervant non diſſimilem vinculi nexum.

XLVI. Quæſo ſyſtema reſpice noſtrum, non inviſam, ac alienam ducere indolem: at naturalem anatomicam cuique patentem, cui eruditus benevolus Lector gratum, amicabilemque ducat animum.

XLVII. Velamine non pauca præſenti continentur ſyſtemate; Momis, Inſciis nauſeabunda forſitan: egregiis litteratiſque Viris non inſipida certò.

XLVIII. Erunt non pauci flocci noſtram Idealogiam facientes: at non eſt arbor magna, quam inimicus non incurrat ventus.

XLIX. Noſtræ laconicæ lucubrationes adhuc madido calamo typis commiſſæ, non alio fine ductæ, ni amicorum benignitate preſſus; erroribus non caret; Typographiæ originalia peccata: tua humanitate ignoſce: nec prolixitatem culpare velis in aliquibus forſan notatis; nam occaſio reddet tibi rationem.

L. Omnibus virtute præditis meum ſyſtema ſubjicio, præſertim iis, qui calamum ſæpè atramento publicæ utilitati gravatum; Poſteritati eorum labores tradiderunt.

LI. Tenet Idealogia hæc proprio ſinu non ultimum ingenioſum ſervatum; ſcilicet initiantibus litteris, totius operis explanata contexta.

LII. Idearum impreſſio non quid negligendum: his ingenuè dubia, ſympathica, antipathica, naturalia, monſtruoſa moleſta explanabis.

LIII. Omnipotenti DEO Optimo Maximo, & Deiparæ Virgini MARIÆ hos meos labores committo, & uti CHRISTI Fidelis deprecor ſuæ Pietatis Oceanum, ut foveat, dirigat, protegat; & ſi quid bonitatis eſtat, ad proximi pervadat utilitatem.

F I N I S.

Errata, quæ plurima propter Auctoris absentiam irrepserant sic corrigito: interpunctiones, & majuscula ipsemet.

PAG.	VERS.	ERR.	CORRECT.
4.	9.	ad talem	*tale*
6.	38.	denarata	*denegata*
7.	28.	spærica	*sphærica*
8.	12.	exenentes	*excrescentes*
10.	5.	excluduntur	*excludantur*
10.	5.	ovipera	*ovipara*
12.	26.	terra	*à terra*
12.	11.	jucundesque	*jucundosque*
13.	2.	disparæ	*disparet*
13.	31.	figulitque	*singulisque*
13.	35.	perfcctiva	*perfectivæ*
14.	35.	aluntur	*alantur*
15.	9.	fuorint	*fuerit*
18.	36.	moleitos	*molestas*
20.	36.	depurari	*depurantur*
23.	17.	quo	*qui*
25.	28.	Inspirationis	*Inspiratio*
29.	15.	viviperis	*viviparis*
30.	15.	viviperis	*viviparis*
31.	22.	hæ	*hæc*
31.	38.	suppositio	*supposito*
32.	12.	nonnulles	*nonnullas*
33.	23.	iniceto	*injecto*
38.	41.	suceissivo	*successivo.*
40.	8.	roscido	*roscidis*
42.	41.	fludum	*fluidum*
43.	27.	musculosam texturam	*musculosa textura*
52.	40.	tubirnis	*turbinis*
56.	30.	fructum	*fructuum*
60.	35.	propeæ	*propriæ*
75.	10.	Maurationes	*macerationis*
77.	19.	tetortos	*retortas*
111.	12.	nuncupans	*nuncupant*
117.	12.	morata pendula	*moratæ pendulæ*
120.	16.	quo	*cui*
125.	28.	millepodum	*millepedum*
126.	4.	retto	*recto*
127.	5.	sivè	*sivè*
127.	29.	disparæ	*disparis*
146.	12.	hoc	*hic*
149.	12.	habitos	*habitu*
150.	25.	urethores	*urethres*
150.	25.	hares	*nares*
152.	1.	augultissimo	*angustissimo*
152.	18.	spiræ	*spiris*
153.	32.	granatus	*gravatus*
154.	18.	ereptos	*erepti*
157.	8.	corpore	*corpora*
160.	14.	nrens	*urens*
169.	28.	orticales	*urticales*
170.	6.	ptiarismo	*ptialismo*
179.	19.	dodato	*dotato*
182.	10.	antigonista	*antagonista*
183.	35.	sepite	*siiph*
180.	38.	fœcnndatur	*fœcundat*
197.	27.	hyectalibus	*hyemalibus*

PAG.	VERS.	ERR.	CORRECT.
198.	4.	univocos	*univocus*
203.		præpares	*præpetes*
208.	12.	requisitas	*requisita*
221.	5.	Aqueo	*aqueum*
227.	37.	profluvio	*Profluvio*
229.	10.	pondo	*fundo*
228.	14.	pertæ	*portæ*
245.	16.	biciarium	*biliarium*
152.	35.	auceurismate	*aneurismate*
253.	25.	ultione	*ustione*
263.	39.	migraturo	*migratur*
265.	41.	fœtes	*fœtu*
267.	30.	habituosa	*halituosa*
269.	30.	intrinsecamq;	*intrinsecamq;*
271.	6.	fœmini	*fœminei*
275.	14.	at	*ac*
275.	15.	ordina	*ordine*
281.	13.	tum	*non*
284.	18.	spesmedici	*spasmodici*
485.	15.	habituosum	*halituosum*
291.	8.	specificos	*specifico*
291.	30.	reficimus	*reficimur*
292.	2.	ordo	*ordine*
295.	33.	sympathici	*sympathicè*
296.	14.	violacea	*vitriolacea*
298.	26.	carnæ	*carne*
300.	34.	succivitate	*successivitate*
301.	13.	morosi	*morosa*
301.	30.	endomicos	*endemicos*
302.	9.	correptis	*corruptis*
303.	18.	emerinis	*emeticis*
311.	4.	saxativum	*laxativum*
312.	12.	veneni	*venena*
312.	41.	alitiosis	*vitiosis*
313.	25.	transimum	*transmissum*
314.	4.	venenataque	*venenatoque*
316.	17.	doloris	*dolores*
325.	18.	depravati	*depravari*
332.	3.	subclavium	*subclaviam*
334.	9.	crires	*crises*
334.	9.	hæmorrogiis	*hæmorrogiæ*
334.	29.	saporifero	*saporifera*
334.	36.	spumosam	*spumosum*
337.	6.	dysenteribus	*dysentericus*
340.	1.	ondosos	*undosos*
344.	29.	aliquales	*aliqualis*
346.	18.	sympathico	*lymphatico*
351.	28.	insulis	*jusculis*
353.	4.	lætis	*læsis*
358.	5.	declarantis	*declarantes*
363.	33.	pravam	*prava*
369.	31.	salivali	*salivale*
374.	13.	fœculentes	*fœculentis*
411.	29.	fluidis	*fluidi*
412.	26.	quolibet	*quodlibet*
415.	25.	oppositio	*opposito*
416.	35.	depravata	*depravato*
424.	38.	operationes	*operationis*

IN-

INDEX

Rerum notabilium, quæ in Iconiſmis continentur.

Ubi Pagina; inde Numerus denotatur.

A.

Di-

D.

Fe-

Fo-

Idea-

L.

Lym-

M.

Na-

N.

O.

Ob-

P.

Plan-

Q.

R.

Sa-

S.

Se-

Te-

T.

V.

F I N I S.